

Quartus et quinta integra [illegible]

quartam et vigesimam desunt 6

ÆNIGMATOGRAPHIA

Siue

SYLLOGE ÆNIGMATVM ET GRIPHORVM

Conuiualium,

Ex variis Auctoribus collectorum

EDITIO II.

RECENSENTE NICOLAO REVSNERO LEORINO, IVRISC.
Comite Palatino Cæsareo, & Consiliario Saxonico.

Cum Priuilegio Imperiali & Saxonico.



FRANCOFVRTI

E Collegio Musarum Paltheniano,

M. DCLI.

Eremitarum Camaldulens. S. P. Romualdi; Ex legato M. D. Feliciani de Smogorzow Wąsowicz Cap. N.

AD NICOLAVM REVSNERUM I C. Com. Palatinum Cæs.

TVne etiam GRIPHOS & cæca ÆNIGMATA vulgas?
At quotus hæc quisq; est qui legat aut capiat?
Namque opus his non lector homo, sed Apollo tenebris,
Aut quibus ABSTRVSAS prodit Apollo NOTAS.
Qui lubeat, vel Sphinx, vel Apollo vel Oedipus esto:
In me Taubmanni simplicitasque Daui est.
Sed quasi Taubmanno scripta ista Dauoque, nec ipsi
REVSNERO potius Oedipodæque velis.

Wittebergæ F.
Frider. Taubmannus. P. L.
Professor.



AD ILLVSTRISSI- MOS GENEROSISSIMOS- QVE PRINCIPES AC Dominos,

D. IOANNEM CHRISTIANVM. *ET* *D. GEORGIVM RVDOLPHVM, DV- ces Silesiæ, Lignicii & Brigæ, &c.*

NICOLAI REVSNERI LEORINI IVRISC.

PRÆFATIO.

PRincipe bono & ad Rempublicam bene informato nihil præstabilius aut generi hominum salutarius cõtingere potest: in quo & virtus, & sapientia eminet, ceu insignia quædam decora & ornamenta dignitatis Principalis. Quam ego caussam instituti illius fuisse existimo, quod olim Ægyptiorum Reges ex sacerdotib. aut bellatoribus crearentur: ita tamen vt ex bellatoribus designati, confestim in sacerdotum collegium allegerentur, & in consortium Philosophiæ simul venirent, & hoc modo tum ex virtute, tum ex sapiẽtia dignationem & auctoritatem suam haberent, vt auctor est Plutarchus in Iside & Osiride.

Sed in ſacerdotum quidem collegio occulta quædam & quibuſdam veluti fabularum aut ænigmatum inuolucris operta de rebus diuinis & naturalibus, & ad omnem bene beateque viuendi rationem pertinẽtibus ſemper fere vſurpata fuit inſtitutio: cum Deo naturæque inimicam eſſe quodammodo opinarentur nimis apertam & nudam rerum illarum præſtantiſſimarum expoſitionem.

Nam & ſecundum Pythagoram, nefas eſt loqui de rebus diuinis abſque lumine: aut ſacra ſymbola in vulgus transferri: adeoque amat diuina natura & maieſtas celari: & abdita eius ſubſtantia non patitur nudis verbis in aures introire pollutas: id quod olim Iulianum, Cæſarem alioqui non ſatis laudatum dixiſſe memorant. Talis vero inſtitutionis arcanæ atque occultæ ratio antiquiſſimis temporibus etiam apud Hebræorum Prophetas & ſacerdotes recepta perhibetur, a quibus Pythagoras eam poſtea mutuatus eſt: quem multis ſubinde griphis & ænigmatis (quæ ſymbola vocantur) vſum fuiſſe, præter Iamblichum & Athenæum atteſtatur Ioſephus contra Appionem, & Hieronymus contra Ruffinum.

Sed de myſtica illa & ſymbolica inſtitutione non eſt mihi propoſitum hoc loco pluribus agere: ſaltem de Ænigmatis & griphis, eorumq; acutis & prudentibus cõiectoribus pauca quædam annotare operæ pretium fuerit.

Fuiſſe

Fuiſſe igitur apud veteres non modo Sapientes ac Philoſophos, verũ etiam reges ac Principes, admodum frequentata certamina iſta in ænigmatis proponendis atq; coniiciendis, tam ſacra, quam profana, teſtatur hiſtoria.

Samſonem quidem fortiſſimum Hebręorum Iudicem triginta iuuenibus Thamnatẽſibus in nuptiis ſuis ænigma propoſuiſſe, ex ſacris literis notum eſt: *Ex edace cibus, ex feroci dulcedo:* cuius ſenſum, cum per ſe ipſi coniicere non poſſent, vi & metu per nuptam ab eo extorquentes: *Quid* (inquiunt) *melle dulcius? quid leone ferocius?* Similc certamen ſapientiæ tres Darii Aſſyriorum Regis ſatrapas in conuiuio Regali iniiſſe apud Eſdram memoriæ proditum eſt, ſuper illa quæſtione: *Quæ res omnium eſſet fortiſſima:* a quibus ſingulis ſingulæ ſententiæ dictæ: vno eorum, *Vinum*, altero, *Regem*: tertio *Mulierem* rem longe potentiſſimam eſſe, ſed tamen *veritatem* omnia vincere, aſſerente: Quorum poſtremus iſte Zorobabel Iudæus, omnium ſapientum & regis ipſius aſſenſu victor eſt declaratus. Cui poſtea cum pręmia ſapientiæ ex pacto decernerẽtur: vt ſcilicet purpura veſtiretur, auro biberet, in auro dormiret, aureis frenis currum, byſſinamq;, cidarim & torquem circũ collum haberet: & præterea Regis amicus ac familiaris, atque adeo ſecundus a Rege nuncuparetur: ipſe ad Regem tunc conuerſus, voti eum ſui admonuit de æde ſacra & vrbe Solymorum in-

ſtauranda, cuius etiam voti facile compos fa-
ctus, cœptam ſub Cyro, at a Cābyſe rurſus im-
peditam, ſacri templi ædificationem feliciter
tandem perſecutus eſt.

Salomonem porro ipſum Regum omnium, quos Sol vidit, ſapientiſſimum, Hiramo Tyriorum Regi periucunde & familiariter ſecum conuerſanti ſæpenumero quæſtiones huiuſmodi ænigmaticas propoſuiſſe conſtat: quas Hiramus per Abdemonum adoleſcentem Tyrium plerunque ſoluerit, magnam alioqui pecuniæ mulctam ſoluturus, eodem Ioſepho auctore. Sed & a Ptolomæo Philadelpho, Rege Ægyptiorum, ſeptuaginta Bibliorum interpretibus Hieroſolyma ad ſe miſſis, ſapientiæ eorum explorandæ cauſſa, ſingula ſingulis in conuiuio problemata fuiſſe propoſita, idem Ioſephus, & præter eum Ariſteas, ſcribit. Præterea tale olim fuiſſe ſapientiæ certamen Amaſidi Ægyptiorum Regi, cum Rege Æthiopum, & Thalete Mileſio, qui vnus fuit e Græciæ ſapientibus, nōtum eſt ex vita Æſopi Phrygis fabulatoris a Maximo Planude expoſita: quemadmodum & ipſius Æſopi fretus acumine Lycerus rex Babyloniorum (Labynetum nominat Herodotus) cum Nectanabo Ægyptio magna cum laude ſæpius in hoc genere victor extitit. Neque obſcura in hoc genere eſſe poteſt eiuſdem Æſopi diſputatio cum ſeptem Græciæ ſapientibus habita de quæſtione illa: *Quid omnium maxima*

cum

cum laude Rex aut Princeps facturus videretur: cuius ſententiam a Crœſo Lydorum rege fuiſſe omnibus ceteris prælatam, argumento eſſe poteſt illud verbum, quo omnes ſibi ſapientes Grçciæ eſſe videri eximios, ſed inprimis Phrygem, iudicauit.

Memorat idem quoque de Alexandro illo Magno Plutarchus in vita ipſius: qui cum ex Gymnoſophiſtis, a quibus Sabba, Macedonibus admodum bello fatigatis, ad defectionem impulſus fuerat, decem acres & acutos ad reſpondendum habitos cepiſſet: & quæſtiunculas his obſcuras propoſuiſſet: necem denuntiando primo, qui parum recte reſpondiſſet: inde ordine reliquis: eos arbitri in gratiam Regis fortaſſis damnatos ſententia, non ſolum a ſe liberos, verum etiam muneribus honoratos dimiſit.

Ac ne aliorum populorum exempla in medium adferam: non ſolum Græcos, ſed & Romanos veteres multam huic ſapientiæ operam dediſſe, & ſeſe mutuo quæſtiunculis & ſcirpis propoſitis exercuiſſe: quę qui interpretari & diſſoluere poſſet, & præmium & laudem reportaret: tot paſſim ab auctoribus præſertim Græcis relata ænigmata ſympotica ſiue conuiualia, & ζητήματα κυλίκεια, ſatis manifeſto probant. Nam & Theodectē Phaſelitem, Iſocratis diſcipulum, ænigmatibus inueniendis ſoluendiſque promtiſſimum fuiſſe ſcribit Hermippus apud Athenæum: & Pub. Nigidium apud Romanos

cum M. Varrone de palma in hoc genere certasse: & Italos omnes suo tempore, qui Athenis operam literis dabant, sæpius conuenire, & Saturnalitia ludicra eiusmodi agitare solitos fuisse: quibus inspersa quædam essent sophismata & ænigmata oblectatoria: auctor est A. Gellius in Noctib. Atticis: cuius verba huc adscribere non pigebit: *Saturnalia, inquit, Athenis agitabamus hilare prorsum & modeste, non, vt dicitur, remittentes animum, & quasi amittentes, sed demulcentes eum paulum atque laxantes iucundis honestisque sermonum illectationibus. Conueniebamus autem ad eandem cœnam complusculi, qui Romani in Græciam veneramus: quique easdem auditiones eosdemque doctores colebamus. Tum qui cœnulam ordine suo curabat, præmium soluendæ quæstionis ponebat librum veteris scriptoris vel Græcum vel Latinum, & coronam e lauro plexam: totidemque res quærebat, quot homines isthic eramus, cumque eas omnes exposuerat: rem locumque dicendi sors dabat. Quæstio igitur soluta corona & præmio donabatur: non soluta autem transmittebatur ad eum, qui sortitu successerat: Idque in orbem vice pari seruabatur. Si nemo dissoluebat quæstionis eius nodum: præmium ipsum & corona Deo, cuius id festum erat, dicabatur. Quærebantur autem res huiuscemodi, aut sententia Poetæ veteris lepide obscura, non anxie: aut historiæ antiquioris requisitio, aut decreti cuiuspiam ex Philosophia*

losophia

losophia perperam inuulgati purgatio, aut captionis Sophisticæ solutio: aut inopinati rariorisque verbi indagatio: aut tempus item in verbo perspicuo obscurissimum. Hæc ille.

Quo in loco etiam inter alia recenset exemplũ griphi ex satyris Q. Ennii vno multifariam verbo concinniter implicati in his versibus:

Nam qui lapide postulat alterum frustratur:
Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse.
Nam qui sese frustrari quem frustra sentit,
Qui frustratur, is frustra est, si nõ ille est frustra

Patet itaque ex his, quæ hactenus dicta sunt, a Philosophię institutione & studio sapientię minime esse alienam ænigmatum & griphorum explanationem: ac imo potius sapientes veteres hoc ipso modo sapientiam enucleasse: & inter pocula huiusmodi quæstiones doctas ac sapiẽtes, vna cum rhapsodiis Poeticis, proposuisse, quæ tamen ab omni scurrilitate alienæ essent: neque tam gastrologiæ, quam Philosophiæ, conuenirent.

Atque hæc potissima caussa est, cur hanc ipsam Ænigmatographiam, iam olim a me ex variis & diuersis auctoribus concinnatam, & vno comprehensam volumine: sed multis interim modis locupletatam atq; interpolatam, in publicum nunc denuo emittere voluerim: vna cum Griphologia noua, neq; in lucem ante hac edita: nimirum vt antiquæ illius sapientiæ studium commendarem his, quibus meri-

to eſſe debet commendatiſſima: maxime vero Principibus filiis, veræ ſapientiæ & virtutis ſtudioſis: quos non ſolum bellicis artibus & armorum gloria, verum etiam literis & omni diſciplinę genere aliis antecellere, omnino laudabile & glorioſum futurum eſt. Quorum ſane ex numero vos, PRINCIPES illuſtriſſimi & generoſiſſimi, non immerito ego cenſeo, & recenſeo: optimi parentis optimos filios; Patriæ & Germanicæ iuuentutis Principes vere Germanos: quos a teneris annis in literarum ſtudiis præclare informatos omnique liberali doctrina excultos: non ſolum omni ſtudio & labore ad clariorem quotidie lucem cum aliis Patriæ principibus bene aſpirare: ſed etiam magnam ſui exſpectationem apud omnes ſuſtinere: & ad bene de omni Republica ſperandum quaſi ſignum aliquod ſuſtuliſſe magna animi cum voluptate intelligo. Cuius rei equidem publice teſtificãdæ cauſſa, hoc ipſum quicquid eſt operis Collectanei, vobis, Patriæ, Principibus & Patronis optatiſſimis dedicare, & quaſi conſecrare minime ſum veritus: vt & de præclaro illo vitæ propoſito vobis metipſis, & aliis Reipub. ciuibus, atque adeo communi patriæ noſtræ congratularer: eodemque pacto meam erga Principes patriæ fidem & obſeruantiam deuotam conteſtarer: verum etiam vt animi grati memoriam aliquam præſtarem parenti veſtro Illuſtriſſimo Dn. IOACHIMO

FRI-

FRIDERICO, vtriusque Silesiæ Præsidi supremo, & Metropolitanę Ecclesię Magdeburgensis Præposito: Principi omni laude virtutis & sapientiæ cumulatissimo: cuius singularem gratiam & benignitatem aliquoties expertus sum, non solum eo tempore, quo ante quadriennium sacri Rom. Imperii Principum Electorum nomine, vna cum quibusdam aliis collegis & comitibus legatione ad Regem & ordines regni Poloniæ perfungerer: sed inprimis etiam anno superiore cum in patria essem, quo Celsitudo ipsius Illustrissima, me honorifice & clementer ad se euocatum, sed ob valetudinem incommodam illud iter tunc humiliter deprecantem, per legatum suum & Cancellarium D. IOANNEM REYMANNVM (qui nunc in Domino est) virum amplissimum & eloquentissimum, aurato cratere duplicato perliberaliter donauit: monumento illo profecto apud me inclytæ familiæ vestræ deinceps futuro sempiterno: de quo plura hoc loco scribere supersedeo: ne si longior in eo sumatur oratio, potius illa ab ostentatione quadam & iactantia quam grati animi officio, acceptiq; beneficii memoria, proficisci videatur.

Spero autem vel plane potius confido, vos ceu hierophantas inclytos virtutis & sapientiæ, studium hoc meum & officium benigne ac humaniter comprobaturos: & munusculum hoc leuidense æqui bonique facturos: meque

& meos consanguineos in clientum vestrorum numero, qui gentē & familiam vestram, tot laudatissimorum Principum fama & gloria nobilitatam, submisse colunt, habituros perpetuo. Quibusprętereа singulariter ea, qua decet, modestia & obseruantia commēdo nepotis ex fratre mei CHRISTOPHORI, (quo adhuc viuo Celsit. Vestræ pater per aliquot annos Prę-fecto ærarii nuper vsus est in ditione Wolaniensi) CHRISTOPHORVM & MAXIMILIANVM immature defuncti post se relictos duos filios, vna cum vidua eius superstite: ceteros item cognatos & affines meos potestati & iurisdictioni vestræ subiectos: quibus si re ita postulante, a Celf. vestra benigne aliquid factum fuerit, maximi beneficii loco ipse habiturus sum. Quod vt sponte ac libenter vestra Celsitudo faciat, maiorem in modum supplex oro, atque obtestor. Ienæ ad Salam, E Leorino, Calendis Februarii, anno Domini post millesimum vndesexcentesimo.

LILIVS

LILIVS GREGORIVS GYRALDVS IOA. THOMÆ PICO MIRANDVLÆ S. P. D.

ET amor, quo me mirifice proſequeris, & variarum abditarumque rerum ſtudium, quo impenſe delectaris, fecerunt: vt cum his contractioribus diebus, tanquam Ænigmatum ſyluam collegiſſem, atq; in libelli formam redegiſſem, te hoc ipſo libello, hoc præcipue (vt ait Catullus) Saturnalibus optimo dierum, donarem. Qui labor, etſi fortaſſe multis ſuperuacaneus inaniſque videri poſſit: me tamen apud vituperatores aliorum exemplis excuſabis, qui ſimilia fecerunt. Nam apud Græcos Cleobulus Lindius, inter ſeptem ſapientes, connumeratus, ænigmata compoſuit: & Heraclitus Epheſius: vt ceteros mittam, quos vel Athenæus in decimo, vel nos hoc ipſo libello commemoramus. Sed & alio modo Macembolitus Philoſophus & Rhetor ſapiẽtiſſimus ſcripſit ænigmata: Maximus vero Olobolus, & Clearchus Solenſis Peripateticus, ænigmatum abſolutiones compoſuerunt. Solomon quoque Hieroſolymorũ rex (vt Dion in hiſtoria Phœnicũ, & Menander Epheſius prodiderunt) cum Hiramo Tyri rege, quem Hiran ſacræ literæ appellant, ænigmatibus & huiuſmodi inuolucris luſit: quorũ ambages cum plerunque Hiramus ſoluere nequiuiſſet, magnam pecuniarum mulctam pepen-

dit: rurſus quoque cum Salomon ab Abdemono Tyrio propoſita ænigmata reſoluere non potuiſſet: & ipſe viciſſim pecuniam multam rependit. Quod & Ioſephus repetit contra Appionem. Adeo hoc genus Ænigmatum & Problematum antiquis illarum nationum Regibus placuiſſe videmus: id quod etiam in Æſopi Phrygis Grȩca hiſtoria pluribus oſtenſum eſt: Attigit & hoc genus Vergilius & Cicero. Illud vero te ſcire velim, deorum immortalium & vatum oracula plerunque ænigmatis proxima videri: tum quæ apud gentium ſcriptores, tum quæ Chriſtianis nobis & Hebræis & cantata & prædicta ſunt. Adeo pene omnes, qui numine diuino afflati cecinerunt, hoc dicendi genere vſi videntur. His adieci, quæ a Pythagora Symbola appellata ſunt: quorum aliqua ſunt Ænigmatis ſimillima: quin & ab aliquibus (vt in eorum diximus interpretatione) ænigmata vocantur. Tibi autem Pice, vtrumque libellum nõ ea ratione miſi: vt mea cum iis conferas, quæ domi tibi naſcuntur: hoc eſt, cum iis quæ quotidie a parente tuo ſcribuntur: a quo omnis eſt tibi vita perdiſcenda: ſed vt his Saturnalibus pro ſtrenis a magiſtro munus habeas: vt per hæc iocoſa & ludicra, ad ſeria & maiora te conuertas. Vale. Ex caſtro nouo Carpenſi. M. D. LII.

INDEX AVCTORVM EX QVIBVS HOC OPVS CONflatum est.

Abrahamus Bucholcerus.
Achæus Eretricus.
Actius Syncerus Sannotarius.
Adamus Sibertus.
Adolphus Occo.
Aldemonius Tyrius.
Ælius Donatus.
Ælius Spartianus.
Æmylianus.
Æsopus Phryx.
Agathon Poeta Tragicus.
Alexander Guarinus.
Alexis Thurius Poeta Comicus.
S. Aldhelmus.
Ammonius Grammaticus.
Anaxandrides
Andreas Alciatus.
Angelus Politianus.
Anonymus.
Antipater.
Antiphanes Bergæus.
Antonius Tebaldus.
Antonius Telesius.
Apollonius Malacus.
Apollonius Rhodius.
Apollonius Tyanæus.
Apuleius.
Aratus

Aristonymus.
Aristophanes.
Aristoteles.
Ascensius.
Asclepiades.
Athenaus Dipnosophista.
A. Gellius.
A. Persius.
Au. Prudentius.
Balthasar Bidenbachius.
Baptista Mantuanus.
Bartholomaus Anulus.
Benedictus Iouius.
Bion Borysthenides.
Bohuslaus Hassensteniu Baro.
Cacilius Orator.
Cacilius Poeta.
Calius Calcagninus.
Calius Rhodiginus.
Calchas.
C. Plinius.
Callisthenes.
Callias Atheniensis.
Cares Philosophus.
Catilina.
Carolus Labardus.
Charemon Philosophus.
Cl. Claudianus.
Claudius Roseletus.
Clearchus Solensis.

Cleobulus Lindius.
Cleon Mimachus.
Conradus Bredebachius.
Conradus Gesnerus.
Cornelius Gallus.
Crates Cynicus.
Cyrillus.
Decius Ausonius Magnus.
Demetrius ByZantius.
Demetrius Phalereus.
Desyderius Erasmus Roterodamus.
Diocles.
Diodorus.
Diogenes Laertius.
Diomedes Grammaticus.
Dion
Dionysius Halicarnasseus.
Dionysius Olympicus.
Doreatus.
Euclides,
Eubulus Atheniensis.
Eumene Cleobulina.
Euripides.
Eustachius.
Eustathius.
Faustus Sabeus.
Fl. Iosephus.
Fortunatus.
Franciscus Bericius.
Franciscus Franchinus.

Franciscus Modius.
Franciscus Panigarola.
Franciscus Petrarcha.
Franciscus Quintianus Stoa.
Fridericus Taubmannus.
Galenus.
Georgius Carolides.
Georgius Buchananus.
Georgius Fabricius.
Georgius Sabinus.
Georgius Bersmanus.
Guilielmus Plancus.
Guilielmus Bigotius.
Hadrianus Iunius.
Helius Eobanus Hessus.
Heliogabalus.
Henricus Meibomius.
Hephæstion.
Heraclides Ponticus.
Heracleotes Chamæleon.
Heraclitus Ephesius.
Hermannus Fabricius.
Hermogenes.
Hermolaus Barbarus.
Herodotus.
Hesiodus Ascræus.
D. Hieronymus.
Hieronymus Arconatus.
Hieronymus Batrachius.
Hieronymus Wolfius.

Hierocles.
Hiramus rex Tyri.
Homerus.
Horus.
Huldrichus Buchnerus.
Iacobus Pareus.
Iacobus Fabricius.
Iacobus Micyllus.
Iacobus Peletarius.
Iacobus Pontanus.
Iacobus Sluperius.
Iacobus Susius.
Iacobus Tortellus.
Iamblichus.
Ianus Iacobus Boissardus.
Ianus Duza.
Incertus auctor,
Inscriptiones monumentorum.
Ioachimus Meisterus.
Ioachimus Camerarius.
Ioannes Bellaius.
Ioannes Benzius.
Ioannes Boemus.
Ioannes Capnio.
Ioannes Crotus.
Ioannes Drusius.
Ioannes Franciscus Straparota.
Ioannes Gigas.
Ioannes Heidefeldius.
Ioannes Lauterbachius.

Ioannes Lorichius Hadamarius.
Ioannes Murmelius.
Iohannes Pierius.
Ioannes Posthius.
Ioannes Sapidus.
Ioannes Secundus.
Ioannes Stigelius.
Ioannes Sturmius.
Ioannes Thomas Muscouius.
Ioannes Tzetzes.
Iosephus Scaliger.
Isidorus Ischomachus.
Iulius Cæsar Scaliger.
Iulius Pollux.
Lactantius.
Lasus Hermoneus.
Laurentius Lippus.
Lilius Gregorius Giraldus.
L. Ann. Seneca.
Lucianus.
Lucilius.
Ludouicus Areostus.
Ludouicus Bigus.
Ludouicus Casteluitreus.
Ludouicus Helmboldus.
Ludouicus Masurius.
Lycon.
Lycophron.
Macrembolitus Philosophus & Rhetor.
Macrobius.

M. Actius Plautus.
M. Cato.
M. Fabius Quintilianus.
Marcus Gerstenbergius.
M. Iuuenalis.
M. Tullius Cicero.
M. Valer. Martialis.
M. Varro.
Martinus Heilsamus.
Martinus Herlianus.
Marsilius Ficinus.
Martianus.
Matthæus Vindocinensis.
Maximus Olobolus.
Maximus Planudes.
Menander.
Nathan Chytræus.
Neoptolemus Darianus.
Nicodemus Frischlinus.
Nicolaus Borbonius.
Nicolaus Clemens.
Nicolaus Reusnerus.
Nicolaus Valla.
Nonius Marcellus.
Nymphiodorus
Olympiodorus.
Pacuuius.
Palæphatus.
Pandulphus Collenutius.
Paulus Eberus.

Paulus Medicus.
Paulus Melissus.
Petrus Crinitus.
Petrus Lindebergius.
Petrus Rebuffus.
Pherecydes.
Philo Ebraeus.
Philippus Beroaldus.
Philippus Melanchthon.
Philo Alexandrinus.
Philo Iudaeus.
Philostratus.
Pindarus.
Plato.
Plutarchus Charonensis.
Pomponius Ricius.
Porphyrius.
Possidonius.
Priscianus.
Proclus.
Psellus.
Pub. Ennius.
Pub. Franciscus Spinula.
P. Horatius.
Pub. Ouidius Naso.
Pub. Terentius.
Pub. Vergilius Maro.
Pythagoras.
Raimundus.
Rabanus.
Rodolphus Goclenius.

AVCTORVM.

Salomon rex.
Samson Iudex Ebraus.
Sebastianus Artomedes.
Sebastianus Scheferus
Secundus Philosophus.
Septimius Tertullianus.
Seruius Grammaticus.
Sex. Empiricus.
Sext. Pompeius Festus.
Sedigitus Volcatius.
Sidonius Apollinaris.
Simonides.
Sophocles.
Sophron.
Statius Papinius.
Stephanus Paschasius.
Stesichorus.
Strabo.
Suidas.
Sypontinus.
Tabulator Philosophus.
Theocritus.
Theodectus Sophista.
Theodorus Beza.
Theodorus Phaselites Orator & Poeta.
Theodorus Zuingerus
Theognis Poeta.
Thomas Morus.
Theodorus Gaza.
Thrasimachus Sophista.

Timotheus Eutyches.
Tiphernus.
Titus Liuius.
Tit.Lucretius.
Tit.Pacuuius.
Tit.Strozza.
Tobias Aleutnerus.
Vlpianus.
Zoroaster.

LILII





LILII GREGORII GYRALDI
Ferrarienſis,

ÆNIGMATVM EX ANTIQVIS SCRIPTORIBVS COLLEctorum,

LIBELLVS SINGVLARIS,

AD IOAN. THOMAM PICVM Mirandulæ Principem.

PRÆFATIO.



Voniam te inter legendum oblectari mæandris & obſcuris plerorumque ſermonibus conſpexi: meque perſæpe ad eos interpretandos vocas: idcirco cum in hoc huius oppiduli ſeceſſu eſſemus: nec aliud his diebus, quod agerem, haberem: & præſertim cum me tibi rem admodũ gratam facturum intelligerem: placuit id genus multa tibi colligere & interpretari, quę mihi memoria ſuccurrebant: vt hoc te ludicri genere (quod & antiquis in conuiuiis frequens fuit, vt Pollux & Æthenæus teſtantur, & nunc etiam nonnihil eſt in aulis Regum quorundam & Principum) potius quam teſſeris aut taxillis, ceteraque alea, his Saturnalibus oblecteris: vt cum fructu aliquo ac lucro, non, vt in alea, ple-

rumque, cum dispendio & damno, hos totos dies lætus transigas.

Ænigmatis appellatio, itemq́ Scirpi & Griphi & similium.

Sane, vt ab hoc incipiam, *Ænigma* vocabulum est Græcum, & obscurum inolutumque *sermonem* significat: adeo vt in sacrarum etiam literarum scriptoribus, pro abditis & mysticis nonnunquam accipi videamus.

Quin etiam & Symbola Philosophi, & celebres quidam scriptores ænigmata vocauere, vt Pythagorici. Illud vtiq; etiam obseruaui, apud Hebræos, quod prouerbium ænigma aliquãdo dicitur: & qui prouerbiis vtũtur apud Hebræos, Septuaginta verterunt *Ænigmatistas*. Quo fit, vt eius vocabuli latior esse videatur significatio. Sed nos nostra sequamur. Quæ igitur (ait Gellius) Græci ænigmata: hoc genus quidam ex nostris *Scirpos* appellauerunt: Et Scirpos quidem, quod ii in genere palustrium iuncorum enodes & læues esse dicuntur: a quibus & factum est tritum sermone prouerbium, *Nodum in scirpo quæris*: de iis qui in rebus admodum claris atq; perspicuis difficultatem quærunt: Quo vtique prouerbio præter Ennium, Lucilium, Plautum, Terentium, Ausonius quoque in Gripho ternario vsus est: Numerorum, inquit, naturam nõ esse scirpum, vt sine nodo sit.

Sunt qui Gellium ideo damnant, quod scirpum:

ptum pro ænigmate Latine dici existimauerit: & propterea eo in loco (lib.12) pro scirpo tum griphum, tum scrupum reponunt. Sed Griphus cum Græca vox sit, ibi nō conuenit. *Scrupos* Latini calculos lapillosq; vocant, qui ingredientibus difficultatem possunt adferre: vnde & *scrupeus*, *&* *scrupulus*, Vergilio & Terentio: *Griphi* certe ænigmata dicuntur, ab impliciti quodam genere retis.

Quare & in conuiuiis, quod eis præcipue vterentur, veluti retibus, ad cōuiuas obscuris quęstionibus capiendos, *Griphos* appellabant. Et quod ad pocula, & calices proponerētur, etiam a Græcis κυλίκεια, vt Pollux ait, ζητήματα vocabantur, κύλιξ enim, vt est notissimum, calix est.

Fuerunt & qui αἶνον griphum ex Eustathio & Suida dicere voluerunt. Sed certe αἶνος Ammonio & aliis plura significat. Sunt præterea, qui inter *Ænigma* *&* *Griphum* nonnihil differre tradunt: quod *Ænigma* lusum tantum habeat & iocum: *Griphus* etiam studium & curam. Sed multa legenti, hæc inanis apparebit diligentia. At nos iam, quam proposuimus, rem planius exponamus.

Ænigmatis definitio.

Grammatici Diomedes & Donatus *Ænigma* definiunt obscuram sententiam, per occultam rerum similitudinem enuntiatam, vel sic: *Ænigma* est oratio obscuritate allegoriæ parum in-

telligibilis. Atque ideo Fabius obſcuriorem allegoriam ænigma dici prodidit: a quibus non admodum diſſona tradidit Tryphon Grammaticus. Dictum quidem *Ænigma* videtur παρὰ τὸ αἰνίζω ἢ αἰνίττω, quod eſt, obſcure & perplexe loquor. Clearchus Solenſis Peripateticus Griphum ita definit: Griphus (ait) Quæſtio eſt ludicra, quæ imperat, vt per inquiſitionem in ſententia inueniatur, quod quæſitum eſt honoris aut vituperii gratia. Quomodo illud eſſe videtur Maronis:

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat cœli ſpatium, non amplius vlnas.

Et illud Homeri de Polyphemo, ὅτι ὕστατον ἔδομαι Οὖτιν, hoc eſt, *Poſtremum comedam Vtin:* quod annotauit Demetrius Phaleræus περὶ τῆς ἑρμηνείας, vbi de gratia agit, quæ præter exſpectationem fit.

Sed frequentior hic eſt vſus apud Græcos: apud noſtros rarior. Nam a M. Tullio aliiſq; ſcriptoribus præceptum eſt, non admodum licere in orationibus frequenter vti ænigmatibus: quod maximum ſit vitium orationis obſcuritas. Ideoque non ſatis laudatus Apuleius, & qui Apuleium ſecuti ſunt. In iocoſis tamen narrationibus, atque inprimis (vt paulo ante dicebam) in ſympoſiis atque huiuſmodi conuiuiorum ſermonibus, auliſque Principum, ſuus eſt locus: quod & ingenium acuere, ſimul & ſuſpenſum & dubium auditorum animum facere

poſſunt,

possunt, ad præsentium & astantium hilaritatem & lætitiam.

Ænigmatum diuisio, atq; distinctio.

Sunt vero Ænigmatum quædam in verbis tantum, quædam in sententia, quædam in vtroque obscura: sed & in literis, & in syllabis: vt mox apparebit. Præterea eorum aliqua vim prouerbii obtinere videntur: quædam quæstionis & problematis. Septem omnino eorum differentias Clearchus attulit: alii sex esse voluerunt: hoc est, a simili, a contrario, per accidens, ab historia, per æquiuocationem, & secundum linguarum proprietates: quam subtilitatem, quoniam Latinis parum congruere videtur, consulto præteriui.

Modus proponendi in conuiuiis ænigmata & griphos.

Sane antiquiores, vt Clearchus & Athenæus tradunt, huiusmodi griphos in rebus etiam seriis, & quæ ad Philosophiam pertinerent, proponebant: quod & Gellius, nec vno in loco in Noctibus Atticis innuit. Postea etiam transtulerunt ad cibariorum terrestrium & aquatiliũ varietates, & ad omnem (vt Græce dicam) γαστρολογίαν, & quicquid vtique gentium esculentum optimum nasceretur: tum quoque de poculorum & vini generibus. Sed & de concubituum formis, deq; omni re venerea. Mox etiamnum de carminibus diuersa & varia, vt quæ a quaq; litera vel syllaba inciperent, desinerentq;:

& ſimul verſuum affectiones ac πάθη, milleq; id genus alia: quæ ſi quis in vſum reuocaret, non quidem inutilis eorum, nec illiberalis foret vſus, certe paratiores promtioreſque faceret ad reſpondendum.

Erant autem & in his ſua vincentibus propoſita præmia, & ignorãtibus pœna. Nam & oſcula, & eſculenti aliquid, vel quid ſimile vincentibus dabatur. Victis vero, vltra ruborem, potio muria mixta offerebatur: quæ vno hauſtu & ſine reſpiratione eſſet haurienda, vt Antiphanes in Ganymede fabula oſtendit. Sed de his iam ſatis. Nunc ad ænigmata & eorũ ſolutiones deuenio.

Cleobuli Ænigma, & item alterum Theodectus, aliaque.

Cleobulus Lyndius, ſeu (vt malunt alii) Cares Philoſophus, ænigmata & cantica compoſuiſſe dicitur. Is filiam habuit, quæ Cleobule ſeu Cleobulina a patre vocitata eſt: a Plutarcho alicubi Eumete: quæ, vt pater, hexametris ænigmata condidit: cuius & adhuc quædam leguntur, vt hoc ipſum eſt:

Annus. *Eſt vnus genitor: cuius ſunt pignora bis ſex.*
His quoq; triginta natæ: ſed diſpare forma:
Aſpectu hinc niueæ, nigræ ſunt vultibus inde:
Sunt immortales omnes, moriuntur & omnes.

Mirum eſt, quam planius Græce exprimatur: atque ideo hic ſubſcribo:

Εἷς ὁ πατὴρ. παῖδες δυοκαίδεκα. τῶν ἄρ' ἑκάστων:
Παῖδες μὲν τριάκοντα, διάνδιχα εἶδος ἔχουσαι:

αἱ μὲν λευκαὶ ἔασιν ἰδεῖν, αἱ δ' αὖτε μέλαιναι,
ἀθάναται δέ τ' ἐοῦσαι, ἀποφθίνουσιν ἅπασαι.

Eſt autem huiuſmodi ænigmatis ſolutio: Annus, qui duodecim menſibus conficitur: quorũ quilibet triginta diebus, luce & tenebris diſtinctis, perficitur. Theodectes vero Phaſelites, vt Hermippus prodidit, *diem* & *noctem* in fabula Oedipi ænigmate ſic expreſſit.

εἰσὶ κασίγνηται διτταί, ὧν ἡ μία τίκτει
τὴν ἑτέραν αὐτή, ἡ τεκοῦσα πάλιν δ' ὑπὸ ταύτης.
τεκνοῦται:

Duplices ſunt (ait) ſorores: quarum vna parit alteram: & ipſa quæ genita eſt rurſus ab alia gignitur. Et hoc quidem ego totidem verſibus expreſſi, quam vero feliciter, neſcio:

Vna aliam gignit: geminæ ſunt namq; ſorores:
Quæq; prius genita eſt, mox rurſus gignitur ipſa.

Alii hoc ipſum ænigma aliter adferunt: Geminæ ſunt (aiunt) ſorores, ſed non ſimiles: vna quidem alteram parit: & quæ peperit, alteram interimit. De hac vero eadem re Sophiſtam quendam Regis Ægyptii Nectenabo ænigma Æſopo Phrygio propoſuiſſe legimus. Eſt (inquit) *Templum* magnum, & in ipſo columna XII habens vrbes: quarum quælibet XXX trabibus ſuſtinetur: has vero trabes duæ circumeunt mulieres. Cui ſic ſtatim Sophiſtæ reſpondens Æſopus: Pueri, inquit, apud nos huiuſmodi propoſitiones ſoluunt: Templum quidem iſtud eſt *Mundus*: columna vero *Annus*: orbes,

Menses: trabes autem *Dies:* at mulieres ipsæ duę, *Dies & Nox.*

Sunt & alia pleraque in ipsa de Æsopo historia similia, quæ nũc sciens omitto. Porro & Dies & Nox sic a Philostrato describitur, vbi agit de oraculo Amphiarai: Somnus (ait) resoluta erat specie depictus, vesteque candida superatram indutus: id quod diem ac noctem indicat, & cetera.

Heracliti Ephesii Ænigma.

HYDROPS (*a*) SANITAS. (*b*)

Nec minus Heraclitus Ephesius griphis & obscuris verborum mæandris vsus fuit: atq; ob id σκοτεινὸς, id est, tenebricosus cognominatus est. Suo vtique hic nimis periculo vsus est ænigmate. Nam cum aquæ intercutis morbo laboraret: sic solebat medicos interrogare nescio, an magis eludere: Num ex imbre (*a*) sudum, & ex nubilo serenum (*b*) efficere nossent? Illis haud plane intelligentibus, ipse se boum fimo totus obruit, vt illius calido vapore noxius corporis humor exsudans exsiccaretur: vbi cum diutius obrutus postea permansisset, interiit. Hoc Plutarchus & Laertius prodiderunt. Alia tamen de Heraclii interitu opinio legitur: quæ ad hanc nostram Ænigmatum syluam parum pertinet. Per imbrem igitur, hydropis morbum: per sudum & serenum, sanitatem intelligebat.

Homeri Poetæ Ænigma.

PISCES (*a*) TINEÆ. (*b*)

At

At vero Homerus, ingeniorum fons, nec humana (vt ait Lucretius) ſtirpe creatus, diem ſuũ obiit, vt Plutarchus aliique prodidere: cum piſcatoribus quibuſdam ænigma ſoluere nequiuiſſet: idque ei longe antea ab oraculo (vt fertur) prædictum fuerat. Cum ergo Arcadicos piſcatores vidiſſet, his eos verbis percunctatus eſt: an piſcis aliquid haberent?

ἄνδρες ἀπ' ἀρκαδίης ἁλιήτορες, ἦ ῥ' ἔχομέν τις,

At illi obſcuro admodum velatoque ſermone reſponderunt.

Quæ cepimus, (a) *reliquimus: quæque non cepimus,* (b) *portamus.* Hanc cum Homerus verborum ambagem minus aſſequeretur: ira ac ſtomacho ita percitus eſt, vt intabuerit & perierit: eodem pene modo quo mortuum eſſe Ariſtotelem tradit (vt alios nunc mittam) Iuſtinus Philoſophus & Martyr, in admonitione ad Gentes: quam adhuc iuuenis pater tuus e Græca Latinam fecit. Vſque adeo præclara ingenia, Pice, ignoratione torquentur: vt interdum mori potius, quam neſcire aliquid, ſibi proponant. Eodem mortis genere & alii viri præcellentes periere.

Ænigma vero ita diſſoluitur, vt quæ capta piſcatores reliquiſſent, *piſces* intelligeret: & quæ non capta ferebant, *tineas pediculoſq;* ſignificarent. Sed enim Poſſidonius & Demetrius Phalereus, ac ab his item Strabo ad rem aliam ænigma tranſtulere. Nam quodcunque (aiunt) ab-

ſumſere, non aſſumſere: quæ habuere, amiſere. Quod ſic Græce dicitur: ὅσα μὲν ἀνέλαβον, οὐκ ἔλαβον. ὅσα δὲ εἶχον, ἀπέλαβον. Idq; volunt Atticis conuenire: qui (vt Ægyptii) *fodinas* & metalla, atque inprimis *argenti* habebant: ſed cum plerumque in altos ſub terra inciderent ſpecus, ſaxoſaſq; rupes: quas diſcindere atq; aperire erat neceſſe; cum ſubinde difficiles fiſtulas & meatus inuenirent: atque in ſubterranea flumina quoque ſæpenumero inciderent: immodicaſq; ideo expenſas & ſumtus ſubire neceſſe foret: factum eſt, vt id diſpendiũ longe lucro maius eſſet Hoc idem ſcribit Athenæus: ſed ipſos non nominat Athenienſes: itaque effert ænigma hoc: ἃ μὲν ἔμελλον, οὐκ ἔλαβον, ἃ δ᾽ εἶχον, ἀπέβαλον, eodẽ ſenſu. Idem cum aliis multis contigiſſe legimus: tum proxime ſuperioribus annis in Alpibus Mutinenſibus Herculi primo Ferrarienſiũ Duci Secundo, accidiſſe audiuimus: Dein & Leoni X. Pont. Max. ipſi vidimus in ea Apennini parte, qua a caſtello Tulphæ Centumcellas itur, non longe vbi ſunt hodie nobiles illæ aluminis fodinæ.

Sphingis ænigma.

HOMO. (*a*)

Sphinga monſtrum fuiſſe ſcribit Cælius Lactantius & Diodorus, ad Harpyiarũ ſimilitudinem, alas habens, ſeu vt Euripidis cõmentator vult in Oedipo, virginis faciem, leonis pedes pectuſque, & pennas auiũ. Fuiſſe autem Typhonis

filia

filia dicitur,& Echidnæ:alii Chimeræ. At vero Palęphatus feram ait fuisse,quę canis caput haberet,caput faciemq; virginis, alas auiū, & hominis vocem,Sphiciumq; montē incoleret.Latini scriptores, scopulo insedisse aiunt, viæ imminenti:& insolubilia prætereuntib.ænigmata proposuisse:quæ cum viatores soluere non possent:in eos ipsa irruens, de improuiso alis & vnguibus in rupem trahebat. Hoc ipsius ænigma traditur: *Quodnam illud est animal,primum quadrupes,tum bipes,tum tripes?*(a) Quod sic Græce: τίς τε τετράπους, δίπους, καὶ πάλιν τρίπους. Græcum item exstat Epigramma in hanc sententiam:esse animal in terra bipes & quadrupes: cuius vna vox:& tripes,mutans solum modo naturam, ex iis quæ super terram reptilia mouentur,perque æthera,&per mare:verum vbi pluribus innitens pedibus graditur, tum membris illius debilissimam fieri celeritatem. Græcum apposui,si minus commode & apte Latinum reposui. Est vero tale, vt Asclepiades ait in iis,quæ de Tragœdia scripsit,quod apud Athenæum reperi:

ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς, καὶ τετράποδον, οὗ μία φωνὴ,
καὶ τρίπον. ἀλλάττει δὲ φυὴν μόνον, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν,
ἕρπετα, κινεῖται ἀν' αἰθέρα, καὶ κατὰ πόντον.
ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐπειγόμενον ποσὶ βαίνῃ
ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ.

Cum has nugas relegerem, reperi nonnihil hoc Epigramma ab Erapeo interpolatū in prouerbiis, atque ita Latine ex Græco conuersum:

Est bipes in terris,& quadrupes:haud eadem vox:
Et tripes:immutat speciem : hoc & omnibus vnũ.
Quæcunq; in terris reptant:volat æthera circum,
Perq; mare,ast vbi iam pedibus cõpluribus auctũ
Accelerat gressum,victis tum maxima membris,
Segnities ac torpor adest,minimumq; vigoris.

Sic ille. Sic & Ausonius in Gripho ternario:
Illa etiam thalamos per trita ænigmata quærens,
Qui bipes & quadrupes foret,& tripes,omnia so-
Terruit Ænea volucris,leo,virgo triformis, (lus,
Sphinx volucris pennis,pedibus fera,fronte puella.

Ipsius vero Sphingis ambages Oedipus soluit. Vnde & Plautus in Penulo: *Nam isti quidem*,ait, *Heraclidæ orationi Oedipi opus est coniectura,qui Sphingis ænigma dissoluit.* Terentius vero: *Dauus sum*,ait,*non Oedipus.* Pausanias,quæ a Poetis dicuntur, refert quidem,sed illud amplius addit: aliquos esse,qui Sphinga circa Anthedonem piraticam exercuisse velint: atque ab Oedipo nauali pugna superatam. Sed & præter id proditum quoque ait,eam filiam fuisse notham Lai: omnesque de oraculo ab Apolline Cadmo dato solitam eludere, tandem Oedipo per quietem edocto,rem ipsam omnem aperuisse, ab eoque regno spoliatam. Palæphatus vero, fabulam dum interpretatur, rem ipsam aliter exponens: Cadmus, inquit, vxorem Sphinga habens Amazonida, Thebas profectus est: vbi Dracone rege interfecto,regno potitus est,ducta vxore Harmonia, Draconis sorore. Id Sphinx ini-

quo animo tulit. Quare seductis nonnullis ciuibus, & cane, quam a velocitate pedum Græci ποδώκην vocant, Sphicium seu Sphincium (vtroque enim modo legimus) occupauit: incursionibusque ac insidiis, quæ a Thebanis indigeno sermone ænigmata dicuntur, Cadmum ipsum, & qui illum sequebantur, infestabat: tandem proposito præmio, ab Oedipo superatam fuisse. Pluribus hæc Palæphatus: quæ nos quam potuimus breuissime collegimus. Sed enim Suidas lancea ab Oedipo interfectam ait: vbi breuiter Oedipi vitam describit. Alteram item Sphinga legimus, non Cadmeam illam quidem, sed quæ certe diuinior & sapiẽtior fuerit: de qua factum est illud apud Græcos tritum sermone prouerbium: *Multa Sphingis negotia facessens*, hoc est, σφιγγὸς πράγματα παρέχων πολλά, de iis, qui multas quæstiones habent absurdorum ænigmatum. Dictum vero Sphinga Grammatici putant, παρὰ τὸ σφιγγεῖν: quod mẽtes hominum suis ænigmatibus constringat. Vnde & aliud est prouerbium Græcis, *Bœotia Ænigmata*, de rebus admodum obscuris & perplexis. Ænigmatis vero propositi interpretatio est: *Homo* significatur: qui primum *Infans* manibus pedibusque, vt *quadrupes*, repit: firmior dein & robustus, *bipes*: demum senex & imbecillis, tanquam *tripes*, baculo innixus graditur, τό τε δὴ τρίποδι βροτῷ ἴσος etiam dicitur, de inualido & imbecilli, homo tripes: atq; idcirco

Heſiodus quoque hominem ſenem, tripodem vocauit.

[Sphingis ænigma ex Myrleano ita proponit Natalis Comes lib.9.c.18. *Sphinx monſtrum Thebanum* cogebat tranſeuntes conſiſtere, tali quæſtione propoſita: quid nam eſſet in orbe, quod quaternis primum pedibus inambularet: inde tribus, duobus porro, atq; mox tribus, & poſtremo quaternis, quodque per omnes terras volitaret, & omnium animantium linguis loqueretur: Quod neſcientes diluere, ſublatos in rupem agebat præcipites. Oedipus illac iter habens ænigma ſoluit: & de homine interpretatus eſt, qui infans manibus ac pedibus repit: adultus erectus incedit: ad ſenectam vergens pro tertio pede adhibet ſcipionem, poſtremo decrepita ſenecta duobus ſcipionibus innixus quatuor quaſi pedibus gradum facit.

Timothei Eutychæ ænigma.

FORTVNA. (*a*)

Retibus vrbes capit. (*a*) Ænigma in eos dicitur, quibus in peragendis rebus eſt fortuna ſecunda. Tractũ, vt ſcribitur, a Timotheo Athenienſi, cui a bona fortuna εὐτύχης cognomen inditum eſt: cui noctu dæmonii vmbra apparuiſſe dicitur, quæ ad captandas vrbes rete illi dabat: atq; adeo ipſe dictus retib. vrbes capere. Id ſcribit Vlpianus in Demoſthenis Olynt. 2. & Ariſtophanis interpres. Hunc ipſum quoque Timotheum pingi ſolitum a pictoribus ea effigie

gie Suidas & Vlpianus aiunt: vt illi dormienti Fortuna vrbes, quas ille caperet, retibus inclusas adferret. Verum cum insolentia quadam elatus diceret: non Fortunæ nutu, sed propria virtute tantas se res gerere, ad summam redactus est inopiam. Lege Plutarchum.

Cucurbitulæ ænigma.

DemetriumPhalereum, omni laude dignum, ænigmatis delectatum ex ipsius & aliorum lectione didicimus. Nam cum aliquando significare hominem vellet, qui corpori cucurbitas admoueret, *πυρίχαλκον* dixit. Sic enim in versibus legitur:

ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα
οὕτω συγκόλλως, ὥστε σύναιμα ποιεῖν.

Quasi diceret, *virum* vidi *ignæreum* (vt sic dicam) agglutinantem adeo agglutinãter, vt consanguineus fieret. Quod vno versu sic Latine est redditum:

Æra viro, igne virum, iungentem vt glutine vidi.

Verba ipsa in eius Rhetoricæ libro, vbi de ænigmate loqtur exstant. Per ipsa autẽ verba *aream cucurbitulam* significat: quo genere antiqui vtebantur: qui (teste Celso) duplici cucurbitularum genere, æreis scilicet & corneis, vsi sunt. Hoc tempore, quoniam desitæ sunt æreæ, eas vitreis mutauimus: corneis adhuc permanentibus: a quibus & vulgare nomen, quo passim vtimur, inoleuit: quos cornetos dicimus. Vocat igitur

ænigmatis auctor, quiſquis is eſt, *cucurbitulam aream* πυρίχαλκον, id eſt, *ignareum* : quoniam cum corpori admouetur, in ea quodpiam linamentum accenſum introcluditur. Fit huius ænigmatis mentio apud Plutarchum, in eo qui de Sapiẽtibus inſcribitur Dialogo, ex verbis Æſopi, referente Diocle, qui Dialogi narrator introducitur: item in Dipnoſophiſticis Athenæi, ſuppreſſo auctoris nomine. Sed & Ariſtoteles meminit lib.3. Rhetor. ex cuius verbis facile colligimus, multo antiquius eſſe, quam vt Demetrii eſſe credatur. Idẽ Ariſtoteles & in libello de Poetica, hoc idem ænigma attulit: tametſi ego Latinum nõ alioqui indoctum ſecutus, Demetrio plus adſcripſeram.

Demetrii Ænigma.

Eiuſdem Demetrii Phalærei & hoc quoq; eſſe ænigma Strabo ſcribit: *Vtroque cornu bouem continet.* Nam cum Philippo Demetrius perſuadere conaretur, vt arces duas occuparet, Acrocorinthum & Ithomen: fieri poſſe, vt his captis, faciliime tota Peloponneſo potiretur: his verbis vſum eſſe ait: *Vtroq; cornu bouem continebis.* Ithomen quidẽ & Acrocorinthum cornua, Peloponneſum vero bouem nuncupans. Et hoc quidem ꝓuerbii loco vti poſſumus: cum in alicuius poteſtatem rem quampiam facile trahi poſſe, innuere voluerimus.

Homeri

Homeri ænigma, a Tartaro ad Tartessum.

Existimauerunt plerique, *a Tartaro ad Tartessum*, denominatum: quæ vrbs est in extremis Hispaniarum finibus sita: cum propter Arganthonium regem inter senum exempla relatum, tum maxime ob loci fertilitatem celebris. Tartarum autem locum esse præcipitem inferorum, vbi scelerum pœnas impiorum animæ expendant: quis est qui (modo Homerum aut Vergilium legerit) ignoret? Interpretabimur ergo sic ænigma, vt *a malo ad bonum* intelligamus. Ita & e contrario, *si a Tartesso ad Tartarum* dicamus, *a bono ad malum* significabis: quomodo locutum esse Homerum testis est Strabo: imo & ab ipso Homero hoc emanauit. Et insuper adagii loco vti poteris: hoc ipso præcipue tẽpore, quo nos hæc scribebamus, quo omnis viuendi ratio in peius mutata est.

Cratetis ænigma.

Craterem Cynicum Philosophum Thebanum (quem adeo studiosum fuisse legimus, vt opes & facultates abiecerit, ratus se simul diuitiis & sapientiæ vacarẽ non posse) dicere solitũ tradit Plutarchus: *Pro lente ollam non esse augẽdam*, ne in seditionem coniiciamur. Quo profecto ænigmate, vt opinor, innuebat: ne cibis supra modum repleamur: ne videlicet corpus in perturbationem profluuiumq; deducatur. Tametsi hoc quoq; ad tranquillum & pacificum Reip. statum referri commode possit.

Pacuuianum Ænigma de testudine (a) *& cochlea.* (b)

Amphion apud Pacuuium ænigma hoc protulit: *Quadrupes, domiporta, tardigrada, agrestis, humilis, aspera, capite breui, ceruice anguina, aspectu truci, euiscerata, inanima, cum animali sono.* (a) Quod cum obscurius dixisset Amphion: responderunt Attici, non intelligimus, nisi apte dixeris. Tum ille vno verbo dixit *Testudinem* esse, quæ quadrupes, domiporta, tardigrada esset, &cetera Huius ænigmatis meminit M. Tullius, & Tertullianus Septimius. Illud vero mi Pice, ne te moretur, quod ait: *Euiscerata, inanima, cum animali sono.* Ad testudinem enim citharam alludit: quam primũ ex testudine exsiccata Mercurius inuenisse dicitur, demumq; Apollini dedisse. De testudine vero rectius, quam vt alii, alioqui eruditi de cochlea, mihi visum est intelligendum. Nam quod aiunt, eam euisceratam & inanem auribus admotam tinnitum & sonitum quẽdam edere: friuolum est, ac prorsus a proposito alienum. Sicut illud etiam quod de Tritone dicitur, ipsum concha magis, quam cochlea personare. Ii vero decepti videntur Ciceronis v[er]bis: qui secundo de Diuinatione libro, duo ipsa ænigmata hæc attulit, non vnum. In priore quidem cochleam, in altero vero ex Pacuuio testudinem expressit. Illud autẽ quod est de cochlea, tale est: vt si quis (inquit) Medicus ægroto imperet, vt sumat *Terrigenam, herbigradam*

bigradam, domiportam, sanguine cassam: (*b*) potiusque hominum more diceret, cochleam: neque enim cochlea quadrupes, vt testudo: nec sanguine cassa testudo, vt cochlea. Duo ergo ibi ænigmata Cicero: non, vt illi existimant, vnum attulit. At quod aiunt, antiquos cochlea pro tuba vsos, nec nos id negamus: quin etiam plane confirmamus, ex Theognidis Poetæ ænigmate: quod nos Latine ita expressimus:

Mortua conciuit pelagi de fluctibus orta:
Mortua, quæ vico me vocat ore domum.

Quo cochlea significatur. Verum quoniam hic Græcam Theognidis Venerem minime attigisse videor, Græce sic habet:

ἤδη γάρ με κέκληκε θαλάσσης οἴκαδε νεκρὸς:
τεθνηκὼς ζώῳ φθεγγόμενος στόματι.

Conuenit & Ænigmati de cochlea illud apud Athenæum ἐν ὁρίθμοις Teucri, quod Latine ita sonat.

Exos est animal, pedibus sine, & sine spina,
Testea terga, oculos producens atq; recondens.

Atque de cochlea & testudine hactenus. Illud sane nec te latere velim, a Græcis cochleam φέροικον cognominari: vt a nostris *domiportam*. Et huic ænigmati persimile videtur, quod a Septimio Tertulliano adfertur in libro (vt opinor) de velandis virginibus: Bestia (inquit) quædam magis quam auis, licet pennata, breui capite, protracta ceruice, cetera altigrada. Hanc aiunt, cum delitescẽdum habet, caput solum plane to-

tum in condenſum abſcondere: reliquam ſe in aperto relinquere: ita dum in capite ſecura eſt, nuda qua maior eſt capitur tota cum capite. Et Plinius lib. 10. de ſtruthiocamelis: ſed non minus ſtoliditas in tanta reliqui corporis altitudine, cum colla frutice occultauerint, latere ſeſe exiſtimant. Cuius ænigmatis ſimilitudine moneri poſſimus, debere nos toto corpore, id eſt, omni vita deliteſcere: nec capite ſolum, id eſt, vitæ apparentia, probari.

Ænigma apud Diomedem Grammaticum.

SAL, (*a*) MENSA (*b*) TESSERÆ. (*c*)

Mare concretum, in creta, ligneo in campo, vbi caro humana oſſibus ludit. Huius ænigmatis quis auctor fuerit, nondum comperi. Grammaticus certe Diomedes, & vnus, adfert; & idem ſic explicat: vt per *mare concretum*, (*a*) ſalem intelligas: qui, vt teſte Plinio, potiſſimum ex maris aqua conficitur: *In creta*, id eſt, in fictili ſalino, ex argilla & creta facto: *In campo ligneo*, (*b*) id eſt, in lignea menſa exponitur: vbi *caro humana*, id eſt, hominis manus, *oſſibus*, (*c*) ludebat, id eſt, teſſeris & aſtragulis.

Ænigma Samſonis.

Mellificium apum in cranio Leonis. *a*

Præbet edax victum, dulcedine fortis abundat.

Ab edente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo, (*a*) id eſt, ἐκ τοῦ ἐσθίοντος ἐξῆλθε βρῶσις, καὶ ἐξ ἰσχυροῦ γλυκύ. Sic vtique ex Hebręo verterunt ſeptuaginta interpretes. Alii nonnulli Græci

li Græci pro ἰσχυρῷ, id eſt, forti & robuſto, τῷ πικρῷ, id eſt, amaro, libentius legunt. Ænigma vero eſt in ſacris Hebræorum Iudicum hiſtoriis, editum a viro fortiſſimo Samſone; quē apud Hebręos Herculem fuiſſe, ſcriptores quidā voluere: id quod in noſtro Hercule ſcripſimus. Hic ipſe Samſon leonem compreſſit: in cuius arefacto capitis oſſe, id eſt, cranio, nō multo poſt ceu in alueari apes mellificarunt: quod mox Samſon, cum illac iter faciēs inueniſſet, fauum ſumſit & comedit, partemque parentibus detulit: Tum hoc inexplicabile ſodalibus problema ꝓpoſuit. Hiſtoria copioſe narratur, quo ſupra dictum eſt, Iudicum libro: cuius ſignificatio cum Alfonſo Ferrarienſium Principi arriſiſſet: quod ſuæ cuidam ſententiæ conueniret: non multo ante monetam denarii hoc ſigno cudi curauit.

LANCEIS argenteis pugnandum.

Omnia tu vinces, fuerint ſi argeneta tela.

Oraculum hoc fuit Philippo regi redditū. Non enim ex argento haſtæ comparandæ, ſed pecuniis agēdum eſt: hoc eſt, vel largitione, vel mercenario milite. Sed exſtant huiuſmodi plurima oracula: vt illud de muris ligneis Athenienſibus redditū in bello Perſarum, & de Siphniis rubricatis nauibus, de quibus in nauigiis actum eſt.

Ænigma de AQVA & GLACIE.

Mater me genuit, (a) *eadē mox gignitur ex me.* (b)

A Diomede & Donato Grammaticis ſcirpus ita ſoluitur, vt ex aqua intelligamus glaciem

concreſcere, & rurſus in aquam reſolui: Vidi & qui ænigma ita referrent:

Quam mater genuit, generauit filia matrem.

Ænigma de IOCASTA. (*a*)

Auia filiorum, (*a*) hoc in genere ænigmatum a Grammaticis adfertur: quo Iocaſta ſinificatur, mater & vxor Oedipi, qui patrem Laium interemit, genuitque ex ea filios. Fabula eſt notiſſima cum primis ex Tragicis, Sophocle, Euripide, Seneca, tum etiam aliis, vt Statio: quanquam & tu ſæpe ab aliis audiuiſti, & per te ipſe legiſti.

Ænigma de SPARTO & naui.

Concauo ligno Hibericas portabat herbas.

Quis non videt & hoc habere ænigmatis vicem? Spartum enim naue ex Hiſpania deuectum ſignificat quippe auctoribus Varrone, Plinio & Gellio. Spartum frequens herba apud Hiſpanos, imo in Græcia eſſe cœpit ex Hiſpania: dubitari tamen videmus, an a Græcis habitum vſu fuerit antiquitus: cum dicat Homerus:

καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται,

Quod eſt dicere & iam nauis ligna eputruerũt, & ſparta diſſoluta ſunt: vbi ſparta pro vinculis poſita videntur. Sutiles enim naues antiquitus fiebant: id quod & Poeta Vergilius innuit: qui ſutilem Charontis cymbam fuiſſe ait: linoque non ſparto, ſutas ſcribit Plinius. Gellius vero ex Varronis ſententia putat non plus ſparta ſignificare apud Homerum, quam σπάρτους, qui dicuntur,

cuntur in agro Thebano natos. Nam (inquit) Græci magis cannabe & ſtuppa, ceteriſque natiuis rebus naues ſuebant. *Hibericas* igitur *herbas*,(*a*) ſpartum ex Hiſpanica vectum Iberia intelligit, ab Ibero enim flumine Hiſpania Iberia dicitur. Res eſt notiſſima tametſi alii ſunt Hiberes in Scythia. *Concauum* vero *lignum*(*b*) nauem intelligit: quæ Græca voce μονόξυλον dicitur: ꝙ ex vno ſit cauata ligno. De qua nauis ſpecie Vergilius intelligere videtur, cum canit:

Tunc alnos primum fluuii ſenſere cauatas.

Et iterum de laboribus agricolę:

Cauat arbore lintres:

Et nos abunde in noſtro de nauigiis dicemus.

Ænigma de Nauphracto.

Nauphracton vides: In collectaneis Suidæ ænigma hoc reperi: quare illius auctoritate fretus, cũ his reliquis adieci, ναύφρακτον βλέπεις. Quod in eos dicitur, qui late & ample vidẽt integri. Nauphracton Græci magnum quoddam foramen, quod & ophthalmum vocant, quaſi oculum dicas per quem remigantes remos inferunt. Meminit Ariſtophanes in fabula Acarnanes. Exponunt alii Nauphracton, claſſem ad bellum inſtructam. Idem & nos in nauigiis noſtris. Eraſmus recte, opinor, inter prouerbia cõnumerauit.

Ænigma Apollonii Tyanei.

MORS REPENTINA (*a*)

Et Apollonium Tyaneum, Philoſophum ma-

ximum, ad Neruam Cæſarem, tunc primum Romanæ Reipublicæ imperium adeptum, hoc ænigma ſcripſiſſe Philoſtratus in nouiſſimo de eius vita volumine prodidit. Cum enim ſe facilius & æquius imperii habenas moderaturum ſcripſiſſet Nerua: ſi eius conſilio & iudicio aliquando vti liceret: Apollonium hoc ænigmate reſpondiſſe ait.

Nos quidem o Rex diu ſimul erimus, vbi neque nos aliis, neque alii nobis imperabunt. (a) Significans videlicet, vtrũq; cito moriturum: id quod breui contigit.

Ænigma Magorum.

MENS. (a)

Magorum hoc ænigma eſſe Platonici quidam affirmant. *Eſt res vndiq; lucida: eſt res vndique obſcura: eſt media, partim lucida, partim obſcura* (a) In quo abſoluendo multum quidem eos laborare videmus. Nam ſicut mens (inquiunt) caput eſt animæ & pars excellentiſſima: ſic mentis huius, quæ non ſui ipſius eſt, ſed animæ, non abſoluta, verum ad animæ huius tracta capacitatem, non clara, ſed obſcura, & quodammodo dubia: huius inquam mentis caput eſt mens quædam, quæ in ſeipſa eſt libera & lucida. Quam rem vt clarius exponant, ita exempla ſubiungunt. In ordine (inquiunt) corporum res vndique lucida eſt ſtella quælibet ſupra Lunam: obſcurus eſt vndique aer, media Luna. In ordine vero ſpirituum, mens eſt lumine plena

ne plena; anima rationalis vacua: rationalis anima tenet medium: partem enim habet intellectilis luminis, parte caret: ac partem, quam habet ab ipſo DEO, ceu Luna a Sole, alias aliter accipit, mutatque figuram. Mens igitur diuina vndiq; res eſt lucida: anima irrationalis vndiq; obſcura: media vero, hoc eſt, lucida partim, & partim obſcura, intellectus eſt & ratio.

Sed in huiuſmodi obſcuris Ænigmatum tenebris Perſarum Magi, qualis eſt Zoroaſter, ſed & ipſi Platonici plerumque verſantur. Nam vt Platonis numeros mittam, in quibus perſcrutandis multi adeo inſudarunt, parum lucis adferentes, vt iam in prouerbium de re admodum obſcura & parum manifeſta ceſſerint. Sed nec aliud eſſe totus Platonis Timęus videtur, quam Ænigmatum catenæ quædam: in qua tot viri excellentes, inprimiſque Proclus & Chalcidius, multa conati ſunt: vt Plutarchum & Macrobium mittam: itemque quæ plurima in aliis ipſius Dialogis ſparſim leguntur ænigmatis ſimilima.

Ænigma Platonis.

Sed & hoc quoque Platonis ænigma eſſe putauit Petrus Crinitus: cum in libro quinto de Republica, Plato ipſe non ſuum hoc ænigma, ſed puerorum eſſe dicat: & Athenæus libro decimo, ex Clearchi ſententia: καὶ τὸ παναρκοῦς ἐστι πιστὸν, ait: huiuſmodi autem eſt, quod ſe

triplici ſenariolo complexum eſſe idem ait Crinitus:

Homo non homo, videns non videns, alitem non
alitem,
Lapide non lapide, percuſſit non percuſſit,
Cum ſuper arbore, non ſuper arbore degeret.

Ex Græco ad verbum ſic habet: vir non vir, videns non videns, auem non auem, ſedentem & non ſedentem, in ligno & non ligno, lapide & non lapide, icit & nõ icit. Significatur vero hoc ænigmate Eunuchus, qui *luſcus* erat, & *veſpertilionem* ſuper ferulam ita alligatam, vt inde ſe amouere non poſſet, *pumice* perculit & non perculit, quod eam alicis partẽ non feriebat, quam deſtinabat, & animo intendebat. Meminit & Marſilius Ficinus in Platonem, qui pro ferula ſambucũ interpretatus eſt. Alii pro veſpertilione noctuam, pro Eunucho hermaphroditum.

Ænigma Pythagoræorum

ANIMA. (*a*)

Ænigma Pythagoricum eſſe a Platone ſcribitur, quod inprimis vſurpatum eſt a Xenocrate: *Numerum ſe mouentem*, (*a*) animam: & numerum, id eſt, naturam multiplicem, ſe mouentem, id eſt, ſua proprietate mutabilem. Quod autem ita ſit, patet de corpore animato & non animato.

M. Tullii ænigmata ſeu obſcure dicta.

SCHOLA & DISCIPVLI. (*a*)

Marcum

Marcum Tullium, omnis eloquentiæ Latinæ parentem, vrbanum fuiſſe & iocoſum, cum omnes fatentur; tum eius præcipue libertus & ſtudiorum comes Tyro, qui tres illius de facete dictis & iocis libros edidit: quorum temporum iniuria facta eſt iactura. Scripſit quoque ipſe Cicero *Ioculares libellos* carmine: ex quibus Fabius Quintilianus hos duos verſus libro nono adducit.

Fundum Varro vocat, quem poſſit mittere funda:
Ni tamen exciderit, qua caua funda patet.

Qui iocus totus in fundo & funda conſiſtit. Vſum quoque ænigmatibus idem ſcribit Fabius. Quale eſt illud in Plectorium Fonteii accuſatorem: cuius *matrem dum vixiſſet*, ludum, *poſtquam mortua eſſet, magiſtros habuiſſe ait*. Dicebantur autem, dum vixit, infames fœminæ ad eam cōuenire ſolitæ: poſt mortem vero, eius bona vænierunt. Quanquam hic, vt Fabius ait, *ludus* per translationem dictus eſt: magiſtri per ambiguitatem. Omnem enim ſcholam, vt Pædianus vult, *ludum* dixere Romani, id eſt, locum, vbi ad aliquid diſcendum conuenitur: *Magiſtri* vero dicuntur, quicunque docent, vel rei cuipiam præſunt. Vnde per ambiguitatem, qui venditioni & lectioni pręerant *magiſtros* vocauit Cicero. Idem ad Atticum lib. I. Et is quem putabant magiſtrum fore, ſi bona vænirent.

Aliud eſt ænigma eiuſdem in lib. de Oratore

tertio, *Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere e nido.* (a) Quæ verba, vt vides, griphi nodo adstricta sunt. Nam quis hoc loco non videat, *Coracem* esse Rhetoris nomen: a quo aiunt prima Rhetoricæ fundamenta iacta esse: & a quo etiam illud in communi sermone prouerbium prodiit: *Mali corui malum ouum*: seu, vt Græci habent, κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν: cum videlicet Corax Tisiam docuisset, qui cauillo & sophismate mercedem magistro pendere negabat. Fit vero ad coruum auem allusio, qui Græce κόραξ dicitur: atque ideo *pullos* & *nidum* dixit per translationem, discipulos & scholam. Multa sunt huiusmodi, vbi de ridiculis agit ipse Cicero: vbi Fabius & Macrobius: sed & Græci, vt Aristoteles, Hermogenes, aliique: quæ hoc tempore non recenseo. Sunt & Apoththegmata quædam, quæ ænigmatis vim & naturam habere videntur.

Ænigma Varronis, & item alia Ciceronis.

Sed & illud ex Varronis nouissimo libro rei rusticæ, hominis non modo Latinorum: sed & Græcorum doctissimi ænigmati proximum esse videtur. Agens enim de piscibus ait: *Nemo coquus hos pisces in ius vocare audet.* Nam cum *ius* ex iis sit vocabulis, quæ homonyma dicuntur, vt nepos, acies, & alia: dubiam reddit orationem. Non enim diem piscibus dicit coquus, sed coquit. *Ius* vero dicitur & legum & Præto-

rum:

rum : item ius coquorum, vnde iuſcula & iurulentus: tamen ſi ius pro poteſtate & facultate etiam dici ſoleat, vt illud eſt, *Iuſq; datum ſceleri, & ius tibi eſto.* Item aliquando pro honore & muniis publicis, vt *ille ius ciuitatis amiſit.* Sed hæc Grammaticæ facultatis ſunt. Illud nunc Marci Tullii, quod priore capite non diximus, ſimile huic ænigmati adferamus: quod Cicero ipſe, cũ de Prætore & Verre in actione eius tertia agit, adduxit; de Siculis loquens : *Homines* (inquit) *negabant mirandum eſſe ius tam nequam eſſe Verrinum.* Ludit amphibologia. Nam *Verres* & hominem & ſuem ſignificat. Habet & illud neſcio quid griphi, quod eſt ibidem ab eodem Cicerone poſitum: *Siculi* (inquit) *ſacerdotem exſecrabantur, qui verrem tam nequam reliquiſſet.* Sacerdos enim hoc loco & proprium nomen eſt & appellatiuum. Nam C. Sacerdos Prætor Siciliæ fuit: cui (vt ſcribit Pędianus) ſucceſſit Verres: ergo *Sacerdos reliquit Verrem*, quaſi poſt ſe reliquit Pretorem Verrem: & *ſacerdos*, hoc eſt, mactator, *reliquit Verrem*, id eſt, ſuem victimam, quam non mactauit.

Sed huiuſmodi, vt diximus, abundat Cicero, cum alibi in omnibus orationibus, tum eo ipſo libro tertio Verrinarum : vbi de *Chelidone meretrice* agit, quam efflictim deperibat Verres: ea vero tum in vrbana, tum Sicilienſi Verris prætura, omnia moderabatur, tranſigebat, decidebat. Chelidon quoque hirundinem auem ſi-

gnificat: omniaque auſpicato & captatis augu-riis Romani, vt ſcis, agebant: augureſque & au-ſpices & publicis & priuatis rebus adhibebant.

Propterea ait Cicero: *vt Verres Prætor factus est, qui cum auſpicato a Chelidone ſurrexiſſet, ſortem nactus eſt vrbanæ prouinciæ*, &c. Quibus ver-bis ſimul alludit & ad auſpicium, & ad meretri-cis concubitum aut cubile.

Ænigma Cæcilii oratoris.

PARSIMONIA. (*a*) FRVGALITAS. (*b*) MODESTIA. (*c*)

Cælium Poetam inclytum, qui ſeruus fuit, & propterea nomen habuit Statius, ſed poſtea ver-ſum eſt in cognomentum, appellatuſq; eſt Cæ-cilius Statius: & cui ſuo carmine de Comicis Poetis Sedigitus Volcatius palmam dedit, quo-dam vſum fuiſſe ænigmate, quod ſubſcribam, autumant. id quod ego ea ratione pertinaciter negauerim, quod octauo inſtitutionum orato-riarum libro Fabius Quintilianus oratorẽ non Poetam Cælium ait fuiſſe huius ænigmatis au-ctorem.

Verba Fabii ſunt hæc: Allegoria (inquit) quæ eſt obſcurior, ænigma dicitur: vitium meo qui-dem iudicio: ſiquidem dicere dilucide virtus eſt: quo & Poetæ vtuntur.

Dic quibus in terris, &c.

Et oratores nonnunquam, vt Cæcilius: *Qua-drantariam Clytemneſtram*, (a) *& in triclinio Coam*, (b) *& in cubiculo nolam.* (c)

Nam-

Namque & nunc quædam soluuntur: & tunc erant notiora, cum dicerentur: & Ænigmata sunt tamen: nec ea, nisi quis interpretetur, intelligas.

Quibus quidem verbis manifeste Cæcilium oratorem, non Poetam dicit, vt quidam arbitrati sunt. Fuit igitur is Cæcilius orator, qui in Marcum Catonem scripsit, vt docet Festus: & qui de Rhetorica etiam libros edidit: vt est apud Fabium: & quem Salustio historico præposuisse Hadrianum Imperatorem scribit Ælius Spartianus. Nam desipientis est, de Plinio Cæcilio, vt male quidam sentiunt, existimare: qui fuerit Quintiliani ipsius discipulus & amicus. Hoc ergo ænigma apud Fabium non interpretatum, ab expositoribus relictum est, quod omnino difficilimum sit.

Ego tamen primus digitum illuc intendi, quo alii peruenire possint, vbi huius labyrinthi ambages explicari queant.

Admonet igitur hoc Cæcilius ænigmate: ne facultates & opes inter meretrices profundamus, aut decoquamus: neue sic laute viuamus, vt ex aureis & pretiosis vasis epulemur: Si vero lasciuiæ & Veneri aliquando indulgendum, ne propalam id & in aperto faciamus.

Quadrantariam, inquit, *Clytemnestram*, id est, meretricem, quæ quadrãte prostet, subintellige *habeto* vel *parato*, vt sic quadrantariã dicat, vt Plautus diobolarem, hoc est, quæ breui &

minima pecunia perducatur. Ab aliis *quadrantariam*, balneatricem exponi video: quod & in balneis quadrante lauabatur, vt ait Horatius: *Dum tu quadrante lauatum, Rex ibis.* Et Seneca de balneis loquens in Epistolis: Cur enim (inquit) exornaretur res quadrantaria, & in vsum, non oblectamentum reperta? Sic M. Cicero in oratione pro Cœlio de Clodia loquens: Nisi (ait) forte mulier potens, quadrantaria illa permutatione familiaris facta erit balneatori. Quo sane loco illud attendendum, quod Plutarchus scribit in M. Tullii vita: Clodiam, Clodii sororem, quę Metello Celeri nupserat, *Quadrantem* cognominatam: quod quidam ex iis, qui eam amabant, pro argenteis nummis in eius loculum æreos quadrantes immiserit. Vnde ego putarim, M. Tullium, cum de eadem ageret, quadrantariam cum sale vocasse: quem salem nisi & tu gustes, haud facile qualis sit intelligas.

Alii quidam apud Senecam *quadrantariam artem* marmorariam exponunt, & pro ornamentis, quæ ex marmore conficiuntur. Atqui ego, cum de marmoraria arte agitur, non quadrãtariam sed quadratariam dici existimo: quomodo Iureconsulti & Sidonius Apollinaris, & (si quibus placet) historia sanctorum quatuor Martyrum coronatorum capere videntur. Et quidem de quadrantaria hactenus. Sequitur, *In triclinio Coam*, similiter verbum Parato intelligas

telligas:vt fictilia & figuli argillacea vaſa in triclinio habenda moneat, & ſimul frugalitatem ſubinnuat: ſiquidem *Coa* vas fictile eſt, vt Plinius docet lib. Nat hiſtor. 35. quod antiquis fuit in vſu. Eſt & *Choa* cum afflatu, *Galeno*, Paulo & ceteris, qui pondera & menſuras tradunt, menſuræ genus in liquidis cumprimis; & perinde etiam vaſis nomen, eam menſuram capientis, a quo & Choes celebritas apud Græcos antiqua. Fuit præterea *Coa* veſtis muliebris. Fuit & *Coum* lorum. & aratri pars. Sed hęc nihil ad rem noſtram. Nec item de triclinio, loco in ædibus notiſſimo, eſt a me ſermo inculcandus: in quo familiares diſcumbere conſueuimus.

Quod vero ſequitur in ænigmate, *In cubiculo Nolam*, hoc eſt, vt ego quidē opinor mollitiem & laſciuiam ipſam nō palam, nec paſſim, ſed in cubiculo ac ſecreto parato. *Nolani* enim Campaniæ populi notiſſimi, qui laſciuia & mollicie antiquitus diffluebant; vtinam ne & nunc etiā: quod dixi, oſtendunt hiſtoriæ, & Liuii inprimis & Auſonii Galli verſiculus ille.

Et quem Nolanis capitalis luxus inuſſit.

Nam & Hannibal eiuſque exercitus Campanis delitiis fractus fuit. Per *Nolam* ergo laſciuiam exponamus. Etſi etiam quidam *Nolam* tintinabulum interpretantur: quæ nunc paſſim & vulgo Campana dici putatur: vt, ſi non labat memoria, Iſidorus & Sypontinus teſtan-

tur: Valla quoque, cum eum reprehendit, qui accipitrum venatorum tintinabula sic vocari existimauit.

Atque adhuc quidem de Cæciliano ænigmate mea est interpretatio: quæ vt vbique vacillat, parumque constat: ita omnes rogatos velim, qui aptiora, & conuenientia magis excogitarint, ne sibi soli sapiant. Cum forte puerilia hæc nostra relegerem: venit mihi in mentem, Cælium Rhodiginum particulam huius ænigmatis, *In cubiculo nolam*, exposuisse, lib. 10. suarum Lectionum antiquarum: nolamq; pro campana accepisse & tintinabulo: & garrulum hominem significari, totos dies domi desidentem, & loquacitate importuna detinnientem: vel, quod magis ei arridet, eum qui domi quidem verborum fluenta promit: in foro autem, aut in senatu, sit prorsus elinguis.

Ne allia, neve fabas edito.

Legimus apud Suidam ænigma istud dici solitum, Ne allia neue fabas esites, hoc est, Græce.

ἵνα μὴ φάγῃ σκόροδα, μηδὲ κυάμους:

Quoties vellent antiqui dissuadere a bello, vel a iudiciis seu suffragiis ferendis. In bello quippe *allia* inferebantur: in iudiciis vero *faba* esitabatur, ne iudices dormitarent: Id quod mihi frigidum videtur. Quare potius ego ita interpretor, vt a bello deterreat, atque a rerum publicarum administratione, in quibus suffragia ferri fabis con-

consueuit: vt in Symbolo Pythagoræ pluribus ostendemus.

Ænigmata Termini.

Semel minus, bis an minus, non sat scio,
An horum vtrumq; quondam vt audii dicier,
Ioui ipsi Regi noluit concedere.

Ænigma est ex Senario Iambico, quod in lib. 12. inenarratum reliquit Gellius, vt legentium coniecturas acueret. At nos vt laborem tibi hũc adimamus, ænigma sic absoluimus. *Terminus Deus* significatur: quem summa religione Romani colebant: eique Deo IX. KL. Martias rem diuinam faciebant: quam pluribus versibus Ouidius exsequitur libr. 2. Fastorum. Sic enim canit:

Termine, siue lapis, siue es defossus in agris
Stipes, ab antiquis tu quoq; nomen habes.

Et reliqua quæ subdidit. Qui terminus Deus Ioui voluit concedere, dum Capitolium exaugu-raretur. Sic enim idem Poeta canit:

Quid, noua cum fuerint Capitolia, nempe Deorũ,
Cuncta Ioui cessit turba, locumq; dedit:
Terminus, vt veteres memorant inuentus in æde,
Restitit, & magno cum Ioue templa tenet.

Idem Dionysius Halycarnassæus prodidit: cum iis tamen *Iuuentam* Deam fuisse tradit: alii & *Martem*. Dubitat ergo, quisquis fuit ænigmatis auctor, (Neque enim Varro est, vt vir quidam alioqui doctus male ex Gellio putauit) *semel minus, an bis minus fuerit, an vtrumque eorum,*

id eſt, Terminus. (Ex vtroq; enim hoc eſt, ſemel & bis, ter reſultat) Non igitur ſemel minus, non bis minus, ſed ter minus fuit, qui Ioui Deorum Regi noluit concedere. Angelus Politianus, cuius immaturo obitu multum nuper amiſimus, primus (quod ſciam) ſcrupeas ænigmatis huius ambages explicauit.

Duo Auſonii Poetæ Ænigmata.

(Literæ. (*a*) Papyrus (*b*) Atramentum. (*c*) Calamus. (*d*)

At adſit interpres tuus
Ænigmatum qui cognitor
Fuit meorum, cum tibi
Cadmi nigellas filias, (a)
Melonis albam paginam, (b)
Notaſq; furuæ ſepiæ, (c)
Gnidoſq; nodos prodidit. (d)

Verſus hi dimetri lābici ſunt Auſonii Galli Poetæ: quos ſi, Pice, minus laboro, vt tibi exponam, nil mireris. Duo enim noſtrę ætatis viri eruditiſſimi Angelus Politianus & Philippus Beroaldus expoſuerūt: qui & cōueniunt, in vna re tantū diſcordes. Nam in vltimo verſiculo *nodos* Politianus repoſuit: *modos*, vt in antiquis eſt, legit Beroaldus: ſed male, vt videtur. Secūdo enim loco nō Pyrrichius, ſed Iambus eſſe debet, vel q ei reſpōdeat in temporibus: tametſi in ſede ſecūda Diomedes, Hephæſtim & Priſcianus etiam Pyrrichium admittant. At certe parū eſt in vſu. Sed iam ænigma ipſum enucleandum eſt.

Cadmi

Cadmi nigellæ filiæ literæ dicuntur, quoniam ex Phœnicia literas in Græciam Cadmus primus attulisse dictus est: & propterea a Græcis literæ Phœniceæ appellatæ.

Albam autem *paginam Melonis*, Papyrum interpretamur: quæ in Ægypto propter flumina Nili frequens nasci traditur: qui & ideo Papyrifer cognominatus est. Ex papyro vero chartarum vsus antiquis fuit: vnde adhuc nomen manet. Quod autem Nilus ab antiquis *Melo* dictus sit, testis est Festus & Seruius.

Notas furuæ sepiæ, intellige literarum nigras figuras. Sæpia etenim ex mollium genere piscis est, qui atramentum habet: quo pro scriptorio nonnunquam vtebantur antiqui, id quod innuit Persius hoc versu:

Nigra quod infusa vanescat sepia lympha.

Gnidios nodos Politianus calamos Gnidios exponit: qui, vel Plinio teste, optimi & laudatissimi apud Gnidum.

Nec forte perperam, si *nodos* Veneris & Amoris vincula interpretabimur, vt furta Veneris intelligamus: quamuis in Pharmaceutria per *nodos & vincula Veneris*, aliud in re magica significetur apud Maronem. Beroaldus vero *modos Gnidios*, vt supra dixi, legit, & amatoria carmina exponit. Sed iam de hoc satis. Reliqua prosequamur, & inprimis illud eiusdem Ausonii a Politiano expositum:

Lais, Eros & Itys, Chiron & Eros Itys alter,
Nomina si scribas, prima elementa adime,
Vt facias verbum, quod tu facis Eune magister,
Dicere me Latium non decet opprobrium.

Opprobrium est inquam, Pice, & tu potius hoc a Politiano, quam ex me, disces, λείχει certe *lingit* significat. Tuus enim & meus pudor facit, vt de hoc plura non dicamus.

Ænigmata duo BOVIS (a) & NOCTVÆ (b) *numorum.*

Bouem habet in lingua: & *Multæ sub tegulis cubant noctuæ.* Quæ duo ænigmata quoniam eandem fere habent originem, ideo tibi simul attulimus. Athenienses numũ, quem *Tetradrachmõ* vocabant, noctua & Mineruæ capite signare solebant: cũ antea *dedrachmon* fuisset bouis imagine vocatus: qua de re Iulius Pollux lib. 9. Atq; hinc illud frequens apud Græcos emanauit: *Bos est in lingua* (a) hos est, βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ: quod in eum dicitur, qui pecunia corruptus vel silet, vel loquitur: sicuti de Demophene, quem ideo *argyranchen pati* calumniati sunt Athenienses: ꝙ pecunia & argento corruptus taceret: seq; male habere ab angina simularet. A tetradrachmo igitur numo, qui noctua (vt diximus) signatus erat, serui illius ænigma emanauit: qui cum domini furtum indicaret: *Multæ*, inquit, *sub tegulis cubãt noctuæ*, (b) hoc est, pecuniæ sub tegulis obtectæ sunt. Historiam scribit Plutarchus. Iulius tamen Pollux diabolum huiusmodi noctuæ effigie

figie notari prodidit. Sed & inter prouerbia hæc reponuntur. Risimus modo argutiam viri literati: qui quod in magna Italiæ parte vulgo *ceuettam*, id est, noctuam, hominem nihili & lucifugam appellamus, ipse ab hac pecunia deductum existimauit: & non potius, quod ea auis omnibus contemtui sit & ridicula.

Bionis Borysthenidæ Ænigma.

Salarii filius. (*a*) Fossoris filius (*b*)

Bionem Borysthenidem Philosophũ, vt proditum est, cum humilibus parentibus vtpote salariis, ortus esset: quibusdam interrogantibus, quo esset parente natus? respondisse salse admodum legimus: *Pater*, inquit, *quidem meus libertus fuit, cubitoq; se emungebat.* (*a*) Quibus verbis significabat, patrem ex salariorum genere fuisse, qui succidiam laridumq; & id genus alia venditare solitus esset. Cum enim hi obunctas manus & sordescentes habere soleant: haud manu & digitis nares emungunt: sed brachio aut cubito: ne videlicet ora inficiant. Iocose igitur & salse interrogantium curiositati illusit.

Non absimile huic illius, qui cum se operarii & fossoris filium significare vellet, *patrem suum* dicebat *nunquam nisi diebus festis humi exspuere solitum*: (*b*) quod scilicet ceteris diebus præ opere soleret in manus exspuere. Verum huiusmodi dicteria & vulgaria ænigmata innumerabilia sunt: quæ de industria præterimus.

Apollonii Maraci Ænigma.

CIVES PESSIMI. (*a*)

Apollonius vero Maracus *ciſtam ſcorpionibus plenam inuerſam*, (*a*) hoc eſt Græce σκορπίον κανθήλιον κατεστραμμένον, hoc ænigmate vrbis Alabandæ *peſſimos ciues* dicebat. Ea enim ciuitas ita mœnibus ſuppoſita eſſe videtur, vt ciſtæ formã imitaretur. Ea quoq; regio ſcorpionibus abundare traditur: vnde *ſcrupeum ſermonem* deduxit Apollonius: Auctor Strabo. Porro quoniã Græcis κανθήλιον varia ſignificat: quidam hoc loco *Aſinum cõſtratum*, hoc dictum interpretari voluerunt: id quod mihi minime placuit, Tiphernum ſecutus. Eadem pene ratione vinum apud Veſuuium natum, & Ætnam, & Catinam, loca incendiis notiſſima, ſcriptores quidam Grçci & Poetæ *Bacchum ignigenam* appellauerunt: ſimul & ad Semeles fabulam, & locorum naturam alludentes. Dionyſii quoq; ſacra, quia nocte peragebantur, ad ænigma referri ſcribit Euſtathius: quod bibẽtes oporteat vinũ occultare: nec quæ inuerecunde & inhoneſte fiunt, debere in apertum lucemq; proferri: vel quod multa diligentia & ſtudio in vetuſtatem vinum conſeruare & abdere debemus. Vnde & *Bacchus* ipſe *puer* dicitur, alia licet ſuper hoc ab aliis adferantur.

Quod autem Herodotus illud ænigma fuiſſe ait, quod per ſomnum Hipparcho redditum eſt, eius viri auctoritas facit, vt adſcribam. Nam mihi nec multum eruditionis, nec ioci habere videtur: & propterea tibi nudis verbis illud ad-

feram,

feram, vt si quid penitus latet, alii interpretentur. Pridie namque eius diei, quo ab Harmodio & Aristogitone occisus est, Panathenæa, ingens illa celebritas, ab Atheniensibus celebrabantur, videre sibi videbatur Hipparchus per somnum virum assistere, procerum illum quidem ac speciosum: qui illi hos versus diceret, quos Valla ita retulit:

Intoleranda Leo tolera tolerans animo ægro:
Nemo viris pœnas iniustis iure rependet.

Quos versus cum ad coniectores propter imminentem celebritatem deferre distulisset, in ipsa die est interfectus.

P. Vergilii Maronis ænigmata.

Puteus. (*a*) Hyacinthus (*b*)

Nec ab hoc ludicri genere ænigmatum abstinuit, vt a principio dictum est, Vergilius: qui cũ in Bucolicis altercãtes pastores induxisset, ænigmate altercationes finire facit: id quod ab eo miro artificio confectum esse videmus, vt cum ambo pignore contenderent, ambo obmutescerent: vt pares quoque canendo ambo esse viderentur, quod non est a Theocrito factum: a quo pene totam eclogam accepit. Sunt vero hæc pastorum ænigmata:

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat cœli spatium non amplius vlnas (a)

Item alterum:

Dic quibus in terris inscripti nomina regum,
Nascantur flores (b) *& Phyllida solus habebis.*

In quibus cum Grammatici, viuente Vergilio, multum ambigerent, Cornificius & quidam alii a Vergilio perierunt, quid nam ibi significaret: quibus ille ita respondisse fertur, se ea in re Grammaticis crucem fixisse, in qua se illi assidue distorquerent: id quod Iunius Philargyrus in Commentario Vergilii scriptum reliquit. Ea tamen ænigmata Seruius & qui post eum fuerunt Grammatici, ita interpretati sunt. In primo quidem *Cœlii* cuiusdam nepotis ac prodigi *sepulcrum* significari opinati sunt: qui rebus omnibus diuenditis atque absumtis, sibi tantum reliquum fecit, quod sepulturæ sufficeret, vt *Cœli* pro *Cœlii* dicat: id quod mihi parum probatur. Nam Cœlium Apicium hunc fuisse plerique contendunt: qui de re coquinaria libros reliquit, quorum adhuc aliqui supersunt. Vixit vero, vt Seneca & Suidas prodiderunt, Tiberio imperante: cuius tempora Vergilius antecessit. Quapropter alii *puteum* potius in Syrene factũ interpretantur, quem Mathematici ea ratione effoderant, vt solstitium indicaret. Eo enim tẽpore nusquam vmbras ibi Sol flectere dicitur. Alii de quocunque profundissimo puteo intelligere volunt: in cuius si quis imo fuerit, tantum cœli spatium conspicit, quantum sola putei latitudo fuerit.

Alterum vero Ænigma sic exponi solet, vt *hyacinthi* florẽ significet, de quo duplex narratur fabula: Hyacinthi scilicet Oebalii adolescẽ-

tis ab Apolline amati: & Aiacis Telamonii, qui ambo in eundem florem conuersi feruntur: in quo quidem flore flebilis illa Græcorũ vox αἶ αἶ inscripta inuenitur: vt noster Poeta Naso lepidissime docet. Est autem Hyacinthus flos notissimus purpureus: de quo illo versu Ausonius:

Et tragico scriptus gemino Salaminius αἶας.

Eubuli Poetæ de Podice Ænigma.

Eubulus Atheniensis Poeta fuit, mediæ Comœdiæ & antiquæ proximus: qui ænigmatis aliquando vsus est in fabulis, vt illud est quo *podicem* quatuor hexametris versibus circumscribit, & senariis quinq; est interpretatus: id quod & in aliis hic idem Poeta obseruauit, vt scilicet ænigmata hexametris scriberet: interpretationes vero Iambicis exponeret. Versuum Latina interpretatio ex fabula Sphingocarione ad verbum ita sonat.

Est loquens elinguis, cognominis masculo fœmina, hirsutus, & interdum domesticorum ventorũ custos leuis, non intellecta non intelligentibus loquens, carmẽ ex carmine ducens vnũ & multa, & vtiq; si quis vulneret, inuulnerabilis. Quod quidem ænigma Eubulus ipse exposuit, anumq; esse, id est, *podicem*, carmine suo declarat. Eiusdem est & distichon illud heroicum, quo *Ichneumon Ægyptius* significatur: cuius historia est ex Aristotele & Plinio, itemq; ex aliis notissima.

ἀτελεξοφθαλμὸς, μὴ πρόστομος, ἀμφικνέφαλος.
αἰχμήτης παίδων ἀγόνων γόνον ἐξαφανίζων.

hoc est, & vt hoc verbum verbo reddatur(Audebit fortasse alius carmine exprimere felicius) *locusta habens oculos, non prolato ore vtrimq; mobilis, depugnator filiorum ingenitorum semen perimens.*

Ita exponitur: Ichneumon Ægyptium animal, crocodilorum oua absumens, priusquam in feras semen euadat, perrumpit & absumit: propterea quod ἀμφίστομος, id est, ancipiti ore pungit inferius, labris autem mordet.

Leguntur & alii griphi Eubuli, vt de *pappo* carduorum illud duobus hexametris:

Noui ego, qui grauis est, iuuenis, dein quando senescit,
Euolat implumis leuiter, terramq; facessit.

Antiphanis Poetæ ænigmata quædam.

Et Antiphanes Bergæus Poeta griphis in suis fabulis vsus est. Eius enim plures recitat Athenæus in Dipnosophistis, quorum aliquos tibi referemus, sed inprimis, quos in fabula Sappho poetriam proponentem inducit, & alium nescio quem soluentem: Latine sic redduntur.

Est natura infantes seruans fœmina in vlnis,
Hæ mutæ, genitam sed possunt sistere vocem
Per cunctas terræq; vias perq; æquoris vndas,
Cui volet absenti mortali audire licebit:
Cuiq; etiam sensus auditus surdus habetur.

Soluitur vero duobus modis: altero quidem, a nescio quo in fabula introducto: altero a Sappho ipsa versibus Iambicis, in hunc propemodum sensum. Et ille quidem hæc: φύσις, id est, natura,

natura, quam dicis, eſt *Ciuitas*: infantes, quos in ſe nutrit, *Rhetores*: qui vociferantes per maria, & ab ora Aſiæ & Thraciæ, λήμματα, id eſt, argumenta ducunt, habitantibus vero prope ipſos ſedet conuitiantes ſemper *Populus*, nihil neque audiens, neque videns. Verum cum non ſatis hæc ſolutio arrideret, Sappho ipſa ita expoſuit: Fœminea quidem eſt natura *Epiſtola*, quæ infantes circumfert *literas*: mutæ quæ cum ſint, iis qui longe abſunt, loquuntur, quibus vult, legenti vero ſi prope aliquis ſit, legentem ipſum non audit.

Sunt præterea & eiuſdem Antiphanis alii de griphis (vt ſic dicam) griphi: qui mihi adeo obſcuri viſi ſunt, vt ſatius duxerim aliis exponẽdos relinquere, vt ille eſt de *perca, mugile & melanuro*. Sed de melanuro plura dicemus in ſymbolis.

Eſt item illud eiuſdem ἐν κνιθοῖσι ἢ γαστρῶνι fabula, quod ille pluribus Iambicis Senariis complexus eſt, φέρων τις μὴ φέρει, quod ſcilicet aliquis *ferens non ferat*: quod exponitur de his, qui in conuiuiis dant ſymbolum, & non tamen dant ipſi conuiuium. Sunt qui de pondere dici exiſtiment, quod a multis ſimul extollitur: Omnes enim ſimul illud eleuant: non ſeorſim tamen vnus.

Idem quoq; in Aphrodiſio fabula aliud de *olla carnium* multis ſenariis affertur, quæ propter vocabula ab eo confiɛta & polyſyntheta Latine exprimi non poſſunt. Quis enim τροχοευμαστ-

τοὐχθον vno verbo interpretetur? nisi quis forte audaculus, vt amicus quidam meus, *Rotambagistructum* dicat, qui ab omnibus ideo risus est.

Ænigmata de umbra Theodectis, item alia quædam de Theseo circumscripto.

Theodectes Phaselites, orator & Poeta, qui occæcatus fuisse perhibetur, quod quædam Hebræorum sacra suo carmine prodere tentasset, ænigmatum studio, vt supra meminimus, excelluisse fertur: tum ea proponendo, tum aliena soluendo. Quare illum *Mnemonias*, id est, memoriȩ quȩstiones *griphos* vocasse legimus: quod ipse memoria inprimis polleret, id est, μνημονικὸς esset, vt in eius vita inter Poetas ostendimus.

Huius igitur Theodectis hoc esse perhibet Hermippus in his, quæ de Isocratis discipulis scripsit, quod de *umbra* dicitur: *Quandam rem esse, quæ circa ortum & interitum sit maxima, circa consistentiam vero & vigorem minima:* hoc quinq; versibus sic explicat, quos itidem tentabo in tui gratiam Latine referre:

Natura quæcunq; parit tellus, neq; pontus,
Nec similem membrorũ auctũ mortalibus adfert,
Est hæc quando suo natali maxima primo,
Dum medius vigor est illi, parua, inq; senecta
Redditur aspectu & maior, proceraq; rursus.

Idem Theodectes gripho, qui per literarum circumscriptionem fiat, vsus est, vt ostendit Athenæus: quo genere quoque Euripides in Theseo,

ſeo, & Agathon in Telepho, qui per huiuſmodi ænigma *Theſei* nomen proferunt eiuſq; nominis literas circumſcribunt, vt Θ, quæ in Theſeo prima eſt litera, Euripides *circulum cum puncto introſcripto* : Agathon *circulum meſomphalem*, hoc eſt, medium vmbilicum habentem, Theodectes vero *circulum μαλκόφθαλμον*, hoc eſt, vt ſic dixerim, *mollioculum* depinxerunt, atque ita deinceps ceteras literas deſcriptione quadam effinxerunt, adeo vt integrum nomen, quod vellent, circumſcriberent. Eadem griphi ratione & Sophoclem quoque vſum eſſe legimus. Hos quoque cum voluiſſem vtcunque in noſtram linguam conuertere, fruſtra tentaui, nam cum trimetri ſint plane, nequiui lege trimetrorum ſeruata, verſum verſui reddere. Ignoſces igitur, verbum pene de verbo exprimam.

Hoc quidem Theodectis eſt, qui agreſtem hominem induxit Theſei nomen ita deſignantem:

Eſt prima ſcriptio molliocolus circulo, Θ
Æqualis hinc menſura gemina regula H
Obliqua vincit per medium quas altera.
Similis capillo conuoluto tertia: Σ
Poſthæc triuium apparebat obliquum velut: E
Quinto loco ſupra virgulæ æquales duæ, Υ
Quæ continentur in vnam ſimul baſin?
Sexta eſt capillus conuolutus, vt prius. Σ

Euripidis autem paſtor illiteratus hoc modo idem Theſei nomen declarat:

Ego quidem ſum literarum neſcius:
Formas tamen dicam manifeſtas & notas.
Cyclus velut quidam eſt emenſus funibus: Θ
Hic autem habet punctum manifeſtũ in medio:
Secunda vero inprimis lineas duas, Η
Diſtinguit has vna alia per medium,
Tertia capillus vt volutus fœminæ. Σ
At quarta porro vna ſeſe in rectũ exſtulit, Ε
Obliqua in ipſa tres, infixa firmiter.
At vero quintam non facile tu dixeris,
Hæ lineæ duæ ſunt ex diſtantibus, Υ
Ipſæ quidem concurrunt in ſolam baſim,
Eſt porro tertia perſimilis vltima. Σ

Experiar & illud Agathonis tragici Poetæ pari ratione conuertere ex Telepho fabula: vbi etiam illiteratus quiſpiam Theſei deſcriptionem ſic declarat:

Eſt ſcriptionis vmbilicus circulus, Θ
Rectaq; regula iugata ſunt duæ: Η
Scythiroq; per ſimile erat arcui tertia: Σ
Mox procedens trinium in obliquum fuit: Ε
Erant in vnum regulæ iunctæ duæ: Υ
Vt tertia fuit, erat rurſus vltima. Σ

Eſt & illud de ptiſana, quam Græci vocatam tradunt ἀπὸ πτίσσειν καὶ αὐεῖν, hoc eſt, ab excoriando & dimittendo. Sic enim ptiſana conficitur, vt *excorticatum hordeum* in Sole mittatur: qua de re (ne alios memorem) exſtat libellus Galeni. Ænigma igitur, hoc eſt, κελύφης ἀφλόιου χυλὸν ὀργάσας πίε, hoc eſt, *Excorticati hordei appetens ſuccum*

tum ebibe. Sunt horum pleraque frigida, meo quidem iudicio: ſed Græci, vt exquiſita, in medium adferunt. Neoptolemus Parianus talem inſcriptionem in Chalcedone Thraſimachi Sophiſtæ fuiſſe ait, vt prioribus literis nomen conſcriptum eſſet ſic:

τοὔνομα θῆτα ῥῶ ἄλφα σὰν ὖ μῦ ἄλφα χῖ οὖ σάν:
πατρὶς χαλκηδὼν, ἡ δὲ τέχνη σοφίη.

Nomen Theta, Rho, Alpha, San, y, m, alpha, chi, u, ſan;
Patria Chalcedon, ars mihi ſed Sophia.

Pindarum quoq; poetam illuſtrem oden ſine litera S. ſcripſiſſe legimus, hoc eſt, ἄσιγμον: Eodē modo & alteram Laſus poeta Hermioneus: Itē in Cererem hymnum, cuius hoc fuiſſe principium Heraclides Ponticus ſcribit in Muſica:

Δημήτραν μέλπω, κόραν τε κλυμένοιο ἄλοχον,

hoc eſt, *Cererem cano, Coramq;* (id eſt Proſerpinam) *Plutonis coniugem.* Sed de his alibi copioſius dicemus in Poetis & de Diis. Legimus & eiuſdem Laſi Hermionei, vt puto illud, ὠμὸν ἰχθὺν ὀπτὸν εἶναι, hoc eſt, *crudum piſcem* ὀπτὸν, eſſe. Quod ambiguum & anceps eſt, propter hanc vocem ὀπτὸν, quæ & *aſſum* ſignificat, & *viſilem.* Griphus eſt etiam illud Luciani: *Quid ſunt homines? Dei mortales. Quid Dii? homines immortales.*

Exſtat adhæc ænigma apud Athenæum de Apolline tale:

In claro natus;patriam circumfluit humor
Salsus:& ipse quidem Numeri mihi filia mater.

Vocat claram manifestamue,insulam *Delon*: quæ quod subito e mari effluit,Delos Græce appellata est, & mari circumalluitur Id non modo Græci & Latini scriptores testantur: sed & Philo Hebræus pluribus. Mater vero Latona, qua (vt in fabulis legitur) Cæi filia fuit,quo nomine Macedones *numerum* appellare consueuerunt. Multas hoc loco tibi, mi Pice, fabulas inculcare potuissem, sed rem tibi aperire tantum satis esse duxi, ne operam absumerem in his,quæ tu ipse quotidie legis.

Ænigma de CHIRONE.

Huic non absimile esse videtur, quod non multo ante legebamus, ἥσσων ἀλγήσας παῖδ' ἐκ θέτιδος ἀνέτρεψε: cum laborantem Chironem ænigmatis auctor innuere velit, Achillem Thetidis filium nutriuisse. ἥσσων quippe pro χείρων posuit,nam idem sunt non voce sed significatu.

De AIACE *Ænigma.*

Nec absimile illud est,quod de Aiacis nece dicitur,qui vbi Achillis arma assequi non potuit, interiit.Sic enim Græce habet:

γῆς ἔθανεν κατὰ δεσμὸν, ὅτ' ἀγγείων ἀφάμαρτεν.

γῆς enim pro αἶας posuit(vtrumque enim *terram* significat: sed & αἶας Aiacem) κατὰ δεσμὸν vero,id est, *ex vinculo*, pro Telamone positum est. Nam τελαμὼν tum viri nomen proprium est, Aiacis patris:tum vinculum seu clypei lorū signi-

ſignificat. Græce enim, (vt noſti) *δεσμὸς* vinculum dicitur *ἀγγεῖα* autem, id eſt, *vaſa*, arma dixit Achillis. Sic igitur Latine: *Terra obiit ex vinculo, cum vaſorũ haud compos factus eſt*: hoc eſt, Aiax Telamonius, vbi armis fuit defraudatus.

Ænigma Alexidis Poetæ.

Legimus quoque ænigma, quod *homine dormiente* tribus ſenariolis Alexis Thurius Poeta comicus cõpoſuit, in fabula, cuius titulus *ὕπνος*. *Non mortalis*, inquit, *neq; immortalis, ſed habens quoddam vtriuſq; temperamentum: vt neq; hominis parte viuat, neq; Dei: ſed naſcatur ſemper.*

Sed enim his diebus recitauit mihi amicus meus: ænigma trib⁹ hexametris de *ſomno*: quod & hic tibi vt adſcribam, dignum viſum eſt:

Sponte mea veniens, varias oſtendo figuras,
Fingo metus vanos, nullo diſcrimine veri,
Sed me nemo videt, niſi qui ſua lumina claudit.

Recitauit & alia, quæ frigidiuſcula cum eſſent ſunt viſa indigna relatu.

Ænigma de VISCO. (a)

Sed & Ion Poeta in fabula Phœnice ſeu Cæneo *arboris ſudorem viſcum* dixit, hoc eſt, *δρυὸς ἱδρῶτα*. Plautus quoque ænigmatice de viſco & turdo ſeu turdela ait: *Ipſa ſibi auis mortem creat*, nam ex eius auis ſtercore *viſcum* in arboribus naſci ſcriptores tradunt, atq; ideo de eo a Vergilio dici, *Quod nõ ſua ſeminat arbos*. Idem Plautus *hominem trium literarum*, furem intelle-

xit, apud quem pene ſunt huiuſmodi innumerabilia: nec tamen apud hunc ſolum, verum & alios omnis generis ſcriptores, quorum nimis longum eſſet, ſi cuncta, quæ legi, his ſimilia huc afferre velim. Nam & Achæus Eretricus, iucundus admodum Poeta, pleraque huius generis ſcripſit: vt illud de *Scytale* Laconica in Iride Satyrica, *implexam Spartiatem ſcriptam Cyrbim*, id eſt tabulam, πλεκτὴν σπαρτιάδην γραπτὴν κύρβιν: quoniam albo loco circumuoluebant Spartiatæ ſcytalem, & quæ volebant ſcribebant, qua de re Apollonius Rhodius in eo, quem de Archilocho compoſuit, & Gellius, Plutarchus, & alii.

Ænigmata quoq; ſcripſit Dromeas Cous, vt Clearch⁹ prodidit, & Ariſtonymus, Philocithariſta: item Cleon, Mimachus cognominatus, vtpote mimorum Italicorũ optimus hiſtrio, qui propria vtens perſona, hoc eſt, αὐτοπρόσωπος, Nymphiodorũ in eodem mimorum genere ſuperauit. Huius vero & Iſchomachus præco factus imitator eſt: qui in circulis imitationes quaſdã agebat: qui ęſtimationem nactus, in miraculis ceteros tranſcendens, mimos etiã actitabat. Hi igitur ſimiles griphos agebant: quorum etiam nonnullos commemorat Æmylianus apud Athenæum: apud nos vero Apuleius in ſua Metamorphoſi multa inſperſit: multa Martianus: item Theocritus in Idylliis, maxime in Panos Syringe, & aliis. Adfert inſuper Chamaleõ in libro, quem de Simonide cõpoſuit, quæ-

dam

dam valde griphis similia ab ipso Simonide edita: sicut illud de *Delphine & hirco*, & illud de *asello Epeo*, quæ & Athenæus exponit. Sed certe apud auctores multa; qualis est inprimis griphus Ausonii, quem superiorib. diebus tibi sum interpretatus. Sextus item Empiricus in libro cõtra Logicos Æsopi hoc ænigma esse scribit: *Cum*, inquit, *Silenus hominẽ videret in manus sibi, ne frigescerent, hyemis tempore insufflare, nec eum idem in pectus faceret, incalesceret: dixit, cum huiusmodi fera non viuendum, ex qua maxime contraria proueniunt.* Ænigmatice quoque ille *messorem aquarũ* dixit piscatorem, hoc est, θεριστὴν ὑδάτων. Est & illud non illepidum de homine fure, qui noctu vigilat vt furetur, interdiu dormit, ἡμερόκοιτος ἀνὴρ, hoc est, *vir interdiu dormiens*, quo vsus est Hesiodus in ἔργοις καὶ ἡμέραις. Sed & hac forma Ennius *se tria corda habere* dicebat, quod Latine, Osce & Græce sciret. Sed enim talia, vt modo dicebam, nimis longũ esset collegisse nec operæ pretium foret. Ex his vero, quæ attuli, tibi viam satis planam patere arbitror ad cetera huiusmodi explicanda, quæ inter legendum tibi sese obtulerint. Ego quoq; aliquando huiusmodi ludicris vsus sum: vnumque ex nostris in præsentia tibi adferam, quod Pythagoricis conclusum numeris, si diligentius extremum attendas versum, totum dissoluas. Ænigma hoc ipsum est.

Nomina si numeres, Samii est sententia vatis,

Ipse nouem decies, & quadringenta notabis,
Vnde feres nomen, quo frontem littera nona
Præsignat; non prima fauet, non sexta misello:
Cuncta auide relegas, olim legis obdita Scirpi.

CÆLIVS CALCAGNIVS COMITI THOMÆ CALCAGNIO Nepoti S.

QVi negant *scirpum* pro ænigmate atque ambiguo dicendi genere accipi, hac ferme ratione vtuntur, scirpum enodem esse; neque in eo inueniri quicquam quod offendat vnguem, aut moretur: atque adeo stultum esse in scirpo nodum quærere: vt Ennianus versiculus in prouerbium abierit: *Quærunt in scirpo soliti quod dicere, nodum.* Quare pro scirpo *scrupum* substituendum contendunt. Notum enim est vel Donati testimonio, scrupum pro lapillo accipi, qui calcatus pedem male habeat. Vnde & Terentianum; *Inieci scrupum:* & apud Plautum *scrupea cœna*, ad quam calcatis dentibus sit eundum: & *scrupea meretrix.* Atqui illis placet commentum: mihi non fit verisimile: quando aliud est ænigma sermoque ambiguus & complicatus, aliud scrupus. Quicquid enim legenti moram facit, quicquid difficultatem inuehit: id protinus scrupus appellari potest. Sed longe aliter habet ænigmatis & tortuosi lex sermonis. Nam cum omne ænigma difficultatem habeat, non tamẽ recurrit: nec omnis difficultas habet ænigma;

gma. Ænigmate enim aliud auditur, aliud intelligitur. Tum omne ænigma παράδοξον est, & ita implicatum ac nodosum, vt non facile solui queat. Quale illud Platonis: *Homo non homo, videns non videns, percussit non percussit, lapide non lapide, auem non auem, sedentem non sedentem, in arbore non arbore.* Quo significatur vespertilionis e sambuco pendentis alam ab eunucho, & quidem lusco, pumice percussam. Fatemur itaque scirpũ enodem esse: sed ita fatemur, vt eum quoque inter vitilia annumerari, & ex eo nodos implicationesque tortuosas fieri fateamur. Ex his enim crates, storeas, phormiones, fiscinas, nassas, & id genus texta, tum agresti, tum nauticæ & piscatoriæ supellectili accommodata, consui complicarique legimus. Certe Cato crates vimine contextas, *scirpeas* appellauit. *Scirpare* enim apud receptos auctores vincire, innectere, implicareque significat: ex quo *scirpiculæ fasces* dictæ, scirpandis ligandisque vineis sunt idoneæ. Sicut igitur Græcis γρῖφος & rete, & impliciram tortuosamq; orationem notat: vnde γριφώδεις λόγους: sic nostris *scirpi* nõ iuncos tãtum ac vitilia, sed inextricabiles & obtortos sermones designant. Hæc mea sententia est. vtrum tamen verius arbitreris, tua sit optio. Vale.

Sequuntur Ænigmata.

ATHENÆI DIPNOSOPHISTÆ ex cœnis sapientum descripta:

Ex libr. 10. Dipnosophist. cap. 17.

Interprete

NATALE DE COMITIbus Veneto.

TEmpus postulare videtur, Symposiastæ, vt paulum a poculis abstinentes, de ænigmatibus aliquid dicamus: non tamen secundum Grammaticam tragœdiam inscriptam Calliæ Atheniensis. Sed nos prius, quis ænigmatis terminus sit, inquiramus: quęq; Cleobulina Lindia proposuit in ænigmatib. Satis enim de his Diotimus Olympenus noster socius scripsit. Sed & Comici de his mentionem fecerunt: quandamque castigationem subibant ii, qui non soluebant. Tunc ait Larensius: Ænigma sic Clearchus Solensis definiuit: Ænigma est quæstio iocosa, quæ imperat cogitatione inuenire propositam rem honoris gratia: vel est dictum, supplicii euitandi caussa. Idem Clearchus in lib. Ænigmatum, septem eorum species esse adfirmat. In litera quidem, vt cum dicemus *ab, a, nomen esse piscis aut plantæ.* Similiter vero si aliquam literam habere vel nō habere iusserit: veluti ea sunt ænigmata, quæ dicuntur *asigma*: vnde Pindarus ἄσιγμον idem fecit, quasi ænigmate quopiā in poemate proposito. Ænigmata in syllaba dicuntur, veluti metri, cum dicemus *quid cuius fuerit dux, vt rex: vel cuius extremū habet Nax, vt Callianax: Leo primam habeat, vt Leonidas:*

vel

vel rurſus vltimam, vt Thraſileo. In nomine dicemus nomina, vel ſimplicia diſſyllaba, vel cōpoſita: vbi forma quædam tragica oſtenditur: vel humilis rurſus, vel nomina non Deorum, vt *Cleonymus*; vel Deorum, vt *Dionyſius* Atque hęc vel ex vno Deo vel pluribus, vt *Hermaphroditus*: vel a Ioue incipiendo, vt *Diocles*: aut a Mercurio, vt *Hermodorus*. Vel ſi in *Nicus* dixerit. Qui vero mandatum non dicebant, poculum bibere cogebantur. Sic enim Clearchus definiuit. Quod autem ſit hoc poculum, quæris. De Ænigmatibus Antiphanes ait in Cnethidibus aut ventroſo:

Ego quidem prius iubentes dicere
Ænigmata in conuiuio rebar palam
Nugari, & haud quicquam, vt iubetur dicere
Quæ: poſtea quod quis ferens non & ferat
Ridebam, & has nugas putabam inſipidas.
Nullam putabam prorſus hunc rem dicere,
Sed inſidiarum gratia: nunc & ſcio
Verum quod id fuit: eranum viri decem
Portauimus, nulli refertur portio.
Ergo patet, quod quis ferens non & ferat.
Hoc eſt: in hoc ænigma certo reſpicit:
Dignum ſed eſt, vt conſequatur hoc veniam,
At qualia hi nugantur in re qui ſtipem
Non depoſuere, quam profecto maxime
Felix erat Philippus ipſe per Iouem
Quibuſdam.

At in Aphrodiſo:

Nunquid.

Dicturus ollam cum tibi sum, proferam,
Rota laboratum, cauo vas corpore,
Terraq; factum, matris in tecto alterius
Coctum recentis, mortuos quæ habet gregis
Lacte educatos, & cute mollio Hercules
Ni dixeris plane necabis. carnium
Ollam refers certe.

Et ibidem.

Flauentis apis quæ misceantur pascuis,
Gutta fluentem, ac insidentem mox capræ,
In pileum latum puellæ virginis
Castæ Cereris: tenuibus hinc operculis
Luxuriantes atq; factos pluribus;
Vel aperte placentam tibi dicam Placentã volo?
Bromiadæ fontis sudorem, vinum *dic concidens.*
Scaturiginẽ phæandrum hic reliqui, aquam dicas.
Casiæ haberem aspectum auram per æthram,
myrrham dicas mihi
Longam, nec tale aliud quid, nec rursus
Dicens, quod opus hoc esse videtur maius, vt a-
iunt quidam;
Ipsum quidẽ nihil per se, sed conuertere frequenter.

Alexis in somno huiusmodi proponit ænigmata.

Mortalis haud, contraue, sed quandam tenens
Naturam, vt in virum locetur haud loco:
Nec viuat vt Dei, sed vsq; nascitur,
Et semper interit, nec vlli cernitur,
Notissimus sed semper est is omnibus.

Lusis-

Lusisse gaudes fœmina hoc ænigmate
Manifesta certe dico, valde & lucida.
Quis ergo puer naturam erit sortitus hanc?
Somnus, puella, finitor mortalium
Laborum.

Eubulus in Sphingocarione ænigmata quædam huiusmodi proponit, quæ & ipse soluit:

Garrulus, elinguis, mas fœmina, nomine & idem
Ventorum quæstor propriorum, lauis & hirtus,
Stulta loquens stultis, legemq; ex lege reducit:
Vnum & multa simul: nec si quis vulneret illum
Vulnera perpetitur.
Quid hoc? quid est? quid me rogas? Callistratus.
Podex *hic est, nugaris ipse habens simul.*
Elinguis ipse est, garrulus; vnum pluribus
Nomen ferens non vulneratus vulnera:
Tum leuis ac hirsutus: atq; flaminum
Custos: locustæ habens oculos, edentulus
Pugnator, non natorum genus vndiq;
Perdens.

Ichneumon. *Ægypti*: hic enim crocodilorum oua capiens, priusquam feræ nascantur, fœtum frangit, postea perdit: quare subdolus percutit inferius, ac labris mordet.

Noui ego qui iuuenis grauis est, seniorq; sine alis
Inde volat leuiter: terramq; abscondidit ipsam.
Est Pappus hic profecto spina, qui iuuenis
In semine constitit: quod inde vt iecerit,
Mox auolat leuis puerorum flatibus.

Exſtat hians infra ſimulacrum, ſurgit & alte,
Adq; pedes ex capite perforatum, in acutum concauum.
Ad homines pariendos ex nate ſingulos:
Quorum alii portionem ſortiti ſunt vitæ, alii vagantur.
Illam quiſq; habens, ipſum dicunt cuſtodire.
Vos autē diiudicare ſane opus eſt, hanc eſſe ſortem.

Ne omnia ſumamus ab Eubulo, Antiphanes ſcribit in Problemate.

Piſcibus verriculum vir multis circumiicere
Exiſtimans magno ſumtu vnam traxit percam:
Et hanc deceptus aliam mugilaque ipſam
Duxit: volentem ſequitur perca melanurum;
Mugil, vir, melanurus: neſcio quid dicas.
Nihil dicis enim, ſed ego aperte dicam,
Eſt quidā, qui præſentia cū dederit, neſcit ſe dediſſe
Quibus dedit: nec ipſe habens, quibus non egebat.
Dans quidam non dedit, nec habens habet.
Nihil horum noui: igitur hoc (nunc,
Ænigma dicebat. Quæcunque ſciuiſti, non ſciuiſti.
Nec quot dediſti, neq; quot pro ipſis habes:
Tale hoc erat profecto? Et ego quoddam
Dicere vobis volo ænigma, refer.
Pinna & trigla voces piſciculi habentes
Multa loquebantur, de quibus antea cupiebant dicere quid,
Non dicebant, nec enim ſciebant, vt ad quem
Erat ipſis ſermo, ad ipſas autem multa loquentes,
Ipſas ambas Ceres tuebitur.

Anti-

Antiphanes in Sappho Poetriam ipsam ænigmata ita proponentem inducit: quæ quidam soluit hoc pacto. Ait enim?

Fœmina natura est: sinibus quæ pignora seruat,
Quæ sunt muta, tamẽ mittũt trans æquora vocem
Ventosa, & vastas terras mortalibus, illa
Vult quibus, his audire licet q; absentibus, aures
Obtusas habeant quamuis, audire nec aptas.

Hoc soluens quidam subiunxit:

Est ciuitas natura, quam tu nunc refers,
At Rhetores sunt filii, quos hæc alit,
Clamare trans fretum audiuntur siquidem,
Asiaticique litoris quæstus trahunt
Ac Thracis huc, prope adiacet pascentibus
Iniuriasque agentibus, qui nil videt,
Populus, vel audit. hoc, pater, fit quomodo
Sit mutus vt Rhetor? ter absurdum magis.
Equidem optime ego puto
Nouisse dictum hoc, sed dic iam.

Sappho postea ænigma soluentem inducit: hoc pacto.

Epistola est natura primum fœmina,
Sunt filii, quos illa gestat, littera,
Mutæq; sunt: loquuntur ast absentibus
Quibus cupit, propinquus alter accidat
Si quis legenti, nil profecto is audiet.

Diphilus tres Samias puellas inter cõuiuium ænigmata proponentes induxit in Theseo: atque propositum fuisse a prima perhibet hoc ænigma, *quid omnium esset durissimum*: eamque

Ferrum dixiſſe narrat : huiuſmodique rei demonſtrationem attuliſſe, quod hoc omnia excauant ac ſcindunt, atque in omnia vtuntur. Quod cum approbaſſet, dixiſſe aiunt ſecūdam, *Fabrum ferrarium multo eſſe fortiorem*: quando hoc laborat, robuſtumq; ferrum flectit, mollit, ac quodcunque opus eſt efficit. Tertia *Priapum robuſtiſſimum omnium* eſſe aſſeruit: atque vel illud argumento eſſe, quod fabrum etiam ferrarium gementem hoc pædicant.

Achæus Eretrienſis cum comis ſit Poeta, phraſin aliquando obſcuram reddit in compoſitione: multaq; profert in ænigmatum morem in Iride Satyrica: velut cum ait, *Lithargentheus lecythus ſuſpenſus erat vnguenti. Textam Spartanam ſcriptam* vocat Cyrbim, pro Spartana tabula. Quod autem albo loco circūuoluētes tabulam, ea quæ volebant ſcribebant Lacedæmonii, aperte declarauit Apollonius Rhodius in libro de Archilocho: Steſichoruſque vas lauandis pedibus aptū *lithargentheolum* vocat. Ion in Phœnice ſiue Cæneo *viſcum* his verbis *quercus ſudorem* vocauit:

Quercus quidem ſudor inciſaq; oblonga virga
Ægyptia paſcit linea veſtis ferarum pedica.

Scribit Hermippus in diſcipulis Iſocr. Theodectē Phaſelitem ꝓmtiſſimū fuiſſe ꝓpoſitis ſibi ænigm. inueniēdis, aliiſq; ipſū aptiſſime ꝓponere ſolitū eſſe, velut illud de vmbra. Naturā n. quandam eſſe dicebat, quæ *maxima ſit in generatione*

& inte-

& interitu,& minima,cum maxime viget. Noctē præterea ad diē dixit p ænigma in Oedipo. *Germanæ geminæ,gignit quarum altera semper alteram:& inde parens fit filia nata vicissim.*

Huiusmodi est & id,quod in rebus Grecis memorię prodidit Callisthenes. Nam Chromnum, quæ ciuitas est non longe a magna ciuitate cōstituta, obsidentibus Arcadibus, Hippodamus Lacon, qui vnus erat ex obsessis, pconē ad ipsos ex Lacedęmoniis venientē hortabatur: ipsorum statum per Ænigma significans: vt matri nunciaret, *quod mulicrcula intra decem dierum spatium esse soluenda quæ ligata erat in Apollinis tēplo: veluti si præterierint,non amplius esset soluenda* His igitur verbis facile indicium significauit sui status. Est autem ipsa *fames* in Apollinis templo, ac iuxta Apollinis sedem picta, quę mulieris formā imitatur. Manifeste ergo patuit omnib⁹ quod decem etiam dierum spatium famem obsessi tolerare possent: quam rem cum cognouissent Lacones, pro viribus exclamauerūt iis, qui erant in Cromno. Sunt & alia complura huiusmodi ænigmata, veluti est hoc: *Virum vidi ignitū ærē viro adhærentē ita tenaciter, vt sanguinē cōiungeret.* Significat autē hoc *cucurbitula* adiectionē. His simile est & illud Panarcis, vt testatur Clearch⁹ in libr Ænigm. *quod percutit ligno non ligno, considētem auem, non auem, vir non vir, lapide non lapide.* Ex his enim aliud est ferula, aliud noctua, hic Eunuchus, ille pumex Atque

Plato lib 5.de Leg. inuentiuncularum Philosophos cōmemorans, iis similes videri ait in conuiuiis ambiguo puerorū ænigmati de Eunuchi ac de iactu & noctua, a quo ipsū fecerūt ænigma.

Huiusmodi sunt etiam ænigmata Pythagoræ: velut attestatur lib. 4. Poetarum Demetrius Byzantius: *Cor non comedere*, pro eo quod est, animum sine mœrore exercere. *Ignem ense non confodere*, id est, virum iratum non irritare. Ignis siquidem iracundia: ensis contentio. Item *iugum non transilire*, id est, omnem auaritiam immodicam fugere ac odisse, & æquum quærere: *Populari via non ingredi*, id est, vulgi non sequi sententiam: siquidem vnusquisque, quidquid sibi videtur, diiudicat temere. *Rectam lineam ducere*, id est, ratione duce vti: *Non considere super semodio*, id est, non curare quæ sunt in diem, sed semper accedētem admittere: quoniam terminus & finis vitæ est mors, qui non sine dolore ac cura finit accedere.

Similia sunt & ea ænigmata Theodectis, quę per iocū dixit Dromeas Cous: vt memoriæ prodidit Clearchus & Aristonymus Psilocitharista, ac Leon Mimauluscognominatus, qui optimus fuit Italorū mimorū; nulla extrinsecus persona assumta, per se sufficiens histrio. Erat. n. Nymphodoro superior in mimo cōmemorato. Huius imitator fuit Ischomachus pco, qui circulares faciebat imitationes. Postea vero quam nominis splēdorem assecutus est, mimos in mira-

cula

cula transiens diiudicabat. Erant autẽ ænigmata huiusmodi, quæ faciebant: *veluti cũ rast cum quendam crapulatum maleq; habentem percũctaretur medicus, num in vomitum edisset. Nequaquam ego,* dixit, *at in ventrem.* Cum *mulier quadam ventre laboraret*, eamq; *interrogaret medicus, nũ haberet in ventre? Et quo pacto, inquit, cũ iam triduũ non comederim?* Et Sosiphanes Poeta in histrionẽ Cephisocleũ dixit, obiurgãs ipsum ob os latũ: *In femur tuum lapidem coniecissem, nisi futurus fuissem astantes irrigare.* Antiquissimũ est ænigma rationem sequens, maximeque accõmodatum naturæ ænigmatum veluti, *Quid omnes nescientes docemus? & quid est nusquam & vbiq;? Quid est idẽ præterea in cœlo, in terra, & in mari?* Est autẽ hęc nominis similitudo: Vrsa.n. serpẽs, aquila & canis, in cœlo sunt, in terra, & in mari. At illud *nusquam & vbiq;* tempus significat: Idẽ enim est nusquam & apud omnes, quoniam eam naturam obtinuit, vt non sit in loco. Præcedens vero est animas habere, quod cum nullus nostrum sciat, præsentes docemur.

Callias vero Atheniensis (nam & antea de eo quæsiuimus) qui ante paucis tẽporibus Stratidem præcessit, tragœdiam Grãmaticam dictam ita describẽs fecit, cuius prologus est ex elementis, quẽ dicere oportet per omnes scripturas, diuidendo ex elemẽtis, finemq; faciendo subuerse, in *alpha, vita, gamma, delta, ita, thita, Dei, n. si iota, cappa, lambda, mi, ni, xi, o, pi, ro, sigma, tau,*

y, phi, chi, & in omega. Mulierũ autem chorus ex iis, quæ cum duobus factus cũ ipſo eſt cõcinnus atq; ſimul in concinnitate cõuenit, hoc modo: βῆτα ἄλφα, βα. βῆτα ε. βε. βῆτα η. βη. βῆτα ἰῶτα, βι. βῆτα ο. βο. βῆτα υ. βυ. βῆτα ω, βω, rurſuſq; in metris ac carminib. æquipollent γάμμα ἄλφα, γάμμα ε. γάμμα η. γάμμα ι. γάμμα ο. γάμμα υ. γάμμα ω. & in ſyllabis vnũquodq; metrũ ac carman ſe habet eodẽ pacto in æquiualentibus; ita vt Euripides nõ ſolum totam Medeã hinc facere ſit machinatus, verum etiam carmen ipſum manifeſtũ eſt quod tranſtulerit. Sophoclem vero aperuiſſe aiunt, cũ auſus eſſet ex illius exemplo, poemaque hoc in metro audiuiſſet, ac feciſſe in Oedipo, *ſic ego neque me ipſum, neq; te triſtitia afficio ob hæc reprehenſus.* Omnes idcirco reliqui conuerſiones in tragœdias, velut apparet, ab hoc deſumſerũt. & poſt chorum rurſus inducit ſermonem ex vocabulis hoc modo, quã iuxta præſcriptiones ſimiliter atq; priores dicendo diuidere oportebat, vt ſeruaretur pro viribus eius qui feciſſet, pronuntiatio, alpha ſolum, o mulieres, ſiue ſecũdo ſolum dicere opus eſt, tertioq; ſolũ dices, poſtea igitur quarto loco tau ſolum, iota quintum, vbi ſextum ſolũ dic ypſilon, vltimum tibi dicam omega ſeptem vocalium ac ſeptẽ in metris, ſolum. Atque cum hoc dixiſſet, ipſa poſtea bis loquitur. Significauit primus hic & literam per iãbos, intemperantius quidem iuxta ſententiam, ac conſiderate hoc modo.

In vtero vero o fœmina, ſed pudore grati

In litteris nomen dicam infantis.
Recta longa litera est, ex hac media
Parua astans vtrinq; supina
Postea circulus pedes habens breues duos.

Vnde postea vt quispiā existimarit Meandrius scriptor parum imitationi adhęrens interpretatus cōscripsit in cōmentario dicto insuauius At. Euripides in Theseo nō scriptam locutionē fecisse videtur. Est autē pastor quidā literarū imperitus, qui Thesei nomē ita pictū illi significat.

Cum literarum non peritus ipse sim,
Dicam figuras, signaq; euidentia
Θ *Est circulus torno velut factus bene,*
Signumq; habens in ventre, quod clare patet.
H *Binas secunda forma lineas tenet:*
Dispescit has medio incidens mox altera.
Z *Cincinnus inde tortus ipsa tertia.*
Subit figura quarta linea recta:
E *Tres incidentes diuidunt hanc lineę.*
Quintam minus promtum fit ipsam dicere:
Υ *Sunt differentes lineę inter se duę,*
Quę conueniunt omnes simul in vnam basin.
Σ *Extrema differt nil figura a tertia.*

Hoc ipsum fecit & Agathon tragicus in Telepho. nam hic etiam literarum ignarus picturam nominis Thesei declarat:

Θ *Est circulus p ctus prior mesomphalus:*
H *Duę iugatę quem sequuntur lineę.*
Σ *Arcus Scytharum vti figura tertia est.*
E *Obliquus adiacet tridens quarto loco.*

Υ *Iunguntur inde binæ in vna linea:*
Σ *Extrema forma est hinc fuit quæ tertia.*

Theodectes etiam Phaselites rusticum quendam inducit literarum imperitum. Thesei nomen significantem,

Θ *Ocellus est figura prima in circulo:*
Η *Binæq; sunt hinc lineæ pares simul,*
Transuersa quas mox incidens ligat altera.
Ε *Cincinnus vt contortus hinc est tertia.*
Σ *Obliquus apparebat hinc velut tridens.*
Υ *Tum virgulæ nascuntur ex quinta duæ,*
Currunt in vnam quæ basin ambæ simul.
Σ *Ac sexta sicuti prius, cincinnus est.*

Huic simillimũ est & id, quod Sophocles fecit in Satyrico Amphiarao literas inducẽs saltãtes: Neoptolemusq; Darianus in libro epigrãmatũ hoc epigramma inscriptũ fuisse narrat in Chalcedone in Thrasymachi Sophistæ sepulcro.

Nomen th,r,a,s,y,m,a,ch,u,s,
Chalcedo patria est, ars est sapientia.

Ac huiusmodi est Castorionis Solensis Poema, vt testatur Clearchus, quod in Pana composuit: Ex pedibus singuli integris nominibus cõprehensi, omnes similiter præcedentes ac sequẽtes habẽt pedes, veluti, *Te iactib. niuis sonoris difficilem iuueneq; via feras nutriens Pan terra Arcadũ celebrabo scriptura hac sapiente, pulcraq; carmina componens rex difficilia cognitu, non sapientibus vt audiantur, Poetarum obseruator, habens ceream vestem, suauitatem emittens, & cetera eodem-*

dem modo. Vnuſquiſq; horum pedum, quoquo modo ponatur in ordine, idē habebit metrum: vt, *Te iactibus niuis ſonoris, te iactibus difficilem:* & quod quiſque pes habet literas decem. Licet autem non eodem etiam modo facere ſed altero: ita aut habeant plures ad vnius vſum, qui ſic dixerint: *Metrum dic mihi pedū, capiens mihi metrum pedum, metrum dic: nolo enim pedum metrū capere: capere metrum enim pedum nolo.*

Scis Pindari etiam odam ſine ſigma factā (vt ipſe ſcribit Clearchus) velut ęnigmate quopiam propoſito in Poemate, multis horum refellētibus, quia fieri non poſſe videbatur, vt abſtineret a ſigma, & quia non approbaretur prius, ſcrpſit recte quod noui: *Et totam adulteratā viri*: Hęc notaret quiſpiam in abalienantes odā aſigmam Laſi Hermionis, quæ Cētauri inſcribitur, & qui in Cererem ac Hermionem factus fuit hymnus a Laſo, eſt aſigmus, vt Heraclides ait Ponticus lib.3. Muſices. cuius hoc eſt principium.

Cererem cano puellam vxorem Clyomeni.

Licet autē & aliis multis abundare ænigmatibus.

In aperto nata ſum: patria me ſalſa aqua
Continet: mater eſt Numeri filia.

Patet quod *in Delo* dicit, quę mari circumfluitur: mater Latona, quæ Cæi eſt filia: ſiquidem Macedones *Cæum* numerum appellant. Tum de ptiſana, *Hordi ſine cortice ſuccum, cum abſtinere non poſſis, bibe.* Nam ptiſanæ nomen a pur-

gandó ac relaxando deductum est. De Cochlea hoc in Teucri definitionibus scribitur: *animal sine pedibus ac spina, sine osse tergore ostracum, oculi se flectentes, oblongi ac curuantes intro.* Antiphanes in ipsius Amore.

Colostra lignea carne, scis dico caseum.

Anaxandrides in Æschra: *Apte coxit & continuas corporis partes domat in igne formata terra Timotheus ait, ollam o viri esse inquiens.* Timocles in Heroibus:

Quam erat concinna,
Vitaque nutrix, hostis & famis, bona
Custos amicitiæ, medica inclyta famis.
Est mensa per cœlum parata splendide
Dixisse mensam protinus licuit prius.

Plato vbi respōsum datum fuisse Cinyra scribit de Adonide filio, sic ait in Adonide,

O Cinyra rex Cypriorum hominum hirsutorum,
Puer tibi fortissimus natus, admirabilis tibi
Maxime omnium hominum: duo autem dæmones ipsum habent.
Hæc quidem impulsa per occultas solitudines, hic vero impellens.

Bachum intelligit ac Venerem: siquidem hunc ambo amarunt. Atque Sphingis ænigma huiusmodi fuisse scribit in tragœdia reprensus Asclepiades:

Est bipes & quadrupes in terra, solaq; vox huic.
Atque tripes, mutat vocem solum: omnia campis
Inter quæ serpunt, quæ cœlo & fluctibus errant.

Ast vbi iam pedibus contendit pluribus, illi
Deficiunt vires, & lentis robora membris.

Sunt auté & hęc Simonidis ænigmatice dicta, vt testatur Heracleotes Chamæleon in libro de Simonide,

Piscis & infelix, & lasciui pater hœdi
Firmarunt propius capita: atra pignora noctis
Sumentes ciliis: Dionysi pascere seruum
Nolentes, regis ac Buphoni.

Sunt qui inscriptum fuisse referãt antiquitus hoc in Chalcide in quodã donario, in quo delphin & hircus sculpti erant: quorum gratia hic erat sermo. Alii in psalterium tensum dictũ esse malunt, in Delphinum ac hircum laboratum atq; dithyrambũ esse Buphoni Dionysiiq; seruum. Sunt etiam alii qui bouem mactatũ Dionysio securi percussum fuisse dicãt, in Iulide ab adolescente quodam, atq; securim ipsam, cum festum propinquum esset, datam fuisse in quãdam fabri ferrarii officinam: ac Simonidẽ, cum iuuenis esset adhuc, ad fabrum ipsum accessisse, vt securim acciperet: qui cũ artificem dormientem vidisset, vtremq; ac cancrum inordinate adiacenté, vicissimque priora tenenté: hoc ꝓblema familiaribꝰ ꝓposuit, cũ ad eos esset ꝓfectus, Atq; *patrem hœdi*, vtrem esse asserunt: cancrum *piscem infelicem*: *noctis filium*, somnũ: *seruum* vero *Buphoni ac Dionysii*, securim. Fecit & aliud Epigramma Simonides, quod maximum scrupulum iniicit iis, qui historię sunt ignari.

Garrula qui nolet certamina ferre cicada:
Det Panopeiada cœnam mox iussus Epeo.

Fama est enim, ꝙ cum versaretur in Cartheia chorosq; doceret Simonides, chori gymnasium ꝓcul a mari habuerit, apud Apoll. tēplū in locis superiorib⁹, atq; tum alios omnes tū eos ꝑcipue, qui erant apud Simonidē ex inferioribus locis, vbi fons scatebat, aquā petiisse. Hic cū Asinus, quē Epeum vocabant ei aquā ferret, hoc ipsum fecit vt per fabulā iocaretur, atq; fabulā in Apollinis tēplo posuisse aiunt, in qua Atridis aquam fert Epeus, velut inquit Stesichorus.

Filia nam Iouis est magnos miserata labores
Regibus apportantis aquam semper.

Hæc cū ita se habeant, statutū fuisse dicunt, vt quicunq; ex discipulis ad horum statutā non venisset, Chęnicis hordeū asino dare cogeretur: ꝙ & ab ipso Poeta dicitur, atq; hoc esse cicadæ certamen nō ferre, nolle sc. canere. Panopeiadē esse asinum: cęnam hordeum Chœnicis. Huiusmodi est & illud Theognidis.

Mortua me petiit sub tectum forte marina,
Mortua sed viuo est ore locutura tamen

Significat autem testam. Est huiusmodi nomina virorum etiam simplicibus nominibus similia proferre, vt robur capiens Aristonicum in bello. Et illud vulgatum.

Quinq; viri ratibusque decem, coire ruentes.
Pugna unt saxis, nec saxum sumere possunt.
Vnda tegit mentum, sitis ingens perdit & illos.

Sub-

Subibant autem pœnam quandam hi Athenis, qui propositum ænigma non poterant soluere: siquidem phratam mixtam bibere cogebantur: vt Clearchus asserit in Termino. Et libro Prouerbiorum primo ita scribit: Nō aliena est prorsus a Philosophia ænigmatum: siquidem antiqui sapientiam per huiusmodi demonstrationes enucleabant. Nam & inter pocula quęstiones proponebant: non tamen eadem ratione, qua iuniores nūc solent, inter se, quæ res magis libidinem excitet: *Quis piscis est suauissimus? aut quis maxime viget? vel quis post Arcturum, aut Pleiades, vel Canem sit esui aptus?* Quarum quęstionum oscula pręmium victoribus proponunt: quæ quidem omnia eorum odium in se concitant, qui aliquo libero animi sensu præpollēt: mulctam vero iis, qui vincūtur, eam imponūt, vt suauius merum bibant, quam sanitatis ratio postulet: quę quidem omnia quam maxime ad eum spectant, qui inter Archestrati Philenidisq; scripta diutius sit versatus, ac Gastrologię fuerit studiosus, vel rerū potius similium. Primo igitur Iambicum carmen dicenti, cōtra dicentis alicuius Poetæ in eandem sententiam, carmen profertur: atq; singulos Iambum dicere oportet. Huc accedit, quod singulos dicere oportet eo metro, quo constitutum est: ac eūdem literarū syllabarumq; ordinē seruare: atq; cuiuspiam vel nomē Troianorū ducū vel Græcorum prædictis similime proferre; Præterea ex data

litera nomen cuiuſpiam ciuitatis dicere opus eſt, quæ ſit in Aſia: ſequentem vero, quæ ſit in Europa: ac variare, ſi quis in Græcia dixerit, vel in Barbarorum regionibus: ita vt non ineptus prorſus ſit hic ludus ad declarandum, quantopere familiares quiſque habeat diſciplinas. His præmium, coronam, laudeſque propoſuerunt, quibus maxime oſcula viciſſim excitantur. Hæc ea ſunt, quæ dicuntur a Clearcho, quæq; appónere conuenit. Huiuſmodi eſſe puto Homericum carmen dicere, quod ab A incipit, rurſuſq; in eandem literam deſinat.

Aſtitit, ac illi dixit velocia verba.
Aſt age nũc ſcutica, & tibi nũc capiatur habena.
Alatum telum capias, & ſcuta rotunda.

Et rurſus Iambi huiuſmodi:

Apte bonus fert ſi qua contingant mala,
Apte bonus fert ſi qua contingant bona.

Homerica carmina ab E, in E deſinentia:

Ecce Lycaonium natum fortemque bonumque
Inuenit.
Eſt vrbe in noſtra, quando nec debui & ipſe.

Huiuſmodi Iambi etiam ſunt:

Eſt omnibus deſpecta prorſus Dercyle.
Pauperies.
Eſſe implicitus præſentibus rebus fere.

Homerica ab a, in a.

Alma locuta oculos diſceſſit caſta Diua.
Alma Venus cecidit gremio confuſa Dione.

Iambi item:

Fide

Fides amici experta sit prius tibi.

Homerica ab I, in I.

Ilion aufugiunt & vani, & nomine primi.
Hippolochus peperit, sum natus filius illi.

Homerica ab S, in S.

Si vel cunctorum Graiorum Agamemnona dicas.
Sapiens feret, quicquid dedit sors labilis.

Item ab O, in O.

Orta velut cœlo nubes, quæ venit olympo.
Mens est mihi perita ferre qualibet.

Operæ pretium autem est carmina etiam sine S, proponere:

Cuncta libet dare, quæq; habeo, quin addere multa
Inde domi.

Atque Homerica rursus carmina, quę ex prima ac vltima syllaba nomen significant:

Aiax ex Salamine rates bis æquore sæuas
Duxit.
Phylides gratus superis, quem bellice Phyleu,
Tu genuisti.
Prudentes medici Podalirius atq; Machaon.

Sunt alia Homeri carmina, quę ex vltima primaq; syllaba nomē aliquorū vasorū significant.

Casorum Danaum mens est in pectore tristis.
Ex fato loquitur quiuis, quod crederet alter.
Tristis erat, ne quid peius pateretur & inde.

Alia sunt carmina, quæ edulium quodpiam indicant ex prima ac vltima syllaba:

Argenteos habens pedes Thetis filia marini senis.
Nec tu hæc singula interroges, aut perquiras.

Verum vbi satis iam vagati sumus: dicendum iam esse videtur, quam pœnam ii subibant, qui propositum sibi ænigma non soluissent. Bibere igitur hi cogebantur salsaginem in potu, atq; potulum sine respiratione haurire oportebat: his verbis demõstrat Antiphanes in Ganymede:

Heu mihi implicita
Interrogas valde: ast aperte ego feram:
Si raptionem tu pueri nosti, prius
Quam misceatur, dicere est opus, est statim.
Ænigma num proponis hoc o vir, mihi?
Si raptionem noui ego pueri? quid hoc
Dictum notat? det quis mihi lorum statim,
An nescio? sic punis inde? non ego,
Salsuginis potum attulisse oportuit.
Scis ergo quod bibisse sit hoc opus tibi?
Sed nunquid ipse, quid notet, dixi tibi?
Minime: sed est opus, manus post terga cum
Contraxeris, bibisse spiritu sine.

Cum hæc a Dipnosophistis dicta essent de ænigmatibus, nobisque iam vesper aduentasset: quæ in promtu erant prætermittentes, sermonem de poculis in crastinum diem prorogauimus: nam orationem ad ingressum vsque ἐπεισόδιον iuxta Philothetem Metagenis, vt in nouis multiplicibusque patinis conuiuium theatro præbeam, vbi postea de poculis disseram.

EX PLINIO.

Ferula Plinio est arbor, aliis herba: ideo Clearchus dixit, esse lignum & non lignum.

Iani Simulacrum. Ænigma.

Apud veteres hoc ita effingebatur, vt in dextra q dē manu T, in finiſtra vero ξε p̄ferretur, q̄ Grecis CCCLXV. notant: q annus totidē dieb. conſtet. Quod Plinius ſic refert: *Ianus geminus a Numa rege dicatus, qui pacis belliq́ue argumento colitur digitis eſt ita figuratis, vt CCCLXV. dierum nota per ſignificationem anni, temporis & æui ſe Deum indicaret.*

Ænigma de Aqua ex Plinio lib. 31. in Proęm.

Terras deuorat: flammas necat: Scandit in ſublime, & cœlum quoque ſibi vindicat: ac nubium obtentu vitalem Spiritum ſtrangulat. Quæ cassa fulmina elidit, ipſo ſecum diſcordante mundo. Quid eſſe mirabilius poteſt aquis in cœlo ſtantibus? At illa ceu parum ſit in tantam peruenire altitudinem, rapiunt eo ſecum piſcium examina: ſæpe etiam lapides ſubuehunt, portantes aliena pōdera.

Catilinæ ſeditioſi Ænigma contra Ciceronem.

Cum duo corpora ſint (inquit) *quorum alterum tenue & ægrum ſit, caput tamen habeat: alterum validum & magnum, ſed ſine capite: quid mali facio, ſi ipſe me huic caput ſuper impono? Hoc Ænigmate Cicero territus, latam & inſignem loricam, quam modice ſciſſa toga ad ſignificationem periculi ciuibus oſtendebat, armatus & magna*

ciuium manu stipatus in campum descendit, & Catilinam repulit. Cicero pro Murana.

Ciceronis Ænigma in Pletorium.

Pletorii matrem dicebat, dum vixisset ludum: postquam mortua esset, magistros habuisse. Dicebantur autem, dũ vixit, infames fœmina ad eam conuenire solita: post mortem bona eius venierunt. Ludus per trãslationem dictus est, magistri autem per ambiguitatem. Magistri enim dicebantur, qui bona sub hasta vendebant. Fab. Quint. lib. 16.

Cratetis Thebani Ephemeris ridicula de sumtibus præposteris.

Ponito coquo minas decem: medico drachmam: adulateri talenta decem. Consiliario fumum: Scorto talentum: Philosopho triobulum.

Sic nimirum notabat hominum stultitiam, qui in res honestas & cumprimis necessarias minimũ sumerent impendii, ad turpia prodigi.

Ridiculum conuiuium Heliogabali.

Ad balneum conuocari iussit octo herniosos: ad conuiuium octo caluos: octo luscos: octo podagrosos: octo surdos: octo insigniter nigros: octo notabiliter obesos: octo nasutos.

Et sic prouerbium, illud Gracorum, πάντα ὄχλω veluti exhibuit. Iisdem etiam mandauit proposito pramio, vt ad se deferrent millena pondo aranearum: & collecta dicuntur decem millia pondo aranearum. Admirantibus id factum respondit: Ex his collegi magnitudinem vrbis Roma.

Auri

Auri sacra fames.

Dum lucra Parthica, dum petis hostica munera Crasse.
Vis, sitis, inspicis, heu tibi deficis, as bibis assus:
Hac sitis ebria pungit, inebriat, excruciatq;.

IACOBI PONTANI DIALOgus qui inscribitur.

ÆNIGMA.

Interlocutores

PETREIVS. ARETIVS. MAMIlius. Laberius.

PEt. Cur non imitamur veteres illos, apud quos ad animi hilaritatem atque lætitiam quæstiones ludicræ, Ænigmata & griphi proponebantur: qui mihi epulares illos sermones scite videntur condiuisse, atque omnem penitus tristitiæ nebulam discussisse. A. In hac eadem cogitatione versabar modo: optabamque, vt exsisteret e nobis accubantib. in hoc cõuiuio cum sua Sphinge Oedipus aliquis, quem nos Daui, ego inquam & Mamilius audiremus: eiusque ratione non solum lætiores, verum etiam peritiores fieremus. M. Nolo, Areti, te tam abiecte de me vel sentire vel loqui: nescis qui vir siem: cum ad manus ventum erit, tum cogno-

ſces. A. Quoniam hic repulſam fero, ageſis tu mecum eſto Dauus. Laberi: pudet quippe ſolum videri graculum inter Muſas, & dulcis eſt in rebus præter ſententiam euenientibus ſocietas. L. Quid fabulare? doctrinam tuam, eamque non vulgarem haud ignoro: vt licitū ſit tibi iure tuo ſuperbiā ſumere. Ad me quod attinet, ſunt ænigmata mihi vel ſexcenta, quibus aut rudiores torqueam, aut doctiores viciſſim laceſſam, & veluti repercutiam. P. Ede vnum. L. Abs te certaminis huius æquum eſt naſci exordium, quoniam ętate me & hos duos antecedis, vales item ingenio, iiſque omnibus, quibus eruditi homines cenſentur. Deliges ergo de nobis Oedipum quem volueris.

A. Tu nec iuſſus, nec rogatus ſponte tua nimium ſpondes, ac tuo nospede metiris. L. A meis copiis ſupplementum exſpecter, cuius exercitus fuerit per ſtragem imminutus. M. A quo autem tu exſpectabis? L. A memoria & ingenio. N. Quid? legiſti omnia quæ proponentur hodie? L. Multa, & quæ nondum legi, ea nihilominus quid velint, vt ſpero, coniiciam: tibique & aliis, ſi volent perſpicue ſoluam. P. Quod ergo myſterium eſt in illo?

Homo non homo, videns non videns, alitem
Non alitē, lapide non lapide, percuſſit nō percuſſit
Cum ſuper arbore, non arbore tamen degeret.

L. Apud Platonem repetitur lib. 5. de LL. & puerorum eſt, eodem teſte, faciuntque mentionem

nem eius Athenæus & Suidas. Accipite solutionem, Eunuchus luscus vespertilionem super sambuco hærentem pumice percussit. Iam horum singula reddite singulis per tres illos senarios, mox veram esse interpretationem meam pronuntiabitis. A. Nullum, credo, ænigma tam inuolutum perplexumque sit, cuius indagatio mortem tibi pariat, quemadmodum illud piscatorum Homero.

Quod captum est, perit, sed quæ non cepimus adsunt.

Aiunt certe, quod cum soluere istum nodum nequiret ęgritudine tabefactum obiisse. L. Homerus senex admodum, annos nimirum centum & octo natus, ex morbo, seu (vt alii) fame interiit. Pediculosum ergo ænigma illud iis relinquamus, qui fabulas sequuntur. M. Poetæ id quoque adfirmarunt. L. Poetæ mentiuntur persæpe. P. Non ausim quærere, quid velit sibi Maronianum illud in eclogis, vbi pastores duo altercantur.

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat cœli spatium non amplius vlnas.

Atque in hoc tamen ipsemet Vergilius crucem se fixisse Grammaticis aiebat, in qua ipsi se assidue distorquerent. Nec illud Cleobules seu Cleobulinæ, quæ Hexametris ænigmata condidisse traditur:

Est vnus genitor, cuius sunt pignora bis sex,
His quoq; triginta nata, sed dispare forma,

Aſpectu hinc niuea, nigris ſunt vultibus inde.
Sunt immortales omnes, moriuntur & omnes.

Nec quid Theodoctis:

Vna aliam gignit, geminæ ſunt namq; ſorores,
Quæq; prius genita eſt, mox rurſum gignitur ipſa.

Seu quod Æſopo a Sophiſta in Ægypto eſt propoſitum: *Eſt templum magnum, & in ipſo columna XII. habens vrbes, quarum quælibet XXX. trabibus ſuſtinetur: has trabes duæ circumeunt mulieres.* Tu enim ſubito idem reſponderes, quod ille: pueri apud nos diſſoluunt propoſitiones eiuſmodi, ac *templum* eſſe mundum: *columnam*, annum: *vrbes* menſes: *trabes*, dies: *mulieres* diem ac noctem. *Duas* vero *ſorores*, de quibus paulo ante, diem & noctem interpretarer, quarum vna ex altera naſcitur, & vtraque ſe generantem generat. Præterea illud Cleobulinæ de anno & duodecim menſibus, XXX. diebus, luce ac tenebris diſtinctis accipiẽdum diceres. Vergilianum vero, ad ſepulcrum Cœlii cuiuſdam nepotis & aſoti hominis referres, qui re ſua confracta, non plus ſibi reliquit agri, quam quod ad ſepulturam ſufficeret, vt ad nomen Poeta alluſerit, & Cœlii pro Cœli poſuerit. Nec minus ſolueres, quod Oedipo Sphinx obiecit. Rideres etiam vulgatum hoc de aqua & glacie.

Quam mater genuit, generauit filia matrem.

Aqua & glacies. L. Labore ad ſingula reſpondendi per te leuatus ſum, ob quod beneficium grates ago. De ſepulcro

ero Cœlii quod ais, ſcio ſic explicaſſe Seruium, quæ explicatio pluribus non placet, in præſens meliorem non habeo. & errare me cum Seruio non pudet, ſi is errat. A. En Ænigma, in quo ſoluendo ſudor tibi fortaſſe erumpet. L. Eia ſudor. Adducas licet A.

Semel minusue, an bis minus, non ſat ſcio, *Terminus.*
An vtrumq; horum, vt quondam audiui dicier.
Ioui ipſi regi noluit concedere.

L. Hoccine tantis obſeptum difficultatibus credis, vt ad eius intelligentiam non ſim aſpiraturus? A. Audiemus, quid apportes. L. Dum exaugurraretur Capitolium, omneſque dii ſe amoueri paterentur: Terminus commoueri non potuit, de quo Ouidius lib. 2 Faſtor.

Quid? noua cum fierent Capitolia? nempe deorum
Cuncta Ioui ceſſit turba, locumq; dedit.
Terminus (vt memorant veteres) inuentus in æde
Reſtitit, & magno cum Ioue templa tenet.

Dubitat auctor ænigmatis, ſemel minus, an bis minus fuerit, an vtrumque horum, ex vtroque autem, hoc eſt, ex ſemel & bis, reſultat Ter. Quare non ſemel minus, non bis minus, ſed ter minus fuit, qui Ioui ipſi regi cedere noluit. M. ὢ ἀστοχίαν. Dabo & ego tibi huius exercendę materiam, & vnum alterumue in medium producam. L. Quotquot libet. M. Vide Laberi, vt teipſum noris: cōfidentia male audit. Labimur ſæpe, & hæremus etiam in notiſſimis. L. Pone ergo vnum & alterum. M.

Clauis. *Virtutes magnas de viribus adfero paruis,*
Pando domos clausas, iterum concludo patentes
Seruo domum domino, sed rursum seruor ab ipso.

Quid tu hoc esse putas? quem loqui? L. Ego quid putem, quem loqui existimem? Clauis est, & ea loquitur. M. Victus sum. Nunc iterum vince, si potes.

Tinea. *Litera me pauit, nec quid sit litera noui,*
In libris vixi, nec sum studiosior inde.
Exedi Musas, nec adhuc tamen ipsa profeci.

L. Difficiliora quæras oportet; tam facile diuinabo, quid hoc sibi velit, quam in præcedente diuinabam. Tinea pascitur libris, quis hoc nescit? Reliqua explicare nihil est necesse. M. Quid si te capiam tandem? Tu si me captas, non capies. M. Tentemus denuo.

Ionas. *Sum, nondum dira confectus morte, sepultus,*
Haud vrna, haud saxum, non humus vlla tegit.
Et loquor, & sapio, & vitalibus abdicor auris,
Meque capit viuus, meq; vehit tumulus.

Hoc si solueris, eris tu quoque nobis magnus Apollo. L. Essem hac conditione vel Iupiter, si voluisses. Ionas Propheta est in ventre ceti. Tetigi? M. Prorsus tetigisti, tibi palmam cedo, & hinc superatus discedo. P. Experiunda tibi quoque sunt mea tela Laberi. L. Non grauiter lædent, vti auguror. P. Nihil mollius, vt verũ dicam, isto telo, quod primo loco in te contorsurus sum.

Quod tollit, premit, ima petens, sursum atra repellit,
Et somno premitur, nec tamen ipsa capit, Pluma.

L. Pluma tollit auem in sublime, premit bilancem, & ita eleuat alteram lancem æream. Premitur a dormiente, ipsa non dormit. P. Miror, vbi tu ista legeris, quod si ipse Marte tuo, doctus a nemine soluisti, magis miror, & exosculor ingenium tuum. Addo secundum:

Sunt mihi sunt lacrymæ, sed non est caussa doloris. Fumus.
Est iter ad cœlum, sed me grauis impedit aer,
Et qui me genuit, sine me non nascitur ipse,

L. Fumus est. P. Interpretare nobis versiculum vltimum. L. Ignis generat fumum, sine quo ipse non generatur. An nescitis? an cocos & calefactores in hanc rem testes aduocabimus? P. Accipe tertium, pulcerrimum omnino & sane peracutum.

Quale animal, dic, esse putes, quod mobile totum Sol.
Est oculus, neq; pars præterea vlla manet.
Quotidie gignit natum sine matre creatum,
Qui tamen vna ipsa hac interit ipse die.
Cuius item soror absente est genitore creata,
Partita imperium fratris & interitum.

L. Vere elegans & acutum ænigma, quod sua luce me collustrat, & apud me quidem tenebrarum nihil habet, quia de sole loquitur, & Solem exprimit. P. Recedo perculsus & abiectus, vt Mamilsus. Iam reliquum est, vt Aretii imperium excipias. Euge Areti, esto vir, nam cum viro tibi res est. A. Curabitur.

Campana *Excubat os nitidum patulo mihi semper hiatu,*
Sacra ministerio ferrea lingua Dei est.
Nunquã sponte loquar: nunquã, nisi iussa, tacebo,
Excutere at vocem verbera sola solent.

Quid hoc est Leberi? L. Quid sit? Campana est. A. Audi rursus:

Somnus. *Sponte mea veniens varias ostendo figuras,*
Fingo metus vanos nullo discrimine veri.
Sed me nemo videt, nisi qui sua lumina claudit.

L. Somnus est: hoc somnus facit, & de se istis versibus prædicat: quem vident vtiq; illi etiam, qui non vident: cœci inquam & talpæ, quibus haud negauit natura somnum. A. Quis autem hoc de se?

Mus. *Parua mihi domus est, sed ianua semper aperta:*
Exiguo sumtu furtiua viuo sagina:
Quod mihi nomen inest, Roma quoq; Consul habebat.

L. Mus est: quod ait suum nomen fuisse consuli Romano, id verum est. Nam Mus, Deciæ, gentis cognomẽ fuit, vt testantur Fasti Capitolini, in quibus est P. Decius Q. F. Mus, & P. Decius Q. F. Q. N. Mus. Inest ergo in hoc ænigmate antiquitatis peritia. Dic aliud. A.

Papauer. *Grande mihi caput est: intus sunt mẽbra minuta:*
Pes vnus solus, sed pes longissimus vnus:
Et me somnus amat: proprio nec dormio somno.

L. Papauer est. Nunc mihi quoq; dandus est interrogandi locus. Semper ego auditor tantũ, nunquam ne reponam? P. Quem vis respondere tibi?

re tibi?L. Qui veſtrum audebit. M. Qui poterit. Tamen non deſperamus de nobis: nec tu ſolus triumphabis hodie. Quid ergo adfers?L.

Candidior cygni plumis ſum filia Brumæ, Nix.
Dura minus glacie: ſed non minus algida: fungo
Rarior, ac fluidum in laticem tabeſco repente.
Signo nouem, fuerit ſi littera prima reciſa,
Cor mihi ſi iungas, vox eſt auis atrior vlla.

P. Nix eſt. Quod dicit, ſigno nouem, & quæ ſequuntur, hoc ita intelligendum eſt, ſi ſcribatur *Nix*, & dematur N. fore vt ſignificet eius nomen numerum nouenarium, cuius hæc nota IX. Poſtremo ait, ſi ſyllaba *Cor* ſibi adiiciatur, futurum nomen auis nigerrimæ Cornicis. M. Negabis hæc? L. Cur negem? Age tu Mamili, ſolue hoc:

Glabra foris, piloſa intus ſpecieq; globoſa; Pila.
Exſilio, quanquam mi pedis vſus abeſt.
Aeriaſq; carens pennis volitabo per auras:
Et vires crebro pulſa reſumo nouas.

M. Nihil agis, didicimus abs te inuicti eſſe. Pila eſt L. Nunc demũ intelligo, me non ſolum victorem, & in cõiicienda veritate felicem eſſe. Reſtas tu Areti, quem ſuperare, ſi potuero, non omnino operam me luſiſſe putabo. A. Ingens, ſcilicet, ex me tibi gloria veniet. Petreiũ & Mamilium arietibus & vineis oppugna. L. Tecum lubet velitari. A. Velitemur ergo. L.

Carnea ſulcetur ſi glebula corneo aratro, Prurigo.
Non me dulce dabit, ſed feret acre piper,

A. Prurigo eſt, quæ in amaritiem vertitur, ſi ſcabis.

Spongia.

Tethyos vndiſonæ mediis ego naſcor in aruis.
Meq; cauernoſam fiſtula crebra forat.
Non inuita graui leuis impleo viſcera ſucco.
Quem reuomo exſorptum pellice preſſa prius.
Peniculiq; loco menſas extergeo mollis,
Et rapio ſordes, vulneraq; exſanio.

A. Puto eſſe ſpongiam. L. Sic eſt. Nunc vltimum adhibebo conatum.

Rota quatuor in curru.

Quatuor æquales currunt ex arte ſorores,
Sic quaſi certantes, cum ſit labor omnibus vnus,
Et prope ſunt pariter, nec ſe contingere poſſunt.

A. Hoc prorſus neſcio, quid ſibi velit. L. Nec tu Petreie? P. Nec ego. L. Nec Mamilius. M. Nec ego. L. Audite aliud, quod, vt ſuſpicor, æque non intelligetis, & cuique duo pocula exhauriendo erunt.

Nebula.

Nox ego ſum facie, ſed non ſum nigra calore,
Inq; die media tenebras tamen affero mecum,
Nec mihi dant ſtellæ lucem, nec Cynthia lumen.

A. Deſine plura: mihi tenebræ ſunt, & iure meo lubens cedo: nihil tibi viciſſim ſoluendum obiiciam.

Quid tamen hæc duo ſibi volunt? pande myſterium. L. Relinquam vobis interpretanda P. Tu ergo nobis crucem, vt Grammaticis Vergilius? L. Hoc quidem die non interpretabor. M. Nec magnopere iſtam interpretationē requirimus: & ignorabimus haud ægre, quod ſine periculo-

riculo ac detrimento fortunarum nescitur. Diu fuit otium a propinando. Propinemus inter nos, conuiuiumque cum hilaritudine, quanta potest agitemus, vino & sermone suaui.

Annotatio. Ne se frustra torqueant studiosi, sciant istas sorores esse Rotas quatuor in curru: postremo autem significari Nebulam.

IOACHIMI CAMERARII PAPÆBERG. DE ÆNIGMATIS Annotatio.

ÆNigma fit crebritate ἀλληγορικῶν, in quibus & translationes frequenter veluti implicantur. Fit & ambiguitate in forma similitudinis: cum quod primum cogitatio arripuit, hoc tenet: neque quid verum sit, quærit: vt ille appetiit cereos pisces, & auiculas, pro veris. Tale & hoc:

Aio te Æacidam Romanos vincere posse.

Et Herodoti:

κροῖσος ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει:

Crœsus Halym superans magnam peruertet opum vim.

Item, αὔλη τρὶς ἀπώλετο, *vtrumne tibicina, an aula ter corruit?* Abiecitne quendam dico αἰγανέην, *vtrumne iaculum, an capellam teneram?* Tale & hoc est, ὄνος ὢν αἰασήπεται, apud Suidam. Sed hæc accentibus distinguuntur.

Quid hoc? quod Cicero putat monitum posse videri Crassum, ne proficisceretur ad bellum

Parthicum: quod cum ille exercitum Brundusii imponeret, quidam in porta Carycas Cauno aduectas vẽdens, *Caunias* clamitarit, nam hoc veteri pronuntiatione sonat *Caue ne eas*. Sed ad allegorias veniamus. Philippo patri Alexandri Magni oraculum redditum accepimus:

ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις.

Quid igitur? *Præfigi argentone hastas* iussit? Minime: nam ferrum est validius. Aliud igitur quærendum, quod oraculum præcipere videatur. Ea est corruptio largitionum, & cõciliatio proditorum, quibus ille fertur Græciam compleuisse: aut conductio mercenarii militis, in quorum manibus vere Mars furit. Eodem referentur *et lignei muri*, quos reliquit Pythia Atheniensibus bello Persico. Et Vergiliana.

Dic quibus in terris, &c.

Allegorica autem plurima αἰνιγματώδη apud veteres reperiuntur: quale & hoc Vergil.

Claudite nunc riuos pueri, sat prata biberunt.

Exponũtur oracula multa ab Herodoto obscura: fuitq; hæc veterũ sapientia, verbis res tegere, & veluti ab oculis & cõspectu imperitorũ ac vulgi remouere. Itaque & similitudinibus & παραβολαῖς, & iis quos αἴνους dixere, multum vsi fuere: quibus omnibus in quodã exquisito vsu redditur oratio doctior. Et non solum viri hac laude præstitere, sed fœminæ quoq;: vt Cleobuline, quæ proprio nomine Eumetis, filia Cleobuli. Hesiodea quædã ænigmata nota sunt in fine

ne ἔργων καὶ ἡμερῶν: sed & alia sparsim vsurpata, vt de polypo, quemadmodum interpretantur,

ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει. &, τότε δὴ τρίποδι βροτῷ ἶσος, id est, *seni scipioni innitenti*: & ἡμερόκοιτος ἀνήρ, id est, *fur*. hoc enim genus noctu vigilat. Apud Thucydidem oraculũ his verbis refertur: διὸς υἱοῦ ἡμιθέου τὸ σπέρμα ἐκ τῆς ἀλλοτρίας εἰς τὴν ἑαυτῶν ἀναφέρειν. εἰ δὲ μή, ἀργυρέᾳ εὐλάκᾳ εὐλάξειν. Philonax tum in exsilio erat. hunc corrupisse Pithiã ferebatur, vt Lacedæmoniis hoc responderet: quo significaretur, reuocandã de exsilio posteritatem Herculis: quod ni factũ esset, ipsos argento terram exercituros, id est, laboraturos penuria annonæ: vel tantis impẽdiis culturos terram, vt argentamentis, non ferramentis vsi viderentur: vel coactũ iri frumenta mercari argento, cum nõ crescerent in agro ipsorũ. Cõmemorauimus & in Æsopicis nostris nonnulla ænigmata. Huc pertinent & somniorum ἐξηγήσεις, & cum exquiruntur portentorũ significationes. In quo scitæ & congruentes coniecturæ laudantur μάντις γὰρ ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς. Exempla esse poterunt superiorum temporum *asini & vituli monstra, & multa in nubibus visa*: Et Calchantis *passerum in annos* digestio & interpretatio *apum ac flammæ*, Æneid. lib. 7. Et somnium in Mercatore Plauti:

Miris modis dii ludos faciunt hominibus,
Mirisq; exemplis somnia in somnis danunt.
Velut ego nocte hac quæ præteriit proxima

In somnis egi satis & fui homo exercitus:
Mercari mihi visus sum formosam capram:
Ei ne noceret, quam domi ante habui capram,
Non discordarent, si ambæ in vno essent loco,
Posterius quam mercatus fueram, visus sum
Mihi eam in custodiam simiæ concredere.
Ea simia adeo post haud multo ad me venit,
Male mihi precatur, & facit conuicium:
Ait sese illius opera atq; aduentu capræ
Flagitium & damnum fecisse haud mediocriter.
Dicit capram quam dederam seruandam sibi,
Suæ vxoris dotem ambedisse oppido mihi
Illud videri mirum, vt vna illæc capra
Vxoris simiæ dotem ambederit.
Instare factum simia, atq; hoc deniq;
Respondet: ni properem illam ab sese abducere
Ad me domum, intro ad vxorem ducturū meam.
Ast non habere cui commendarem capram,
Atq; oppido hercle bene illi velle visus sum,
Quo magis quid facerem cura cruciabar miser.
Interea ad me hœdus visus est aggredirier:
Infit mihi prædicare, sese ab simia
Capram abduxisse, & cœpit irridere me.
Ego eam habere atq; illam abductam conqueri.

Hoc partim ipse senex somnium, partim rei exitus interpretatur. Multa autem insignia & luculenta diuersarum interpretationum capi poterunt de libris Diuinationum Ciceronis. Sed hæc fortasse videatur nequaquam esse puerilia: ita tamen sunt reliqua, de quibus hactenus dis-
serui-

seruimus. Nam & in singulis perfectio quædam est & ingenii, & doctrinæ non vulgaris, neque mediocris: & tractationes tamen etiam sunt veluti teneriores & rudiores, quales initiorũ esse necesse est: a quibus tamen nisi progressiones factæ sint, ad illa fastigia nunquam perueniri possit. Multæ autem sunt formæ ænigmatum & griphorum, quas persequi & alienum, & nimis longum fuerit. Tota autem ratio est, ἀλληγορικῶν, vt,

Terrigena herbigrada domiporta sanguine cassa

Et vulgatum hoc:

Mater me genuit, quæ eadem mox gignitur ex me.

Allegoria autem ad multiplices ambiguitates se extendit, siue verbo, seu oratione, seu tono, seu distinctione, aliud quã intelligi debeat, dicitur. Sed de his multa Athenæus libr. 10. & cum alii, tum Aristoteles in Elenchis disseruit. Est autem genus quoddam apud Græcos elegans Ænigmatum, cum significationis ambiguæ verba vel simplicia, vel composita, vel etiam de compositis, & simpliciter in alias idem notantes partes resoluta vsurpantur: cumque de historia aut natura rei remotior intellectus quærendus est, vt cum dixit Agesilaus, *se nescio quot millibus sagittariorum ex Asia expelli.* Corrupti enim pecunia principes Græciæ, domi bello excitato effecerant, vt Agesilaus a sua ciuitate reuocaretur, & medici numismatis signũ fuerat τοξότης. Tale est & nostrum hoc:

λάμβανε μητροκλέους τάδ' ἐφίμερα δῶρα μαθυάνδρου,
ἐκ χίονος παφίῳ χρώματι λαμπόμενα.
ἀντὶ δὲ συγλαῦκας δώσεις, κρατεράς τε χελώνας,
ἴσος ὅτ' ἐστὶ θεοῖς ἀθανάτοισιν ἀνήρ.

Significatur donum virginis, quæ matri ſuæ laudē conciliet, alba faſciola aureis filis diſtincta, pro qua adoleſcens reddere debeat pecuniam. Eſt enim virgo in exſpectatione viri, vt μέναυδρος dici poſſit: & Paphius color aureus eſt. Homerica enim Ἀφροδίτη χρυσῆ. Sed noctuæ & teſtudines numiſmatum fuere ſigna: adoleſcentes vero ἠλίθιοι Græcis, quod ἰσοθέους notat, dicuntur. Exemplū autem inſigne eſt *fiſtula Theocriti*. Noſtrum etiam ænigma aliud ſubiecimus, Græcum & ipſum, nam talibus ambiguitatibus aptior hæc lingua, quam Latina.

ἄπτερον εἰς δένδρον πτηνὸν ποτ' ἄφυλλον ἐσέπτη,
καὐτὸ δ' ἐφίζανον καί τ' ἂρ ἄστομον αὐτὸ πέπωκε
ἄστομος, ἰξυπρόσωπος, ἐρυθρόγλωσσος, ἄναυδος.

Significatur Sole conſumta *nix*, quæ in arborem decidiſſet: tum autem cum nix cadit, arbores foliis carent,

Es flog ein Vogel federloß/
Auff einen Baum blattloß
Da kam die Fraw mundloß/
Vnd fraß den Vogel federloß.

Sunt & alia huiuſmodi noſtra, de quibus alias. Præterea obſcuratur oratio & implicatur ſenſus diuiſis ſyllabis, quæ componi deberent: vt apud Gellium, *Terminus*,

Iam multa sæpe longæ descriptionis ambage obscurantur: vt hoc nostrum:

Anguis, & anulus, & super addita norma, quod vsquam
Est rerũ, his vitam tribuunt, augentq; tributam.

Et quod olim de corde iactabatur in ludis puerilibus:

Mitto tibi Lunam, Solem simul & canis iram:

Arithmeticæ etiam πραγματείαι ad structuram ænigmatum sunt egregiæ: cuius rei exempla elegantia in Græcis reperias, Epigrammatis libro primo. Sed de his satis.

ÆSOPI PHRYGIS ÆNIGMATVM, ex vita ipsius descriptorum Fragmentum, auctore Ioachimo Camerario.

Quæstiones conuiuales olim in Symposiis proponi solitas fuisse passim ex auctoribus, presertim Athenæo Dipnosophista notũ est: tũ vero maxime hoc apparet ex cõuiuiis illis Philosophorũ & Regum, quibus Æsopus vna cũ aliis sapientibus adhibitus fuit: de quo exstat Crœsi Lydorũ regis iudicium illud: omnes sibi veteres Græciæ sapientes videri mortales eximios sed inprimis Phrygem. Quod prouerbio postea vsurpari cœptum est. Ceterum in quodam conuiuio dicitur ab hospite Crœso breuiter quæsitum etiam nonnullis de rebus: de quibus quod sapientes respondissent, acute correxit Æsopus, quæ huiusmodi fere traditur.

Quid vetustissimũ est? Quid nisi tempus? im-

quiunt illi. At Æſopus: Imo quid niſi Deus, qui initio caret.

Quid maximum? Mundus. Imo locus, qui ipſum etiam mundum includit.

Quid pulcerrimum? Lux. Imo mundus, quo quicquid ſpectabile eſt, comprehenditur.

Quid ſapientiſſimum? Veritas. Imo tempus, quo alia inuenta iam ſunt, alia poſt hac inuenientur.

Quid communiſſimum? Mors. Imo ſpes, quæ ſola amiſſis omnibus relinquitur.

Quid optimum? Deus. Imo virtus, abſque qua non eſt, quid bonum poſſis dicere.

Quid peſſimum? Mala ſors. Imo vitium, quod omnia peſſundat & fœdat.

Quid validiſſimum? Fortuna. Imo neceſſitas, quæ profecto eſt inuicta.

Quid facilimum? Voluptas. Imo quicquid naturale eſt. Atque hæc inter, cum, ſicut fieri aſſolet, pocula crebriora poſcerentur, & ſeſe hilariuſcule inuitarent ſapientes, diſputaretque Anacharſis, perfectionem bibendi eſſe ebrietatem: qui finis, & quod vltimum potionum videretur: Ita Æſopus illos pungere cœpit: Paſtores, inquit, mactauerunt ouem & in tuguriolo comeſſabantur. Lupus, qui ante fores ſtabat, cum quod fiebat, animaduertiſſet: Ego, inquit, ſi agnum deuoraſſem, qui motus futuri erant? At iſti impune matrem comedunt. Quo dicto admirationem ſui cum quadam iucũditate incredi-

credibilem excitauit Æsopus: & de hac fama ipsius laus in tota Græcia magnopere increbuit.

Neque diu post in Asiam Æsopus traiecit: & Babylona, vt dudum instituerat, perrexit proficisci. Quo cum peruenisset, paucos intra dies Regi acceptissimus factus est. Illis enim temporibus, cum otia reges agerent, ipsi sese mutuo quæstiunculis & scirpis propositis exercebant: qui *Griphi* a Græcis & *ænigmata* vocantur: quæ qui interpretari & dissoluere potuerat, & præmium & laudem referebat. Ea in re valde vtilis Regi Æsopus inuentus est: multumque illi præmiorum & existimationis sapientiæ acquisiuit acrimonia ingenii sui. Post apud Regem accusatus per calumniam proditionis: a filio adoptato literis quibusdam cõfictis, quibus vicinis regibus operam suam polliceretur cõtra Lycerum: re inexplorata statim necari iussus est: qui tamen ab his, quibus negotii id datũ erat, quod perspectam ad illud vsque tempus Æsopi innocentiam haberent, & regii animi impotentiam nossent, abductus & in loco quodam obscuro fuit reconditus. Paucis interpositis diebus, ab Amaside, rege Ægypti, Lycero literæ adferũtur: quibus ab eo peteret, mitti sibi architectũ, qui turrim intra terram & cœlum exstruere, atque vna, qui ad omnia interrogata respõdere sciret. Lycerus inops consilii, in re sibi omnibusq; qui Babylone essent inexplicabili: cum iam etiam

ira in Æſopum tempore nonnihil reſediſſet: ingenti dolore & pœnitentia facti requirere illũ cœpit, neq; nõ ſæpe profiteri, illius ſe vitã, ſi fieri poſſit, regni ſui parte redimere cupere. Quo audito, qui illum abſconderant, Regi viuere indicant: iuſſiq; adducunt ſentũ ſqualoreq; obſitũ. Æſopus vbi ante regem cõſtitit, egregia oratione declarauit innocentiam ſuam Regi, facileq; diluit obiectum crimen. Æſopus lectis literis Ægyptii reſcribi iubet, vere primo in Ægypto, qui peterentur, futuros. Quod factum eſt. Et eſt quidem admodũ futile, quod hoc loco memoratur: manſuefactis aquilis illum appendiſſe arculas, in quibus pueri cum fabrilibus inſtrumẽtis collocati, a ſubuolantibus aquilis in ſublime ferrentur: atq; ita cum Ægyptum perueniſſent, indicaſſe, ſi adminiſtri lapidum ac materiæ deſignarentur, adeſſe qui petitã turrim exſtruerent: atq; ita conſtituto in loco & tempore emiſiſſe aquilas: quibus altum petentibus, proſpexiſſe pueros, & lapides & materiam clamaſſe. Tũ quidem Amaſidem admiratũ de Æſopo quęſiiſſe adiiciunt: *num Babylone homines volatici reperirentur.* Cui ille reſponderit: Lyceri ſubditorum hanc minimam eſſe laudem. Sed hæc, vt dixi, quamuis inepta viderentur, placuit tamen perſtringere. Sed vbi eſt (inquit Amaſis) ille, qui ad interrogata reſpondeat? Nõ longe abeſt inquit Æſopus. Accerſiuerat autem Rex vndique omnes ſapientia claros, qui vbi conſedere, quæ-
fuit

fuit vnus: *Plusne esset viuorum an mortuorum?* Tum Æsopus: Viuorum inquit, Mortui enim nihil sunt. Ac alius: *In mari ne an terra maiora animantia degerent?* In terra, inquit ille: namque huius mare est portio. Ibi alius: *Dic mihi*, inquit, *animantium omnium quodnam tibi callidissimũ videtur?* Quod adhuc ignotum (ait ille) hominum industriam euasit. Tum alius: *Priorne dies fuit an nox?* Dies, inquit, prior vno quidem die. Tum alius etiam: *Viginti*, inquit, *plaustra ligni quãtum fumi possunt emittere?* Facile id quidem (ait Æsopus) dictu. Nam si cineres de combustis lignis abstraxeris, quicquid reliquum fuerit, pro fumo ponendũ. Atq; his dictis addidit, quæstionum intricatarum similes responsiones esse debere. Tum alii admissi fuere. Quorũ vnus *Sæpe*, inquit, *audiui, nihil ferro esse validius, quo quidem omnia labefieri possent: sed mihi in mentem venit, fabrum validiorem esse, qui ferrũ subigeret & excuderet. Quid vero tu censes?* Egone, inquit ille? *fabri* etiam *matrem* validiorem putandam, quæ quidem domitorem ferri gestauerit. Post hunc alius ænigma versibus proposuit in talem modum:

Res vna in pelago, & telluris in omnibus oris
Nascitur: ac oriens est maxima, deficiensq;:
In medio vitæ, nimium quam parua, vigore.

Æsopus statim subiecit:

Mane cadit crescens & vespere grandior vmbra.

Atq; ibi alius nominare iussit *animalia*, *quæ in*

cœlo, terra, mariq; eadem inuenirentur. Æsopus nihil cunctatus, canem, coruum, serpentemque nominauit. Nam & canes, & serpentes, & corui sunt in mari quoque, & inter sydera notantur. Tum ænigma alius aliud versibus tale obiecit:

Est genitor, natos qui bis sex procreat vnus:
Quorum sunt etiam nati a vnicuiq; triginta.
Alba alia, nigraq; alia, qua morte carentes
Perpetua vice delentur pereuntq; ruina.

Æsopus & ipse versu respondit:

Mensem annus edit, ille noctes & dies.

Ibi mox alius:

Sunt geminæ, inter se iunctissima turba sorores:
Altera nec tamē alterius vultum aspicit vnquā:
Hacq; illā genuit postquā, hanc parit illa vicissim.

Ad hæc respondit Æsopus:

Patris hæ profecto neptes sunt, prius qui dictus est.

Tum alius: *Quid,* inquit, *inuenta ætate fixum graueq; est: senecta tam leue, vt supra etiam terrā volitet?* Æsopus ait flosculos esse euanidorum florum. Mox alius coniiciendum Æsopo, quid significarēt versus, qui sequūtur, ꝓposuit:

Frigore digredior: redeunte calore reuertor: (ter:
Desero quod peperi: hoc tamen educat altera ma-
Quid tibi vis aliud dicam? me vox mea prodit.

Cui Æsopus:

Exemplum Cuculus prauorum dicitur a te.

Alius tum deinde hoc proposuit.

Non habeo, nec habere velim: quod si tamen assit,
Non caream, Crœsi si mihi dentur opes.

Ad

Ad hæc ille.

Vno oculo haud velles, multo cæcus minus esse.

Quæsiuit hinc alius.

Quid est quod euenire sibi cuncti expetunt:
Si nunc tamen datur parandi copia,
Nemo asse mercetur sibi in præsentia?

Quod ita explicuit Æsopus.

Effici senes auemus: facti vbi sumus, piget,

Alius rursum proposuit.

Exigua me condo domo, semperq; patente:
Non metuo fures: aliis sed furta timori
Sunt mea: tota mihi nam furto degitur ætas:
Nomen scire cupis? numeri tres dant mihi nomen:
Quadraginta horum est centũ & bis summa quaterq;.

Æsopus murem significari dixit. Hæc autem Greco sermone fuisse pronũtiata intelligendũ: vbi Μῦς M, Græcis habet 40. υ, 400. σ, 200.

Alius item hoc:

Nec sum, nec non sum: morior simul atq; renascor:
Præbet & interitus teneræ primordia vitæ.
Sumq; mihi lethi & redeuntis originis auctor.

Æsopus statim *Phœnicem* auem esse dixit:

Post hos & huiusmodi alios multos sermones fateri coactus Amasis, se suosque Æsopi sapiẽtia victos, debere præmia & laudationes Lycero: Æsopum cum ingenti gloria ad Lycerum remisit. Atque ille, cum Babylone aliquandiu fuisset, magna cœpit incendi cupiditate reuisendæ Græciæ.

LOCVS EX IOANNIS STVRMII libris de vniuersa ratione elocutionis Rhetoricæ.

Lib. 2. cap. 3.

Allegoria cum obscurior est, in naturā transformatur ænigmatis. Vt enim ex translatione allegoria, sic ex allegoria ænigma exsistit: ac talia quidem apud Maronem:

Dic quib. in terris, & eris mihi magnus Apollo, &c.

Et hoc nihil ad oratorem. Neq; enim ad oratorem, quidquid nō intelligitur, pertinet: in cuius oratione perpetua debet esse perspicuitas. Sed est aliqua aliquando grata obscuritas: si ab eruditis & magnis viris intelligitur: etiamsi a plebeis ignoretur. Itaq; quicquid tale est, ferēdum est in oratore, modo apte positum, & modice vsurpatum. Cuiusmodi est illud pro S. Roscio: *Te pugna Cannensis oratorem sat bonū facit: multos casus non ad Thrasimenū lacum, sed ad Seruilium vidimus. Quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio? Nō necesse est omnes cōmemorare Curtios, Marios, deniq; Mamercos: quos iam ætas a præliis auocabat: Postremo Priamum ipsum senem Antistiū: quem non modo ætas, sed etiam leges pugnare prohibebant.* Obscura hæc nō dubito etiam illo seculo fuisse, intellecta tamen a prudentioribus. Sed post hāc obscuritatem definit orator in veris & propriis. *Iam quos nemo propter ignobilitatem nominat, sexcenti sunt, qui inter sicarios de veneficiis accusabant. Quos omnes, quod ad me attinet,*

tinet, vellem viuerent. Nihil enim mali est, canes ibi esse quam plurimos, vbi permulti obseruandi, multaq; seruanda sunt. In epistol. hoc genere vti licebit, in iis, quas ab aliis intelligi nolumus, propter periculũ aut incommodum aliquod vitandum: vt ad Atticum aliquando fecit Cicero. In orationibus non ita crebro vtendum est: & cum vteremur adhibenda erit apostrophe sæpe, vt idonea persona quæsita videatur, quam eiusmodi sermo deceat.

LOCVS EX IOAN. BENTZII LIbro de figuris Grammaticis.

Ænigma est obscurior allegoria indigẽs enodatione: Nam vt ex translatione allegoria, sic ex allegoria exsistit ænigma. Modi seu genera eius duo sunt: vnũ purum, in quo nihil est propriũ, quodq; per se sine interpretatione intelligitur: vt est illud Maronis de puteo in Eclog. 3.

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat cœli spatium non amplius, vlnas.

Et alterum eiusdem de Hyacintho ibidem:

Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.

Tale est Plauti illud de pistrino in Asinaria: *Apud fustidinas, ferricrepinas insulas, vbi viuos homines mortui incursant boues, vbi lapis lapidẽ terit, id est, in pistrino.* Alterũ genus est mixtum verbis ꝓpriis, & apertiorib. vt in illo Cic. pro S. Roscio, de bello ciuili Syllano: *Te pugna Cannensis oratorem sat bonum facit*, &c. Et apud eundem in

Epist. lib. 2. ad Attic. *In his Epistolis me Lælium, te Furium faciam: cetera erunt, ἐν αἰνίγμασι.* Ænigmatum vero vsus apud oratores rarior est: quorum in oratione perpetua debet esse perspicuitas: vtuntur tamen iis interdum in rebus odiosis, ingratis & periculosis: quas non vtile est ab omnibus intelligi.

LOCVS DE ÆNIGMATE EX A. Gellii lib. 12. cap. 6.

Quæ Græci dicunt ænigmata, hoc genus quidam e nostris veteribus scirpos appellauerunt. Quale est, quod nuper inuenimus perhercle antiquũ, perquam lepidũ, tribus versibus senariis compositum ænigma: quod reliquimus inenarratum, vt legentium coniecturas in requirendo acueremus. Versus tres hi sunt:

Semel minusne, an bis minus sit, non sat scio.
An vtrumq; eorum, vt quondam audiui dicier,
Ioui ipsi regi noluit concedere.

Hæc qui volet diutius quærere: inueniet quid sit in M. Varronis de sermone Latino apud Marcellum lib. 2.

LOCVS EX PETRO CRINITO DE honesta disciplina lib. 20.

Quærebatur a viris doctioribus, de studio veterũ in his perquirendis ac referendis, quæ propter ipsam obscuritatem a Græcis *griphi & ænigmata* dicũtur. Sed ex pluribus, quæ relata sunt, Platonis Philosophi ænigma apponere lubet: quo legentium animus in his quoq; pensitãdis atque

atque intelligendis excitetur. Est autem hoc (velut in Parthenicis Satyris triplici senariolo expressimus) ludicrum sane & ridiculum, sed quod a Platone tamen viro grauissimo notatum sit:

Homo non homo, videns non videns, alitem
Non alitem, lapide non lapide, perculit, nō perculit
Cum super arbore non super arbore degeret.

Quin & aliud de Arietini responso considerandum existimo, quod in Atticis lucubrationibus relatum scimus ex freto Plautino. Id autem in hunc modum se habet:

Hoc illud est, quod Arietini responsum magnis ludis dicitur:
Peribo, si non fecero: si faxo, vapulauero.

Quod & Gellius vir Romanus diligenti studio perquisiuit.

LOCVS EX FAVSTI EPISTOLIS ad Erasmum.

Frugalem omnino mihi cœnam postulo: nihil volo, præter muscas & formicas. Vale.

Respondet Erasmus. *Quæ* (malum) *tu mihi obiicis ænigmata? num me Oedipum, putas aut Sphingem esse domi? Quanquam equidem somnio, tuas muscas auiculas, formicas cuniculos esse.*

LOCVS EX CÆLII RHODIGINI Antiq. Lect. lib. 15. cap. 4.

Sympotica & conuiualia fuerunt & illa, *Ænigma & Griphus.* Illud lusum habebat: hic vero etiam studium ac curam. Soluenti præmium

erat carnis portio: imperito ac ſegni mulcta irrogabatur, vt ſalſam hauriret potionem. Nomen inditum id genus ſermonibus obuolutis a piſcatorum griphis ſiue retibus. *Quæſtiones* vero dicebantur *Cylicia*, hoc eſt, ζητήματα κυλίκεια, arbitror quia κύλιξ calicem ſiue poculum ſignificat: vnde *cyliceum* dicitur poculorum repoſitorium Theodectes vero Sophiſtes multa in iis ſolertia præditus *Mnemonias* vocauit: quoniam Mnemonicus foret ipſe, hoc eſt, memoria potens. *Griphi* Lucianus meminit: *Quid*, inquit, *ſunt homines? Dei mortales. Quid vero Dii? homines immortales. Ænigmata profers, & griphos conglutinas. Equidem vt Loxias, apertum nihil promis.* Sed operæ pretium eſt huic potiſſimum loco ſubiicere, quæ Demetrius Phaleræus prodidit περὶ ἑρμηνείας: vbi de orationis differit gratia. Eſt, inquit, gratia quædam, quæ dicitur παρὰ προσδοκίαν, id eſt, præter exſpectationem, vt apud Hom. de Cyclope, *poſtremo deuorabo Vtin.* Neq; enim Xenium id genus meditabatur Vlyſſes, neq; exſpectabat lector. Ariſtophanes quoq; in Nebulis de Socrate: *Incuruato obeliſco, mox circinū cepit veſtemq́; ſuſtulit ex palæſtra.* Ex locis duob. gratiam hic venatur Poeta, nō enim modo præter opinionem illatum eſt: ſed nec præcedentibus cohæret. Anacoluthia, inquit, huiuſmodi ſiue cōſequentia vocatur griphus, vt apud Sophronem ῥητορέβων βυλίας. Et apud Menandrū *Meſſenia prologus.* Griphum alio vocabulo

αἶνον

αἶνον dicunt, quod ex Eustathio est, vt apud Clearchum: *Vir, non vir, auis nec tamen auis, lignum non lignum, lapis nō lapis.* Significantur vero hæc: Eunuchus, Nycteris seu vespertilio, ferula, pumex. Plura de his qui nosse cupit, is Athenæum adeat lib. 10. Dipnosophistarum.

Ex eodem Cœlio Rhodigino lib. 2. c. 38. Antiquit.

Miraculorum omnium maximum homo est, constatq; animo & corpore, vt adstruunt Stoici. Platonici putant *diuinam esse mentem quandam, terrenis vinculis alligatam.* Apud illos itaque hominis pars animus est: apud hos totus homo animus est. Hoc significasse videtur Ænigma Magicum: *Est res vndique lucida: est res vndique obscura, est media quoq;, tum lucis compos, tum cassa. Mens siquidem est lumine plena: irrationalis anima prorsus vacua: in meditullio est ac veluti confinio rationalis natura: quæ partem habet luminis intellectualis, parte caret. Anima immortalis, corpus morti addictum, quo quid admirabilius?*

Locus ex P. Fagio. Meum & Tuum.

Meum & tuum prima sunt discordiæ principia: nam,

Si duo de nostris tollas pronomina rebus
Prælia cessarent, pax sine lite foret.

Pronomen *suum* nemo agnoscit: omnia per *Meum* & *Nostrum*, metiuntur homines. Ex quo pulcre P. Fagius: *Quatuor sunt*, inquit, *conditio-*

nes seu proprietates hominum: Qui dicit, quod meum est, tuum est: & quod tuum est, meum est, hic idiota est. Qui vero dicit, quod meum est, meũ est, & quod tuum est, tuũ est, hæc est conditio mediocris. Qui porro dicit, quod meum est, tuum est: & quod tuum est, tuum sit, hic pius est: Qui denique dicit, quod tuum est, meum est: & quod meũ est, meum sit, talis impius est.

Comparatio linguarum Matricum.

Scitum Capnionis est illud: *de linguis: Hebræi bibunt fontes, Græci riuos: Latini paludes.*

EX CONRADI GESNERI LIBELlo de lacte & operibus lactariis.

Auium vna vespertilio lac habet, lactatque pullos. Hinc ænigma Germanicis metris vsurpatur hoc sensu, quem exprimunt hi versus anapæstici dimetri:

Auis est quædam sine lingua:
Vberibus alit altera pullos:
Tertia lætitiam nescit:
Quarta caret sanguineo succo:
Fructu vescitur vltima trimo.
Griphum solue, & Phœbus eris mihi.

Sunt autem hæ aues, ciconia, vespertilio, noctua, apis, & quæ baccis iuniperi pascitur, inde nominata Germanis, quam aliqui turdorum generi adnumerant. Non mirum vero vespertilionem lac habere: cum etiam inter Græcorum griphos, auis non auis, & nostra lingua volucris mus appelletur.

Libet huc apponere paulo aliter enuntiatum de decem auibus hoc ænigma rhytmis Germanicis.

Zehen Vögel gut/
Der erst hat kein Muth/ — Turtur.
Der ander hat kein Magen/ — Accipiter.
Der dritte mangelt deß Kragen/ — Apis.
Der vierdte hat kein Jung/ — Ciconia.
Der fünffte seuget seine Zung/ — Vespertilio.
Dem sechsten gebrist auch seine Galle/ — Noctua.
Der siebend singet vber sie alle/ — Lusçinia.
Der achte verkündt die künfftig Zeit/ — Gallus.
Der neundt fleugt für alle weit/ — Hirundo.
Der zehend ist also weiß/
Das er isset dreyiärig speiß. — Turdus.
Krametsvogel isset Wacholter.

Ex Cælii Calcagnini Moralibus Ænigma.

Hospes non hospes, hospitem non hospitem agnosce. Atque hoc Ænigma si nescis, accede propius, & quid illud significet, non oratione, sed actione percipies.

Ænigma ex Prudentii ψυχομαχία.

Nos esse large vernularum diuites,
Si quid trecenti bis nouenis additis
Possint, figura nouerimus mystica.

Foliis Sibyllæ obscurius, & numeris Pythagoricis abstrusius Ænigma est: Sed a Ioan. Drusio *lib. 2. Quæst. & Resp.* ita enodatum: *Vir eruditus* (inquit) *qui Prudentium Commentario recens*

illustrauit, hic Oedipum aliquem desiderat. Nihil opus Oedipo, ego Dauus: si vllum est ænigma solutum, quod facile intellectu est: si sciamus, Tau literam referre figuram crucis, nam eadem in numeris notat CCC. Isidorus de *Etymologiis: Inter mysticas literas tertia est Tau figuram demonstrans Dominicæ crucis. Hieronymus in Commentariis Ezechiæ 9. vers. 4. Antiquis Hebræorum literis, quibus vsque hodie vtuntur Samaritani, extrema Tau litera crucis habet similitudinem: quæ in Christianorum frontibus pingitur & frequenti manus inscriptione signatur. Quod voles, magis clarescet ex Glossa ordinaria, in qua Gen. 14. loco, vbi hanc historiam sensu allegorico illustrat ita legimus: Quisque pro anima sua contra spirituales nequitias bellum gerat, cum trecentis decem & octo vernaculis, id est, cum auxilio Sanctæ Crucis. Tau enim litera, quæ habet figuram crucis, C C C. exprimit. Superest difficultas, quam affert numerus auctior, quæ me nullius extrico: si hoc non est, quod suspicor: quia apud Hebræos Tau litera scribitur binis consonantibus videlicet Th. & V: quarum posterior valet sex, existimasse veteres, sicut in Tau ter iteratur Centum, sic in Vau ter repeti debere sex. Est autem ternus numerus inter mysticos: ita emergunt trecenti, terque seni vernuli. Ceterum vt nolim hoc posterius pro certo affirmare: ita prius illud, nempe in mente habuisse Prudentium, cum hos versus scriberet, memoratam allegoriam, tam certum*

tum habeo, quam quod maxime. Hæc Druſius.

Ænigma aliud Arithmeticum ex Ioan. Heidefeldii Sphinge Philoſophica. c. 31.

Nauclerus quidam triginta vectores in nauim ſuſcepit: quorum quindecim Chriſtiani, reliqui quindecim Iudæi erant. Coorta fuit maris tempeſtas tanta, vt nauclerus negaret nauim a ſe ſeruari poſſe, niſi & mercium iacturam facerent, & inſuper nauem dimidia vectorum parte leuarent: hic deliberatione exorta, quinam ex ipſis in mare proiiciendi eſſent, rem prouidentiæ Dei permiſſuri, fecerunt poteſtatem nauclero, vt ipſos in circulum promiſcue ſiſteret: & poſt a quo vellet initio numerandi facto, nonum quemque ad proiectionem deſtinaret, donec quindecim eorum proiecti eſſent. Nauclerus Chriſtianis parſurus, collocationem eorum & numerationem ſic inſtituit, vt nonus quiſque Iudæus eſſet: atque ita Chriſtianis ſaluis, Iudæi iſti omnes in mare proiicerentur. Quæritur ergo, cuiuſmodi collocationem & numerationem inſtituerit? Reſp. Collocauit eos hoc ordine: Quatuor Chriſtianos, quinque Iudæos, duos Chriſtianos, vnum Iudæum: tres Chriſtianos, vnum Iudæum: vnum Chriſtianum, duos Iudæos: duos Chriſtianos, vnum Iudæum. Numerare vero incepit a primo ex quatuor Chriſtianis. Iam in altera

naui ſimiliter vehebantur triginta, quindecim ſcilicet Chriſtiani, & quindecim Iudæi. Illi a ſuo nauclero petiuerunt, vt ſimiliter ipſos ſiſteret, decimum vero quemque in mare proiici curaret. Is ergo diuerſa collocandi ratione idem effectum dedit: vt ſcilicet ſoli Iudæi proiiciendi eſſent. Collocauit autem illos hoc ordine, duos Chriſtianos, duos Iudæos : quatuor Chriſtianos, quinq; Iudæos : duos Chriſtianos, duos Iudæos : quatuor Chriſtianos, vnum Iudæum : vnum Chriſtianum, tres Iudæos : duos Chriſtianos, vnum Iudæum. Ceterum ordo ille vectorum vtriuſque nauis continetur hoc diſticho : prioris quidem verſu priore : poſterioris vero poſteriore, vbi numeri notantur per literas vocales: ita vt a notet vnum: e, duo: i, tria: o, quatuor: u, quinque:

Populeam virgam mater regina tenebat:
Rex Paphi cum gente bona dat ſigna ſerena.

Ænigma Euclideum interprete Philip. Melanthone, abſque ſolutione.

Mula aſinaq; duos imponit ſeruulus vtres
Impletos vino, ſegnemq; vt vidit aſellam
Pondere defeſſam, veſtigia figere tarda:
Mula rogat: Quid, cara parens, cunctare gemiſq;?
Vnam ex vtre tuo menſuram ſi mihi reddas,
Duplum oneris tunc ipſe feram: ſed ſi tibi tradã
Vnam menſuram, fient æqualia vtrique
Pondera: Menſuras dic docte Geometer iſtas?

Calchantis Ænigma Mopso propositum.

Tradunt Calchantem, augurem alioquin egregium, cum Amphilocho e Troiano bello redeuntem, ad Clarii Apollinis lucum peruenisse: Cumque in Mopsum incidisset, illi huiusmodi quiddam proposuisse, vt est apud Hesiodum:

Mirabor sane, poteris si dicere, ficus
Quot numero hæc caprificus habet, perparua licet sit.
Mille quidem decies modius mensura superq;
Vna fit: hanc nullo poteris comprendere pacto.
Dixit & inuentus numerus, mensuraque certa est:
Continuo mortis Calchanti somnus obortus.

Refert tamen Pherecydes aliter, prægnante sue oblata Calchantem interrogasse; *Quot gestaret porcellos*: hunc vero *tres* respondisse, atque ex iis vnam fœminam. Quem vbi vera locutum patuit, illum ægritudine mortuum. *Cæl. Rhodog. lib.16. c. 15. & Natal. Comes lib. 4 c. 10.*

ΑΠΟΣΜΑΤΙΟΝ

Siue

COROLLARIVM

Ænigmatum.

Mos fuit vetus apud veteres, vt in conuiuiis aut Symposiis plerumq; proponerentur ænigmata siue griphi, in modū Problematum, vnde & quæstiones Ciliciæ dictę: Sicut non so-

lum ex Græcorum, verum etiam Ebræorũ cõstat monumentis : de quibus alias expositum est. Ex hoc genere sunt illa Problemata Ænigmatica a rege Æthiopum proposita Amasi Ægyptiorum Regi, cum responsionibus eiusdem, sed a Thalete Milesio, qui fuit vnus e Græciæ sapientibus, correctis: de quibus est apud Plutarchum in Conuiuio.

Quid antiquissimum? Tempus: Imo Deus.

Quid maximum? Mundus: Imo Locus mundum in se continens.

Quid sapientissimum? Veritas: Imo Tempus, cuius filia est veritas.

Quid pulcerrimum? Lux: Imo mundus, cuius portio Pulcritudo.

Quid communissimum? Mors: Imo Spes, quæ sola suppetit his, quibus nihil suppetit.

Quid valentissimum? Fortuna: Imo Necessitas, quæ vna inuicta est.

Quid facilimum? Suaue: Imo quod naturæ conuenientissimum est.

Quid vtilissimum? Deus: Imo virtus, quæ cetera vtendo recte facit vtilia.

Quid nocentissimum? Dæmon: Imo vitium, cuius contagio fere noxam adfert.

Talia sunt & Alexandri Magni illa Problemata cum solutionibus Gymnosophistarum apud Plutarchum in Alexandro:

Pluresne viui an mortui sint? viui: nam mortui nõ sunt amplius.

Terra, an pelagus gignat grandiores belluas?
Terra: quippe cuius portio est pelagus.
Dies, an nox prior? Dies, vno scilicet die.
Vita, an mors valentior? Vita tam multa tolerãs mala.
Animal quodnam callidissimum? Quod hactenus homo non cognouit
Quatenus hominẽ viuere deceat? Quatenus mori quam viuere, non censet præsto.
Quomodo quis se maxime carum efficiat?
Si potentissimus sit, nec formidabilis.
Quomodo ex mortali quis Deus euadat?
Si quid fecerit, quod facere homini denegatum sit.

Quo etiam pertinent Secundi Philosophi ad Adriani Imp. quæstiones responsa.

Quid est corpus? *Domicilium animæ.*
Quid oculi? *Duces corporis, vasa luminis, indices animi.*
Quid aures? *Sonorum censores.*
Quid labia? *Valuæ oris.*
Quid manus? *Operarii corporis.*
Quid cor? *Receptaculum vitæ.*
Quid pulmo? *Seruator aeris.*
Quid stomachus? *Coquus ciborum.*
Quid ossa? *Robur corporis.*
Quid crura? *Columnæ corporis.*

Simile quid de membris humani corporis habes Ecclesf. capit. 12. quod totum propemodum huius generis sanctissimis ænigmatibus refertum est.

Talia sunt & illa.

Quis bonus est? Non sponte vllus
Quis non malus? Ille qui legis regisue metu peccare recusat.

Et qui talis est si tamen quisquam talis reperitur, ei competunt Æschyli versus de Amphiarao.

Neque enim videri vult sed is esse optimus,
Sulcum profundum habens in pectore consitum
Suo, veneranda consilia vnde pullulant.

Eiusdem generis est certamen illud illustre Sapientiæ a tribus Darii Assyriorum Regis satrapis post regium conuiuium super hac quæstione initum. *Quod omnium sit fortissimum*: Et in quo a singulis singulæ sententiæ dictæ sunt: vno eorum *vinum*: altero *Regem*: tertio *Mulierem* rem longe potentissimam esse, sed tamen *veritatem omnia vincere* asserente. Quorum postremus omnium sapientum & Regis ipsius assensu victor est pronuntiatus: & præmia sapientiæ ex pacto decreta, vt purpura vestiretur, auro biberet, regis amicus salutaretur consecutus est: vt est apud Esdram 3. *libro*, *capit*. 3. *&* 4.

Sed & huc pertinet vox illa Cratetis Milesii apud Boissardum.

Quaris

Quæris, inuenire difficile quid sit?
O quam difficile est, senem Tyrannum.

Neque vero alienum fuerit hoc loco referre elegans Epigramma Sebastiani Scheferi.

Antiquitatibus quid est antiquius?
Deus carens origine.
Pulcerrimum quid approbatur omnium?
Mundus, Dei præstans opus.
Quid maxime videtur amplitudinis?
Locus, nihil qui non capit.
Quid motibus cursum rotat cellerimis?
Mens, ire docta quo libet
Potentia quid est inexpugnabilis?
Fati grauis Necessitas.
Quis est inerrabilis prudentia?
Vicissitudo temporis.

Sunt & eiusdem generis alia quædam Epigrammata incertorum auctorum: quorum ex numero sunt sequentes hi Pentametri:

Quis vere sapiens? Qui bona scit, faciens.
Quis vere locuples? Cui famulantur opes.
Quis nullius eget? Cui satis est quod habet.
Quis vere pauper? Cui nihil est quod habet,
Quis minus est pauper? Qui patienter eget.
Quis minus est diues? Qui magis optat opes.
Quæ tristissima res? Vltima pauperies.
Quæ turpissima res? Sordida pauperies.
Quæ res maxima? Mens maxima despiciens.
Quis merito poscit? Sponte daturus idem.
Quis petit iniuste? Qui dare nescit opes

Quis similis cribro? Futilis omnis homo.
Quis ratione docens? Quod docet, illud agens.
Quis Sathanæ similis? Presbyter haud humilis.
Quis sine peccato? Creditur nullus homo.

Verum haud scio, an in hoc genere quidquam exstet venustius aut elegantius Ausonianis illis Epigrammatis: quæ & ipsa Ænigmatum speciem præ se ferunt, e dictis septem Sapientum Græciæ hoc modo conuersa:

Quænam summa boni? Mens, quæ sibi conscia recti.
Pernicies homini quæ maxima? Solus homo alter.
Quis diues? Qui nil capiat. Quis pauper? Auarus.
Quæ dos matronis pulcerrima? Vita pudica.
Quæ casta est? De qua mentiri fama veretur.
Quod prudentis opus? Cum possis, nolle nocere.
Quid stulti proprium? Non posse & velle nocere.

Item & hæc eiusdem Ausonii:

Quis subit in pœnam capitali iudicio? VAS
Quid si lis fuerit numaria, quis dabitur? PRÆS.
Quis Mirmilloni contenditur? æquimanus? THRAX.
Inter virtutes quod nomen Mercurio? FVR
Thuribula & pateræ, quæ tertia vasa Deum? LANX.
Cuncta mari quænã tellus creat Hippocratẽ? COS.
Grex magis, an regnũ Minoida sollicitat? GREX.
Quid præter nubem Phæacibus impositũ? MONS.
Dic cessante cibo, somno quis opimior est? GLIS.
Tergora dic clypeis accõmoda quæ faciat? GLVT.

Sponte

Sponte ablatiui casus quis rectus erit? SPONS.
Quadrupes oscinibus quis iūgitur auspiciis? MVS.
Quid fluitat pelago, quod non natat in fluuio? PIX
Bis senas partes quis continet æquipares? AS.
Tertia defuerit si portio, quid reliquum? BES.

Postremo referri huc quoque poterunt Epigrammata similia variorum & diuersorum auctorum: cuiusmodi sunt illa Melissi in Rosinæ vnionem.

Quid creta albidius? Lac. lacte? Olor. atquid olore.
Nix. niue quid? niuea lucida gemma Rhodes.

ALITER.

Lacte quid albidius: Nix: quid niue? olor. quid olore?
Lux. quid luce? mea candida gemma Rosa.

Item & Basium ac Suauium eiusdem, & Hymen, sub his lemmatis:

BASIVM.

Quid mulso præstat? Ros cœli, rore quid? Hyble.
Mel. melle hoc? Nectar. nectare? Suauiolum.

BASIVM LIQVIDVM.

Quid mage dulce mero est? Mulsum. mulso quid? Olympi.
Ros. rore hoc quid? Mel. melle? Saliua Rhodes.

SVAVIVM.

Quid mage dulce fauo est? Ros atheris. hoc quid? Hymetti.
Succus. quid succo hoc? roscida basiola.

ALITER.

Sacchara quid ſuperat? Libum. quid liba? fauo-
rum
Guſtus. at hunc guſtum? baſia roſcidula.

HYMEN.

Quid mage ſuaue quiete? Sopor. quidnam hocce?
Lepores.
His quid? Deliciæ, deliciis quid? Hymen.
Talia ſunt quoque illa vulgaria & trita:
Auro quid melius? Iaſpis, quid Iaſpide? virtus.
Quid virtute? Deus, quid Deitate? Nihil.
Aſpide quid peius? Tygris, quid Tygride? Dæmon.
Dæmone quid? Mulier. quid muliere? Nihil.

ΑΝΤΙΔΟΤΟΣ ΕΝΔΟΞΟΤΑΤΗ
ἐν αἰνίγματι Φίλωνος.

ΤΑρσέος ἰητροῖο μέγα θνητοῖσι Φίλωνος
εὕρεμα πρὸς πολλὰς εἰμὶ παθῶν ὀδύνας.
εἴτε κόλον πιάζει τις ἄπαξ οὐδὲν, εἴτε τις ἧπαρ,
εἴτε δυσουρίη ἴσχεται, εἴτε λίθῳ.
ἰῶμαι καὶ σπλῆνα, καὶ ὀρθόπνοιαν ἀνιηρὴν
καὶ φθίσιν, ἰῶμαι σπασμὸν ἐνιστάμενον.
καὶ σφαλερὴν πλευρῖτιν. ἀποπτύων δέ τις αἷμα
ἢ ἐμέων ἕξει μ᾽ ἀντίπαλον θανάτου.
πάντα δ᾽ ὅσα σπλάγχνοισιν ἐνίσταται ἄλγεα πάντα,
βῆχά τε, καὶ πνιγμὸν, λύγγα τε καὶ κατάρρουν.
γέγραμμαι δὲ σοφοῖσι. μαθὼν δέ τις οὐ βραχύ μ᾽, ἕξει
δῶρον, ἐς ἀξυνέτους δ᾽ οὐκ ἐπόθησα περᾶν

ξανθὴν

ξανθὴν μὲν τρίχα βάλλε μυρίπνοον ἰσόθεοιο
  οὗ λύθρος ἑρμείαις λάμπεται ἐν βοτάναις.
κρόκου δὲ σταθμὸν φρένας ἀνέρος· οὐ γὰρ ἄδηλον
  βάλλε δὲ καὶ δραχμὴν ναυλίου εὐβοέως.
καὶ τρίτον ἐν πρώτοισι μεροπιάδαο φονῆος,
  δραχμὴν τὴν μήλων γαστέρι σωζομένην.
ὁλκὰς δ' ἀργυνοῖο πυρώδεος εἴκοσι βάλλε,
  εἴκοσι καὶ κυάμου θηρὸς ἐπ' Ἀρκαδίης.
δραχμὴν καὶ ῥίζης ψευδώνυμον, ἣν ἀνέθρεψε
  χῶρος ὁ τὸν πίσση ζῆνα λοχευσάμενος
πῖον δὲ γράψας ἄρθρον βάλε πρῶτον ἐπ' αὐτοῦ
  ἀρρὲν, ἐνὶ δραχμαῖς πέντε δὶς ἑλκόμενον.
νᾶμα δὲ θυγατέρων ταύρων καὶ κερκνίδεσσι
  συγχυὲς, οἱ τρίκκης ὡς ἐνέπουσιν ἐμοί.

ENODATIO.

[Ἐν τούτοις τοῖς ἔπεσιν ὁ Φίλων κελεύει κρόκου μὲν L. ε. ἐμβάλλεσθαι: πυρέθρου δὲ καὶ εὐφορβίου καὶ στοιχάδος ἀνὰ L. α. πιπέρεως λευκοῦ καὶ ὑοσκυάμου τὸ ἴσον ἑκατέρου L. κ. ὀπίου δὲ L. ι. ὑπόλοιπον δ' ἐστὶν, ᾧ πάντα ταῦτα ἀναλαμβάνεται λειωθέντα, μέλι ἀττικόν]

ANTITODVS PHILONIS
αἰνιγματώδης.

Interprete Ioach. Camerario.

T Arsensis medici clari sum clara Philonis
Morborum aduersus cura reperta malum.

Siue quis intestina dolet, seu quis dolet epar:
Siue vrina aliquem, seu lapis excruciat.
Sano etiam suspiria, durum sano lienem:
Per me nec Spasmus, nec phthisis ipsa nocet.
Qui laterum quoque sedo graues sanoque dolores:
Et iugulare homines sputa cruenta veto.
Omnes visceribus collectos dissipo morbos:
Singultus, tussim, pectora pressa leuo.
Sed doctis auctor me scripsit: inertibus esse
Verborum tectam nube nigra voluit.
Flaua sume [a] coma iuuenis bene olentia fila:
Fuso ab Atlantiada nata cruore Deo.
Horum sit tantum vir quantum intelligi: atque hoc
Vnica Nauplii [b] inter drachma erat Euboici.
Tu drachmam adiicies eius, qui tertius inter
Auctores famam mortis habet [c] Patrocli.
Hanc ouium [d] seruant ventres: mox candida & igne [e]
Pondera plena decem pone, iterumq; decem,
Arcadicaque [f] fera totidem, drachmam inter & vnam
Radicis, [g] sed qua nomina falsa gerit.
Pissei patria hanc mittat Iouis: atq; ita [h] Pion
Et Græcum penas articulum ante marem.
Drachma bis quidem erunt quina illius, hisque liquores
Fraternos mistos [i] Attidos adde bouis.

Sic

Sic altæ monuere potentia numina [k] *Triccæ:*
Atque horum interpres profero mentis ego.

Expositio.

a *Flauæ sume Comæ,)* Quinque drachmas croci, quot videlicet sunt sensus exteriores hominis.

b *Nauplii Euboici)* Pyrethri scilicet. Nauplius circa Euboæ portum accendit pyros, iisque decepit Græcos, vt ad regionem tanquam portus tutos habentem applicarent. Ad pyrorum igitur mentionem respicit, Pyrethrū intelligens.

c *Auctores mortis Patrocli)* Inter Patrocli interfectores fuerunt Apollo, Euphorbus & Hector, teste Homero Iliad π. circ. fin. Ad horum igitur trium non ordinem, sed numerum respiciēs Philo pro Euphorbio ænigmatice Euphorbum ponit. Est autem Euphorbium succus calidissimus spinosæ plantæ in Maurusiorū terra prouenientis: de qua Iuba Maurusiorum rex libellum scripsit, qui adhuc exstat.

d *Ouium ventres)* Euphorbium valde corrosiuum est: ideo pellibus ouium excipi solet.

e *Candida pondera plena igne)* id est, piper album, cui tribuit ignem propter caliditatem.

f *Arcadicæ feræ)* Apri Erimanthii in Arcadia. Intelligit hyosciamum qui a sue nomen habet, ab ὗς & κύαμος, quasi faba suis vel porci.

g *Radicis falsa nomina.*) id est, Pseudonardi. Quia autem vult Nardum Creticam, ideo addit Pissæi Iouis mentionem, quem constat in Creta educatum esse.
h *Pion*) id est, Opium. Nam si ponas articulum ὁ ante Pion, fit Opium, succus papaueris.
i *Liquores bouis Attidos,*) id est, mel Atticum quia apes ex tauris putrefactis nascuntur.
k *Tricca*) id est, Æsculapii, qui ex Tricca originem traxit.

Breuiter tota compositio hæc est.

℞ *Croci* ʒ v.
Pyrethri
Euphorbii
Spicanardi an. ʒ j.
Piperis albi
Hioscyami an. ʒ xx.
Opii ʒ x.
Cum melle Attico.

De vita humana.

Quis nouit, an viuere sit mori, an mori, viuere, inquit Euripides.
Quid βίος, *nisi* βία, *id est, vis & molestia?*
Quid σῶμα, *nisi* σῆμα, *id est, sepulcrum?*
Quid δέμας, *nisi* δεσμός, *id est, vinculum?*
Quid φύσις, *nisi* εἰς τὴν γῆν ὦσις, *hoc est in terram deiectio.*

De

De Morte.

Interrogatus Diogenes ab Adriano Imper. *Quid esset Mors?* respondit, *incerta peregrinatio, somnus æternus, pauor diuitum.*

Idem Adrianus suam animam in agone ita alloquitur:

Animula, vagula, blandula,
Hospes comesq; corporis:
Quæ nunc abibis in loca,
Pallidula, rigida, nudula?
Nec, vt soles, dabis iocos?

DECII AVSONII MAGNI GRIPHVS TERNARII numeri.

TEr bibe, vel toties ternos, sic mystica lex est:
Vel tria potanti, vel ter tria multiplicanti,
Imparibus nouies ternis contexere cabum.
Iuris idem tribus est, quod ter tribus omnia in istis
Forma hominis cœpti, plenique exactio partus:
Quemq; nouem nouies facti tenet vltima finis.
Ter noua Nestoreos impleuit purpura fusos:
Et toties trino cornix viuacior æuo.
Quam nouies terni glomerantem secula tractus
Vincunt æripedes ter terno Nestore cerui.
Tres quorum ætates superat Phoebeius oscen:
Quem nouies senior Gangeticus anteit ales:
Ales cinnameo radiatus tempora nido.
Tres Ope progeniti fratres: tres ordine Parcæ:

Vesta, Ceres, Iuno, sexus muliebre, sorores.
Inde trisulca Iouis sunt fulmina: Cerberus inde,
Inde tridens: triplexque Helenes cum fratribus ouum.
Tergemina est Hecate: tria virginis ora Dianæ.
Tres Charites: tria Fata: triplex Nox: trina elementa.
Tres in Trinacria Sirenes: & omnia trina:
Tres volucres, tres semideæ: tres semipuellæ:
Ter tribus ad palmam iussæ certare Camœnis;
Ore, manu, flatu: buxo, fide, voce canentes.
Tres Sophiæ partes: tria Punica bella: trimestres
Annorum cœliq; vices: noctisq; per umbram
Tergemini vigiles: ter claro instantis Eoi
Signa canit serus deprenso Marte satelles.
Et qui conceptus triplicata vesperæ noctis,
Iussa quater ternis suspendit opima tropæis.
Et Lyrici vates numero sunt Mnemosynarum:
Tres solas quondam tenuit quas dextera Phœbi:
Sed Sycion toties ternas, ex ære sacrauit
Religione patrum, qui sex periisse timebant
Trina Terentino celebrata trinoctia ludo:
Qualia bis genito Thebis Trieterica Baccho.
Tres primas Thracum pugnas tribus ordine bellis
Iuliada patris inferias misere sepulcro:
Ille etiam thalamos per trina ænigmata quærens,
Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes, omnia sol⁹,
Terruit Aoniam volucris, leo, virgo triformis
Sphinx: volucris pennis: pedibus fera, fronte puella.
Trina in Tarpeio fulgent consortia templo, *Iupiter Iuno Venus.*

Humana efficiunt habitacula ter genus artes:
Parietibus qui saxa locant: qui culmine signa,
Et qui supremo fucat tectoria cultu.
Hinc Bromii quadrātal, & hinc Sicana medimna,
Hoc tribus, hoc geminis tribus explicat vsus agēdi.
In Physicis tria prima, Deus, mundus, data forma:
Ter genus omnigenū, genitor, genitrix, generatum.
Per trinas species trigonorum linea currit,
Æquilatus, vel crure pari, vel in omnibus impar.
Tres coit in partes numerus perfectus, vt idem
Cum grege ter trino per ter tria dissoluatur.
Tres primus par impar habet, mediumq; sed ipse
Qui medius, quinq; & septem quoq; diuidit vnus,
Et numero in toto positus sub acumine centri,
Distinguit solidos cubo pereunt trientes,
Æquipares dirimens partes ex tempore terno:
Et paribus triplex medium, cum quattuor & sex,
Bisq; quaternorum secernitur ὀμφαλὸς, idem.
Ius triplex, tabula quod ter sanxere quaterna:
Sacrum, priuatum, & populi commune quod vsquam est.
Interdictorum trinum genus: vnde repulsus
Vi fuero, aut vtrubi fuerit, quorumue bonorum.
Triplex libertas: capitisq; minutio triplex.
Trinum dicendi genus est, sublime, modestum,
Et tenuis filo. Triplex quoq; forma medendi,
Quæ logos, aut methodos, cuiq; experientia nomen.
Et medicina triplex, seruare, cauere, mederi.
Tres oratorum cultus, regnata colosso
Quem Rhodos, Actæa quem dilexistis Athenæ.

Et quem de ſcenis Tetrica ad ſubſellia traxit
Proſa Aſia in cauſſis numeros imitata chororum:
Orpheus in tripodes, quia ſunt tria, Terra, aqua flamma.
Triplex ſyderibus poſitus, diſtantia forma
Et modus : & genetrix modulorum Muſica triplex.
Miſta libris, ſecreta aſtris, vulgata theatris.
Martia Roma triplex, equitatu, plebe, Senatu.
Hoc numero tribus, & ſacro de monte Tribuni.
Tres equitum turmæ: tria nomina nobiliorum.
Nomina ſunt chordis tria: ſunt tria nomina menſi.
Geryones triplex: triplex compago Chimæra.
Scylla triplex, commiſta tribus, cane, virgine piſce.
Gorgones, Harpyiæq; & Erynnies agmine terno:
Atq; triſfatidicæ nomen commune Sibyllæ:
Quarum tergemini fatalia carmina, libri:
Quos ter quinorum ſeruat cultura virorum.
Ter bibe: tres numerus ſuper omnia, ter DEVS vnus:
Hic quoque ne ludus numero tranſcurrat inerti,
Ter decies ternos habeat, decieſq; nouenos.

LECTORI SALVTEM.

MEmorat inter alia Iāblichus Philoſophus in libris, quos de ſecta & vita Pythagorę reliquit: Pythagoram griphis & ænigmatibus frequenter vti ſolitū fuiſſe: & in his ea, quæ Symbola dicuntur, monumentis literarum prodidiſſe.

diſſe. Idem ſcribit & Demetrius Byzantius, & Naucratica Athenæus: idem & Olympiodorus, & Hierocles, & Cyrillus, & Porphyrius Philoſophus, & Hieronymus contra Ruffinum: auctore Gyraldo: qui & luculentiſſimum edidit Commentarium in Symbola Pythagoræ: vt & Philippus Beroald⁹, & Eraſmus Roterodamus in Adagiis. Sed & præter alios Plutarchus Pythagorica præcepta Myſtica vno libello ſimul complexus eſſe ſcribitur, vna cum eórundem interpretatione: qui tamen inter ſcripta eius Græca non reperitur: quē manu Pandulphi Collenutii Piſaurenſis, viri omnis antiquitatis ſtudioſiſſimi, perſcriptum ſuis Commentariis adiunxit Gyraldus: libellum profecto ſcitu digniſſimum: & quem interim, donec opus Pythagoræ Symbolicum in lucem prodeat, Ænigmatū libellis hiſce adiungere placuit. Tu Lector, boni conſule hanc operam noſtram, & Vale.

PYTHAGORICA PRÆCEPTA MYSTICA A PLVTARcho interpretata.

Dextram cuiq; non iniiciendam eſſe, hoc eſt, non conciliari omnibus oportere.

Anguſtum annulum non geſtandum, hoc eſt, victus rationem habēdam, & parſimoniam nequaquam nimis adſtrictam.

Panem non frangendum, hoc eſt, amicitiā non violandam.

Sal apponendum, hoc eſt, laudandam in omni vita iuſtitiam, vel prudentiam, quod ea cunćta ſeruentur.

Ignem ferro non cædendum, hoc eſt, non irritandum furentem.

Cor non manducandum, h, e, curas abigendas.

Fabis abſtinendum, hoc eſt, a magiſtratibus abhorrendum.

Cibum in ſcapham putridam non ponẽdum, h, e, improbis non eſſe committenda ſecreta.

Euntem non retro verti oportere, hoc eſt, metu mortis curſum vitæ nõn perturbandum: vel viam virtutis ingreſſum pœnitere non debere.

Staterem & iugum non tranſiliendum, h, e, rationem & legem tranſgredi non fas eſſe.

Super modio non conſiſtendũ, h, e, otiũ fugiẽdũ.

Quæ ceciderint, non tollenda, h, e, antiquas cõſuetudines non nouandas.

Gallo albo abſtinendum, h, e, ſaluti cuiuſq; puriſſime fauendum.

Stramenta ſemper haberi colligata, id eſt, ſuccinćtos eſſe oportere, quo facilius tempori & naturæ pareamus.

Dei imaginem in annulo non circumferendam, h, e, de diuinis parce diſſerendum eſſe.

Ollæ veſtigium in cinere confundendum, h, e, ſi opera voluptati data ſit, curandum ne pateat.

In ſuperfluis capillorum vnguium que ſegmentis non meiendum, h, e, nec homines quidem abiećtiſſimos flocci pendendos.

Sub eodem tecto hirundines non habendas, id est, mutabiles homines in amicitia non habendos, vel alienos in locum nostrũ non habẽdos.

Oleo sedem non commaculandam. h, e, nihil agendum quod cuiuspiam otium perturbet.

Aues recuruis unguibus abigendas, h, e, paratos ad rapinam excludendos.

Extra publicam viam non eundum, h, e, consuetudines & instituta publica seruanda.

Conuerso ad solem vultu non clamandum, h, e, contra virtutem & rationem non pugnandum.

Gladium acutum seponendum, h, e, vitandam iracundiam.

Sepiam piscem non edendam, h, e, res implicitas non recipiendas.

In limite non consistendum, h, e, in ambigua sententia non commorandum.

Progredienti gregi e via cedendum, h, e, multitudini non se opponendum.

Mustela e transuerso offensa retro cedendum, h, e, homines delatores fugiendos, nam mustelam ore parere affirmant.

Arma a muliere subministrata reiicienda, h, e, non sumendos esse animos a fraude, vel effoeminata aliqua consuetudine.

In tenebris absque vestitu aliquo non vadendum, h, e, nudam & apertam sententiam in obscuris rebus non proferendam.

Rectum pedem promouendum, h, e, recta & iusta proferenda.

In poculi fundo residuum non relinquendũ, hoc est, artes, quas cœperis, funditus exhauriendas.

Colubrum intra ædes collapsum non perimendũ, hoc est, hospitem, quanquam nociuum, perhumaniter tractandum.

Offensa in vestibulis obscœna vetula, non egrediendum, hoc est, res, quarum turpia sunt principia, non esse prosequendas.

Noctu in tenebris deambulanti cauendum, hoc est, mortalib. enitendũ, vt fuisse in vita videatur.

Sole collucente, ignem deferre nefas, hoc est, rebus claris & conspicuis rationẽ nõ adferẽdam.

Lapidem in fontem iacere scelus, hoc est, in eum qui det operam vtilitati publicæ, durũ aliquid inicere, scelus.

Pede in limine illiso retrocedendũ, hoc est, quæ in ipso principio noxia sunt, non prosequenda.

Lumen post caput appensum detinere flagitium hoc est, industriam & prudentiã non in postremis habendam.

Sinistra manu sumere cibum, nefas, hoc est, non nisi recto & legitimo lucro viuendum.

In sacrato sepulcro dormitare, periculosum, hoc est, res superis consecratas ad voluptatem & socordiam non substernendas.

Minuta panis pedib. conculcare, turpe, h, e, q̃uis minimã degendæ vitæ rationẽ nõ pessundãdã.

Egredienti ingredientiq; valuas exosculandas, hoc est, initia & fines actionum & institutorum complectenda.

Lyram

Lyram illotis manibus non attingendam, hoc est, purissimum eum qui dicat, esse oportere.

Sudorem ferro abstergere, tetrum facinus, hoc est labore parta nemini vi & viribus eripienda.

In solitudine sine baculo non ambulandum, hoc est, cum amicis in necessitatibus conferendum & consulendum.

Apud quadrupedem poema non canendum, hoc est, apud ignaros seria non proferenda.

Faciem in fluuio non lauandam, vel spectandam, hoc est, ex labili re & penitus instabili specimen non appetendum.

Hominis vestigia non esse ferro configenda, hoc est, hominis memoriam non esse lacerandam.

Integrum fasciculum in igne non esse ponendum, hoc est, non vna opes omnes in vnum discrimen ponendas.

Egredienti e laribus synciput, redeunti occiput scalpendum, hoc est, præcautionem & diligentiam ad res agendas excitandam: his peractis memoriter examinandas.

De rheda iunctis pedibus non exsiliendum, hoc est, de statu, in quo sis, in alium non, nisi sensim, transeundum.

In astrum nunquam esse digitum intendendum, hoc est, de supremis viris nihil temere esse loquendum.

In arundineto non confabulandum, hoc est, cum leuissimis hominibus familiaritatem non habendam.

Candelam ad parietem non applicandam, hoc eſt, tardis & frigidis hominibus ſapientiæ laudes non commodandas.

In niue non ſcribẽdum, hoc eſt, ſtupidis & mollibus animis nihil committendum.

Vulturem auem in augurio infeliciſſimam, hoc eſt, innocuos homines facile eſſe infelices.

Facilius emori hominem, cui oculi claudantur, hoc eſt, hominem ipſum ex negligentia facile in miſeriam cadere.

Puerum aut fœminam ſtricto vagari gladio, omen malum, hoc eſt, non defuturum malum, ſi gubernatio ineptis & leuibus tradatur hominibus.

In chœnice non ſedendum, hoc eſt, non tantum præſentis, ſed & futuri curam habendam. Eſt enim chœnix, diurna eſca.

Duorum temporum quam maxime curam habendam, matutini & veſpertini, hoc eſt, eorum quæ acturi ſumus, & eorum quæ geſſerimus.

Hactenus Plutarchus. Ceterum præter hæc ſymbola apud Iamblichũ, Laertium, Theodorum Gazam alioſque ſcriptores adhuc alia quędam leguntur ſequentia:

Templum ingreſſo, reuerenter adorandum, ſine dicto aut facto alieno. In ſacris vtendum vertiginibus.

Ex itineris diuerticulo, templum non ingrediẽdum, nec orandum hoc eſt, Deo primum cultum tribuendum, non poſtremum. Per dextrum in tem-

templa ingrediendum, per sinistram egrediendum.

Nudis pedibus sacrificandum, & adorandum, hoc est, pro facultatum modo, & animo libero.

De diis omnia credenda, hoc est, non ex ratione humana metienda.

Linguam coercendam, Deum imitando, hoc est, linguæ imperandum.

Flantibus ventis echo adoranda, hoc est, similitudo diuinarum facultatum amanda.

Omne acutum dimouendum, hoc est, Iræ nihil concedendum.

In calceum dextrum præmittendum pedem, in podomphum, sinistrũ. hoc est, actiones honestas primo loco collocandas, inutiles relinquendas.

Ad lucernæ lumen speculum non inspectandum, hoc est, pro veris falsa non amplectenda.

A risu effuso abstinendũ, hoc est, affectus summa cura reprimendos, siue in prosperis, siue aduersis.

Iuxta sacrificium non incidendas vngues, hoc est, in amicitia non reiiciendos sanguine coniunctos.

Cerebrum non edendum, hoc est, fontem omnium sensuum reuerenter colendum.

Rubrum aliquid non suscipiendum, hoc est, in omni negotio fugiendos, qui immodice verecundi, aut nimis demissi animi sunt.

Aurum habenti non adhærescendum in liberorum generatione, hoc est, studia incorrupta,

colenda ad fructum ingenii consequendum, vel non ad opes & diuitias liberos procreandos.

Figuram & aram cumprimis honorandam, item figuram & triobolum, hoc est, disciplinam & frugalitatem assidue colendam.

Maluam serendam, nec tamen edendam, hoc est, arcana rerum naturalium obseruanda & locupletanda.

A priscibus abstinendum, vel

Ab animalibus abstinendum, hoc est, colendam iustitiam, & honorem omnibus, quæ nobis cognata sunt, exhibendum.

De rebus diuinis (Pythagoricis) absq; lumine nō loquendum, hoc est, mentem tanquam ducem adhibendam in omnibus, quæ pulcra & honesta sunt, inueniendis.

Terram, cum tonat, tangendam, hoc est, memores esse homines debere mortalitatis & originis suæ.

Onus simul tollendum, non simul deponendum, hoc est, cooperandum alicui ad virtutem, non ad ignauiam.

Familiares hirundines non habendas, hoc est, nugaces homines e domo eiiciendas.

Per viam publicam non eundum, hoc est, errores vulgi non sequendos.

Melanuros non gustandos, hoc est, cum improbis non habendum commercium.

Erythinos non edendos, hoc est, a sanguine & vindicta abstinendum.

Gallum

Gallum nutriendum quidem, sed non sacrificandum, hoc est, milites & bellatores in ciuitate habendos, sed non ad arcana admittendos.

Dentes non frangendos, hoc est, nemini obtrectandum aut maledicendum.

Coronam non decerpendam, hoc est, leges & decreta Reipub. non violanda.

Aduersus solem non meiendum, hoc est, pudorem & verecundiam omni loco seruandam.

In meridie non dormiendum, hoc est, in manifesta luce non conniuendum.

Stragula e lecto surgenti conturbanda, hoc est, fluxarum rerum curam abiiciendam.

Cantibus vtendum ad lyram, hoc est, honestam in perturbationibus sequendam temperantiam.

Ligna in via non secanda, hoc est, curis nimiis vitam non discruciandam.

EPISODII LOCO ADIECTA.

ILLVSTRISSIMVS PRINCEPS MAVRITIVS

Hassiæ Lantgrauius, &c. in su Poetice, lib. 2. cap. 15.

De Ænigmatib.

ÆNigma est verisimilis imitatio, cum singulari quadam occultatione, vt neq; res neq; rei significatũ intelligatur, priusquam nodus inuolucri resectus fuerit: Tale est Sphingis ænigma, ꝙ Oedipo soluendum propositũ fuit:

Quæ mane incedit manibus natura quaternis?
Luce bipes media? Sole cadente Tripes?

Talia sunt ænigmata pastorum apud Verg. 3. Ecloga his versibus descripta:

Dic quibus in Terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat cœli spatium non amplius vlnas.
Dic quibus in Terris inscripti nomina regum
Nascantur flores: & Phyllida solus habeto.

Primo enim imaginem Cœli in puteo comparentis, Secundo florem Narcissum, cui litera R natura impressa cernitur, exprimunt.

Sunt tamen, quibus in primo intelligere videtur Vergilius per Cœlum Arcum Triumphalem Augusto Cæsari dicatum, aut locum quo sedens in theatro aut circo ludos spectaret. In posteriore videntur intelligi Augusti Cæsaris liberorum nomina inter flores consertos inscripta.

Ænigmati plerunq; pretium imponitur, sicuti in proposito exẽplo Damon Menalcæ magni Apollinis laudes, Menalcas Damoni Phyllidis puellæ solam copiam pretii loco proponit.

Ex eiusdem Illustrissi. Principis, Poetica, cap. 16 lib. 2.

Griphus vel Logogriphus, quo cuiusdam rei proprietas absconditur: sic dictus, quod eo inuoluamur & veluti irretiamur: γρῖφος enim Græcis Rete est, vnde apud Gellium *lib. 1. cap. 2.* pro ænigmate seu sermone intricato legitur, vt in hoc vulgari: *De Logogripho.*

Si caput est, currit: Ventrem superadde, volabit,
Adde pedem, comedes: & sine ventre bibes.

Muscatum nucis myristicæ species fingitur caput in prima syllaba *Mus* habere, vnde rursus nouum vocabulum animalis oritur: cui si addatur venter, h.e. media syllaba *Ca* vocabuli propositi, volans videlicet *Musca* inde cõficitur, tertio si cum pede, id est, extrema syllaba *tum* priores duæ cõiungantur fit *Muscatum*, ipsum nimirum propositum, tandem eliso ventre ex capite *Mus* & pede *Tum* fit *Mustum* Baccho sacrum.

Et paulo post. Ibidem.

Sed hæc (ænigmata) etiã vt dialogi & Colloquia soluta oratione scribuntur: Exemplo est illud Clearchi apud Athenæum lib. 10. *Vir non vir*, id est, Eunuchus *Videns non videns*, id est, luscus, *Auem non auem*, id est, vespertilionem *Sedentem non sedentem*, id est, pendentem seu hærentem,

Super ligno non ligno, id eſt, ex ferula, *lapide non lapide*, id eſt, pumice, *percutit non percutit*, id eſt, leuiter attingit, perſtringit, ſeu vult quidẽ percutere, ſed aberrat, nec ipſum aſſequitur.

Iulius Cæſar Scaliger, lib. 1. Poetices cap. 57.

Altera ſpecies Epigrammatum eſt operoſior, quippe operti ſenſus apertis notis: Harum duæ materiæ circumferuntur, partim enim in vocibus nudis verſatur: quemadmodũ cum excogitauimus in eodẽ nomine multa ſignificata ſiue illud retro legimus, ſiue diſſipamus in ſyllabas, ſiue alio quomodo interpolamus, ex his libellũ factũ inſcripſimus *Logogriphi*, propterea quod ambages eæ Griphi dictæ ſunt ab antiquis. Alia materia eſt in rebus Ænigmatis appellatione, ab innuẽdo. Multa refert Athenæus, plurima fecimus nos, &c.

Idem Iul. Scaliger, lib. 3. cap. 84.

Eſt autem Ænigma oratio obſcura rem notam quam ſignificat ambagibus tegens, idem etiam *Griphus* dictus eſt. Translatione ſumta a ſcirpeis piſcatorũ labyrinthis, diſtinxere tamen Grammatici. Pollux enim ait Ænigma eſſe, vel ridiculũ, vel iocoſum, Griphum autem non ſine eruditione, hoc enim eſt, σπουδαῖον. Circumferri ea conſueuiſſe in priſcorum conuiuiis propoſita, qui ſoluiſſet donatum carnium certa portione, qui ignoraſſet poculũ muriæ haurire cogi ſolitum. Athenęus æque iocularem Griphum agnoſcit, &c.

ÆNI-

ÆNIGMATOGRAPHIA

Siue

ÆNIGMATVM ET GRIPHORVM, SEV PROBLEMATVM ET QVÆSTIONVM CONVIVAlium, Syluula variorum & diuersorum auctorum.

Symphosii veteris Poetæ.
S. Aldhelmi.
Iulii Cæsaris Scaligeri.
Hadriani Iunii.
Hel. Eobani Hessi.
Ioachimi Camerarii.
Ioan. Lorichii Hadamarii.
Ioan. Lauterbachii.
Friderici Taubmanni.
Pomponii Ricii.
Iani Iacobi Boissardi.
Henrici Meibomii.
Georgii Buchanani.
Hermanni Kirchneri.
Conradi Bachmanni.
Nicolai Reusneri & quorundam aliorum.

AD MAGNIFICVM ET ILLVSTREM VIRVM DN. HENRICVM RANZOVIVM,

Producem Cymbricum, Dominum Bredenbergæ, &c.

Nicolai Reusneri I.C. Epistola.

IAmpridem me in ęre esse tuo intelligo, & lubens meritoque fateor, Magnifice & Illustris Domine Ranzoui, singularem toties & eximiam tuam expertus erga me non modo humanitatem, sed etiam beneficentiam. Neq; tamen subuerendum mihi esse arbitror: ne quam tibi forsassis nostra indignam amicitia, & benignitate tua, suspicionem moræ illius soluendi hactenus attulerit diuturnitas. Nam & quam sis constans in diligendo: & quam liberalis in benefaciendo, cognitum iam satis atque perspectum habeo: Neque obscura tibi vicissim esse potest mutua erga te fides mea atque obseruantia: quam vtinam pro dignitate tibi exhibere, & insigni aliquo studii & officii genere, seu argumēto amoris & fauoris mutui publice testatam facere possem! Equidem non ignoro, quam sit homine dignum, de multis, ac, si fieri queat, de toto hominum genere, bene mereri: in quo profecto est, quod bonitati & virtuti tuæ plurimum graculer. Siquidem hoc & amplitudinis certum est testi-

teſtimonium, omnes beneficentia promereri: nullumque adeo felicitatis eſt maius: euidentiuſque argumentum, quam poſſe felices facere quam plurimos. Enimuero ſi alia fortaſſis ratione animi mei grati ac memoris affectionem minus probare, aut reipſa declarare mihi non liceat in hoc tempore: minime tamen dubitabo, quin pro facto interim apud te ſit futura voluntas, non ſolum promta illa, ſed etiam ſtudioſa inprimis proſequendi beneficii laude, vel animi certe tui memoria ſempiterna. Cuius ſane rei teſtem & quaſi obſidem publice exſtare volo libellum hunc qualemcumque Ænigmatum continentem Syluulas variorum & diuerſorum auctorum, ex abditis veteris Bibliothecæ latebris iam olim a me collectum & quaſi rediuiuum opera induſtriaque mea; in lucem nunc denuo multo & locupletius & luculentius prodeuntem: minus fortaſſis quidem dignum illũ ſummo ſplendore tuo, neque parem amori & ſtudio in me hactenus collato: ſed tamen aliquod interim, donec melior ſe offerat occaſio, conſtantis voluntatis meæ argumentum, teſtimonium iudicii, grati denique animi, non omnino quale velim, ſed quale habere poſſim hoc tempore, monimentum, vt ſpero perpetuum futurum. Vale, vir Magnifice & Illuſtris: & de me optima quæque tibi perſuade.

AD IOANNEM LAVTERBACHIVM POETAM NOBILEM ET CORONATUM.

TAndem mitto typis excuſa ænigmata pulcris.
Quæ videant clarum lucis in orbe iubar
Pulcra equidem tua ſunt, & docta, venuſtaque IANE,
Plena voluptatis cuncta futura noua.
Tireſias, Helenus, Calchas, ſimul ipſe Melampus
Cedit, & Eurypilus, Laocoonq; tibi.
Pone tuis ſed iuncta vides Ænigmata, magni
Quæ vates orbi lecta dedere prius:
Symphoſius, Cæſar, Ioachimus, Iunius, Heſſus,
Lorichius: reliquos pagina certa notat.
Seria vix cuiquam ludo meliore licebit
Fallere, quam lectis his ſine felle iocis.
Accipe, germani quod mitto pignus amoris:
Ac ſtudium noſtrum conſule quæſo boni.

N. Reuſnerus Leorin.

IOACHI-



IOACHIMVS PERIONIVS BENEDICTINVS IOANNI GAnerio amplissimi Præsulis Maclouiensis secretario S. D. P.



Vm nuper, Ioannes Ganeri in sermonibus amicorum esset mentio inducta de antiquis scriptoribus, quorum aut plane intercidissent libri aut imperfecti ad nos peruenissent, iisque quoddam vetus de hac re consilium meum exposuissem: cœperunt illi hortari me, ac eo suadendo impulerunt, vt me dicerem non recusare, quin primo quoque tempore aduehendum ex bibliotheca Cormœriacena curarem veterem quendam codicem, qui esset iampridem a me ad hos casus reseruatus. Ex quo facile intelligebam, mihi in eo elaborandum esse, vt magna celeritate negotium ipsum illud cóficeretur: cum me in hanc caussam incumbentem etiam casus adiuuit. Forte ita acciderat, vt postridie adolescens quidam se velle diceret Cormœriacum proficisci. Huic igitur dedi ad Guilielmum Crucium cupidissimū mei & amantissimum literas, quibus ab eo petebam, vt quamprimum ad me codicem illum mitteret. Quod tam pertinere ad suam fidem putauit, vt in tot tamque impeditis itineribus, tamen vigesimo prope quam scripsissem die, mihi ab eo literæ cum libro redderentur. Cum autem accepissem librum, cumque

non negligenter euoluerem, incidi in Symphosii cuiusdam ænigmata, quæ sunt ab illo singula ternis versibus comprehensa: quorum ego adeo sum lectione delectatus, non tam quod nemo eorum quos habemus, in hoc genere stylum exercuisset, quam quod versus ipsi & lepidi essent & arguti: vt Symphosii memoriam & laudem ab obliuione hominum a me iudicarem vindicari oportere. Quod si fecero, aut potius quoniam feci, velim statuant alii, me quæ fecerim, studio rei literariæ iuuandæ (nam ornandæ dicere, inuidiosum fuerit) fecisse. Quod verum esse non negabunt, qui modo experiantur quantis res literaria sit ornamentis spoliata, quod Cicer. in ea, Salustii & T. Liuii multa, aliorum omnia requirãtur, in quo semper mea hæc fuit sententia, vt contenderem, si sibi quisque cœnobiorum omnium omneis bibliothecas terendas esse ac euoluendas quasi suscepta religione putaret, omnium scripta erui e tenebris aliquando posse. Quod ad me attinet, in Symphosio videor aliquod documentum dedisse, quid sim per occasionem facturus si in maiora incidero. Quanquam si quis rem velit vere æstimare, non erit in infimis ponendus Symphosius. De puritate quidem Latini sermonis, cum iis, qui supra mille annos scripserunt (excipe eos, qui nostra & patrum nostrorum memoria exstiterunt) facile contenderit. Paucis vero antiquorum palmam apte dicendi cõcesse-

cesserit, vt qui res obscurissimas tractet planissime, in quo vis ingenii perspici potest vel maxima. Iam vero rerum earum quas tractat, vim eum & naturas plane tenuisse, vel ex hoc intelligi potest, quod arte magna ex parte in iocos, risus, & sales contulit, in quibus peritia sola dominatur. De patria nihil tradere certi possum, & de tempore non amplius. Accesserunt ænigmatibus scita septem Sapientum, quæ vulgo feruntur Ausonii. Ea vero, vt subiicerem ad fidem eius codicis recognita, coegerunt duo versus, qui in omnibus exemplaribus nostris desiderantur. Quod ii animaduertent, quos non pigebit, cum his alia conferre. Ceterum quo animo hæc sint a nobis excepturi alii, nescio, tibi vero, optime Garneri, sub cuius nomine exeunt, non ingrata fore certo scio. Vale.

SYMPHOSII POETÆ VETERIS ELEGANTISSIMI erudita iuxta ac arguta & festiua Ænigmata.

AD LECTOREM.

ANnua Saturni dum tempora festa redirent,
Perpetuo semper nobis solemnia ludo:
Post epulas latas, post pocula dulcia mensæ,
Deliras inter vetulas, puerosq; loquaces,
Cum streperet late madidæ facundia linguæ:
Tum verbosa cohors studio sermonis inepti,
Nescio quas passim magno de nomine nugas
Est meditata diu, sed friuola multa locuta.
Nec mediocre fuit, magni certaminis instar
Ponere diuersos, vel soluere quæq; vicissim.
Ast ego ne solus fœde tacuisse viderer,
Qui nihil attuleram mecum, quod dicere possem,
Hos versus feci subito de carmine vocis.
Insanos inter, sanum non esse necesse est:
Da veniam, Lector, si non sapit ebria Musa.

I. Graphium.

De summo planus, sed non ego planus in imo,
Versus vtraq; manu, diuerso munere fungor:
Altera pars reuocat, quidquid pars altera fecit.

II. Clauis.

Virtutes magnas locupletibus offero parua:
Pando domus clausas, iterum sed claudo patentes:
Seruo domum domino, sed rursus seruor ab ipso.

III. Na-

III. Nauis.

Longa feror velox, formosæ filia syluæ,
Innumera pariter comitum stipante caterua:
Curro vias multas, vestigia nulla relinquens.

IV. Pullus.

Mira tibi referam nostræ primordia vitæ:
Nondũ natus eram, nec eram tum matris in aluo:
Quum posito partu, natum me nemo videbat.

V. Vipera.

Non possum nasci, si non occidero matrem,
Occidi matrem, sed me manet exitus idem:
Id mea mors patitur, quod iam mea fecit origo.

VI. Tinea.

Litera me pauit, nec quid sit litera, noui.
In libris vixi, nec sum studiosior inde:
Exedi Musas, nihil hinc tamen ipsa reporto.

VII. Aranea.

Pallas me docuit texendi nosse laborem:
Nec telæ radios poscunt, nec licia telæ,
Nulla mihi manus est, pedibus tamen omnia fiũt.

VIII. Testudo.

Tarda gradu lento, specioso prædita dorso:
Docta quidem studio, sed duro prodita fato:
Viua nihil dixi, quæ sic modo mortua canto.

IX. Mus.

Parua mihi domus est, sed ianua semper aperta:
Exiguo sumtu furtiuis nutrior escis:
Quod mihi nomen inest, Romæ quoque Consul habebat.

X. Phœnix.

Vita mihi mors est morior si cœpero nasci:
Sed prius est fatum lethi, quam lucis origo,
Sic solos Manes ipsos mihi dico parentes.

Aliter.

Nec sum, nec non sum, morior simul atq; renascor:
Præbet & interitus teneræ primordia vitæ:
Sumq; mihi lethi & redeuntis originis auctor.

XI. Lupus.

Dentibus insanis ego sum, qui vinco bidentes,
Sanguineas quærens prædas, victusq; cruentos:
Mixta & cum rabie vocem quoq; tollere noui.

XII. Vulpes.

Exiguum corpus, sed cor mihi corpore maius:
Sum versuta dolis, arguto callida sensu,
Et fera sum sapiens, talis fera si qua vocatur.

XIII. Arundo.

Littora semper amo, ripis vicina profundis;
Suaue canens Musis, nigro perfusa colore:
Nuntia sum linguæ, digitis signata magistri.

XIV. Annulus.

Corporis extremi non magnum pondus inhæsit:
Inge-

Ingenitum dicas, ita pondere nemo grauatur:
Vna tamen facies, plures habitura figuras.

XV. Catena.

Nexa ligor ferro, multos habitura ligatos,
Vincior ipsa prius, sed vincio vincta vicissim,
Et solui multos, nec sum tamen ipsa soluta.

XVI. Tegula coctilis.

Terra mihi corpus, vires mihi præstitit ignis,
Alta domus quærit, sedes est semper in imo,
Perfundor liquidis, sed me cito deserit humor.

XVII. Fumus.

Sunt mihi sunt lacrymæ, sed non est caussa doloris,
Est iter ad cœlum, sed me grauis impedit aer,
Et qui me genuit, sine me non nascitur ipse.

XVIII. Nebula.

Nox ego sum facie, sed non sum nigra colore;
Inq; die media tenebras tamen affero mecum,
Nec mihi dant stellæ propriũ, nec Cynthia lucem.

XIX. Pluuia.

Ex alto venio longa delapsa ruina,
De cœlo cecidi, medias demissa per auras,
Excepitq; sinus, qui me simul ipse recepit.

XX. Glacies.

Vnda fui nuper, quod me cito credo futuram,
Nunc rigidi cœli duris connexa catenis,
Nec calcata pati possum, nec nuda teneri.

XXI. Nix.

Puluis aqua tenuis modico cum pondere lapsus,
Sole madens, æstate fluens, in frigore siccus,
Flumina facturus, totas prius occupo terras.

XXII. Fluminei pisces, *alias* Flumen & piscis.

Est domus in terris, clara quæ voce resultat,
Ipsa domus resonat, tacitus sed non sonat hõspes,
Ambo tamẽ currunt, hospes simul & domus vna.

XXIII. Testudo.

Porto domum mecum, semper migrare parata,
Mutatoq; solo non sum miserabilis exsul,
Nam mihi consilium de cœlo nascitur ipso.

XXIV. Rana.

Rauca sonans ego sum, media vocalis in vnda,
Sed vox laude sonat, quasi se quoq; laudet & ipsa,
Cumq; canã semper, nullus mea carmina laudat.

XXV. Talpa.

Cæca mihi facies, atris obscura tenebris,
Nox est ipsa dies, nec sol mihi cernitur vllus,
Malo tegi terra, sic me quoq; nemo videbit.

XXVI. Formica.

Prouida sum vitæ, duro non pigra labori,
Ipsa ferens humeris brumæ quæ incõmoda vincãt:
Nec gero magna simul, sed congero multa vicissim.

XXVII. Musca.

Impro-

Improba sum fateor, quid enim gula turpe vere-
tur?
Frigora vitabam, quæ tunc æstate reuertor:
Sed cito commoueor falso conterrita vento.

XXVIII. Gurgulio.

Non bonus agricolis, nec frugibus vtilis hospes,
Nec magnus forma, nec recto nomine dictus,
Nec gratus Cereri, sed multa viuo sagina.

XXIX. Grus.

Litera sum cœli pennas perscripta volantes:
Bella cruenta gerens, volucris discrimina Martis
Nec vereor pugnas, dum non sit longior hostis.

XXX. Cornix.

Viuo nouem vitas, si me non Græcia fallit,
Nomen habens atrum: nullo compulsa dolore.
Et non irascens, vltro conuitia dico.

XXXI. Vespertilio.

Nox mihi dat nomen primo de tempore noctis:
Pluma mihi non est, cum sit mihi penna volanti:
Sed redeo in tenebris, non me committo diebus.

XXXII. Ericius.

Plena domus spinis, parui sed corporis hospes:
Incolumi dorso telis confixus acutis
Sustinet armatas segetes habitator inermis.

XXXIII.

Peducla. *Ita in exemplari legitur*, Pediculi.
Est noua nostrarum cunctis captura ferarum:
Vt si quid capias, & tu tibi ferre recuses,
Et quod non capias, tecum tamen ipse reportes.

XXXIV. Taurus.

Mœchus eram regis, sed lignea membra sequebar,
Et Cilicum immensus mons sum, & mons nomine solo:
Et vehor in cœlis; & in ipsis ambulo terris.

XXXV. Capra.

Alma Iouis nutrix, longo vestita capillo,
Culmina difficili peragrans sed & ardua gressu;
Custodi pecorum tremula respondeo lingua.

XXXVI. Porcus.

Setigeræ matris fœcunda natus in aluo,
Desuper ex alto pastus exspecto virentes:
Nomine numen habens, si litera prima periret.

XXXVII. Mula.

Dissimilis matri, patri diuersa figura.
[illegible] generis, generi non apta propago:
Confusus nascor, nec quicquam nascitur ex me.

XXXVIII. Tygris.

A fluuio dicor, fluuius vel dicitur ex me,
Iunctaq; sum vento, vento velocior ipso:
Et mihi dat natos ventus, nec quæro maritum.

XXXIX. Centaurus.

Quatuor insignis pedibus, manibusq; duabus,
Dissimilis mihi sum; quia non sum vnus & idem,
Et vehor & gradior, cum me duo corpora portent.

XL. Papauer.

Grande mihi caput est, intus sed membra minuta:
Pes vnus solum, sed pes longissimus idem:
Et me somnus amat, proprio nec dormio somno.

XLI. Malua.

Anseris esse pedes similes mihi nolo negare:
Nec duo sunt tantum, sed plures ordine cernis,
Et tamen hos ipsos omnes ego porto supinos.

XLII. Beta.

Beta vocor Græcis, sed non sum beta Latinis:
Pauperibus semper proponor namq; tabernis.
In terris nascor, lympha lauor, vngor oliuo.

XLIII. Cucurbita.

Pendeo dum nascor, rursus pendendo tumesco:
Pendens commoueor velis, & nutrior vndis:
Pendula si non sim, non sum iamiam ipsa futura.

XLIV. Cæpa.

Mordeo mordentes, vltro non mordeo quenquam,
Sed sunt mordentem multi mordere parati,
Nemo timet morsum dentes quia non habet vllos.

XLV. Rosa.

Purpura sum terræ, pulcro perfusa colore,
Septaq; ne violer, telis defendor acutis:
O felix, longo si possim viuere fato.

XLVI. Viola.

Magna quidem non sum, verum est mihi maxima virtus,
Spiritus est magnus, quamuis in corpore paruo,
Nec mihi germen habet noxam, nec culpa ruborem.

XLVII. Thus.

Dulcis odor nemoris flamma fumoq; fatigor,
Et placet hoc superis, medios quod mittor in ignes,
Cum mihi peccandi vitium natura negarit.

XLVIII. Myrrha.

De lacrymis & pro lacrymis mea cœpit origo.
Ex oculis fluxi, sed nunc ex arbore nascor:
Lætus honos frondi, tristis sed imago doloris.

XLIX. Ebur.

Dens ego sum magnus populis cognatus Eois:
Nunc ego per partes in corpora multa recessi:
Nec remanent vires, sed formæ gratia mansit.

L. Fœnum.

Herba fuit quondam, viridi de gramine terræ:
Sed chalybis duro mollis præcisa metallo:
Mole premor propria, tecto conclusa sub alto.

LI. Molæ Molaris lapis.

Ambo

Ambo sumus lapides, vna sumus, ambo iacemus:
Quam piger est vnus, tantum non segnis it alter:
Hic manet immotus, non desinit ille moueri.

LII. Farina.

Inter saxa fui quæ me contrita premebant,
Vix tamen effugi totis collisa medullis.
Et nunc forma mihi minor est, sed copia maior.

LIII. Vitis.

Nolo thoro iungi, quamuis placet esse maritam:
Nolo virum, thalamo per me mea nata propago est:
Nolo sepulcra pati, scio me submergere terra.

LIV. Hamus.

Exiguum corpus flexi mucronis adunci:
Fallaces escas medio circumfero ventre:
Blandior vt noceam, morti præmitto saginas.

LV. Acicula.

Longa sed exilis tenui producta metallo:
Mollia duco leui comitantia vincula ferro:
Et faciem læsis, sed nexum reddo solutis.

LVI. Caliga.

Maior eram longe quondam dum vita manebat:
At nunc exanimis, lacerata, ligata, reuulsa,
Dedita sum terræ, tumulo, sed condita non sum.

LVII. Clauus.

In caput ingredior, qui de pede pendeo solo:
Vertice tango solum, capitis vestigia signo:
Sed comites multi casum patiuntur eundem.

LVIII. Capilli.

Findere me nulli possunt, præcidere multi:
Sed sum versicolor, canus quandoq; futurus,
Malo manere niger, minus vltima fata verebor.

LIX. Pila.

Non sum cincta comis vllis, nec crinibus ornor:
Intus enim mihi sunt crines, quos non videt vllus:
Meq; manus mittũt, manibusq; remittor in auras.

LX. Serra.

Dentibus innumeris toto sum corpore plena:
Frondicomam sobolem morsu depascor acuto:
Mando tamen frustra, quæ respuo præmia dentis.

LXI. Anchora.

Mucro mihi geminus ferro coniungitur vno:
Cum vento luctor, cum gurgite pugno profundo:
Scrutor aquas medias, ipsas quoq; mordeo terras.

LXII. Pons.

Stat domus in lymphis, stat in alto gurgite sylua,
Permanet & mediis immobile robur in vndis,
Terra tamen mittit quod terra munera præstat.

LXIII. Spongia.

Ipsa grauis non sum, sed aquæ mihi pondus inhæret,
Viscera tota tument patulis diffusa cauernis,
Intus lympha latet, sed non se sponte refundit.

Tridens

LXIV. Tridens.

Tres mihi sunt dentes, quos vnus continet ordo,
Vnus praterea dens est & parte sub ima:
Meq; tenet numen, vectus timet, æquora curant.

LXV. Sagitta.

Septa graui ferro leuibus circumdata pennis,
Aera per medium volucri contendo meatu,
Missaq; descendens nullo mittente reuertor.

LXVI. Flagellum.

De pecudis dorso pecudes ego terreo cunctas,
Obsequium reddens memorata lege doloris,
Nec volo contemni, sed contra nolo nocere.

LXVII. Laterna.

Cornibus apta cauis tereti perlucida vitro,
Lumen habens intus diuini syderis instar,
Noctibus in mediis faciem non perdo dierum.

LXVIII. Vitrum.

Perspicior cunctis, nec luminis arceo visus;
Transmittens oculos intra mea membra meantes,
Nec me transit hyems, sed sol tamen emicat in me.

LXIX. Speculum.

Nulla mihi certa est, nulla est peregrina figura,
Fulgor inest intus, radiata luce coruscans,
Qui nihil ostendit, nisi si quid viderit ante.

LXX. Clepsydra.

Lex bona dicendi, lex sum quoq; dura tacendi,
Ius auida lingua, finis sine fine loquendi,
Ipsa fluens, dum verba fluant, aut lingua quiescat.

LXXI. Puteus.

Mersa procul terris in cespite lympha profundo,
Non nisi profusis possum procedere venis.
Et trahor ad superos alieno ducta labore.

LXXII. ἄδηλον.

Truncum terra tegit, latitant in cespite lymphæ,
Alueus est modicus, qui ripas non habet vllas,
In ligno vehitur modico, quæ ligna vehebat.

LXXIII. Follis.

Tibia.

Non ego continuo morior, dum spiritus exit,
Nam redit assidue quamuis & sæpe recedat,
Et mihi nunc anima magna est, nunc nulla facultas.

LXXIV. Lapis.

Deucalion ego sum crudelior hospes ab vnda,
Affinis terræ, sed longe durior illa,
Litera decedat, volucris quoq; nomen habebo,

LXXV. Chalybs.

Euasi flammas, ignis tormenta profugi,
Ipsa medela meo pugnat contraria fato,
Frigesco lymphis, calidis incendor ab vndis.

LXXVI. Silex.

Virtus

Virtus magna mihi duro mollitur ab igne,
Cessantique foco, virtus tamen intus adhæret,
Semper inest in me, sed raro cernitur ignis.

LXXVIII. Rotæ.

Quatuor æquali [a] currunt ex parte [b] sorores. [a] æquales
Sic quasi certantes, cum sit labor omnibus vnus, [b] ex arte
Et prope sunt [c] vna, neq; se contingere possunt. [c] pariter

LXXVIII. Scopa.

In syluis genita, & laqueo connexa tenaci,
Iuncta solo plano, manibus compressa duabus,
Quoque sequens ducor, simul & me cuncta sequuntur.

LXXIX. Tintinabulum.

Ære rigens curuo, patulo componor in orbe,
Mobilis est intus lingua crepitantis imago,
Non resonat positus, motus quoque sæpe resultat.

LXXX. Lagena.

Mater erat Tellus, genitor fuit ipse Prometheus,
Auriculæq; regunt, redimita ventre cauato,
Dum cecidi infelix, mater mea me diuisit.

LXXXI. Conditus potus.

Tres olim fuimus, qui nomine iungimur vno;
Ex tribus est vnus, tres commiscentur in vno,
Quisq; bonus per se, melior qui continet omnes.

LXXXII. Vinum conuersum in acetum.

Sublatum nihil eſt, nihil eſt extrinſecus auctum,
Quod fueram, non ſum: cœpi quod non erat eſſe,
Nec tamen inuenio quicquid prius ipſe reliqui.

LXXXIII. Malum. μῆλον.

Nomen ouis Græce. *Eſt mihi nomen * ouis, contentia magna dearum*
Fraus iuuenis functi; multarum cura ſororum,
[b]Excidium Troiæ: quæ bella cruenta peregi.

(* Græce. nam μῆλον & ouem & malũ ſignificat.)

[b Pro extremo verſu alias legitur]

Hoc volo, ne breuiter mihi, ſyllaba prima legatur.

LXXXIV. Perna.

Nobile duco genus magni de gente Catonis,
Vna mihi ſoror eſt, plures licet eſſe putentur,
De fumo facies mihi de mare guſtus inhæſit.

Poſtremus verſus alias ita legitur.

De fumo facies, ſapientia per mare parta eſt.

LXXXV. Malleus.

Non ego de toto mihi corpore vindico vires,
At capitis pugna nulli certare recuſo,
Grande mihi caput eſt, totum quoque pondus in ipſo.

LXXXVI. ἄδηλον.

Contero cuncta ſimul virtutis robore magno
Vna mihi ceruix, capitum ſed forma aliorum,
Pro pedibus caput eſt, nam cetera corpora non ſunt.

Strigilis

LXXXVII. Strigilis.

Rupea, curua, capax, alienis humida guttis,
Luminibus falsis auri simulata metallo,
Dedita sudori, modico succumbo labori.

LXXXVIII. Balneum.

Per totas ædes innoxius introit ignis,
Est calor in medio magnus, quem nemo veretur,
Non est nuda domus, sed nudus conuenit hospes.

LXXXIX. Tessera.

Dedita sum voto, semper non certa futuro,
Iactor in ancipites varia vertigine casus,
Nunc ego mœsta malis, nunc rebus læta secundis.

XC. Pecunia.

Terra fui primum, latebris abscondita diris,
Nunc aliud regnum flamma nomenq; dederunt,
Nec iam terra vocor, licet ex me terra paretur.

XCI. Mulier gemellipara quæ geminos parit.

Plus ego sustinui quam corpus debuit vnum,
Tres animas habui, quas omnes intus habebam,
Discessere duæ, sed tertia bella peregit.

XCII. Miles.

Bellipotens olim sæuis metuendus in armis,
Sexq; pedes habui, quos nunquam nemo negaret.
Nunc mihi vix duo sunt: inopem me copia reddit.

XCIII, Luscus alios vendens.

Cerne licet propius quod vix tibi credere fas est.
Vnus inest oculus, capitis sed millia multa,
Qui quod habet vendit, quod non habet, vnde parabit?

XCIV. Funambulus.

Inter lucificum cœlum, terrasq; iacentes
Aera per medium docta meat arte viator.
Semita sed breuis est, pedibus nec sufficit ipsis.

XCV. Vmbra.

Insidias nullas vereor de fraude latenti.
Nam Deus attribuit nobis hæc munera formæ,
Vt nemo moueat, nisi qui prius ipse mouetur.

XCVI. Echo.

Virgo modesta, sacri legem bene seruo pudoris,
Ore procax non sum, nec sum temeraria lingua.
Vltro nolo loqui, sed do responsa loquenti.

XCVII. Somnus.

Sponte mea veniens, varias ostendo figuras,
Fingo metus vanos, nullo discrimine veri,
Sed me nemo videt, nisi qui sua lumina claudit.

XCVIII. Monumentum.

Nomen habens hominum post vltima fata remansi,
Nomen inane manet, sed dulcis vita profugit,
Vita tamen superest morti post tempora vitæ

XCIX. Scala.

Nos

Nos ſumus ad cœlum quæ ſcandimus alta petẽtes,
Concordi fabrica quas vnus continet ordo,
Et ſimul hærentes per nos mittentur ad auras.

C. Cuculus.

Frigore digredior, redeunte calore reuertor:
Deſero, quod peperi: hoc tamen educat altera mater.
Quid tibi vis aliud dicam? me vox mea prodit.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI.

ÆNIGMATA.

Ad Lectorem.

QVis putet, & tamen eſt, operoſis otia Muſis
Et ſtruere inſidias, & dare verba ſibi?
Si neq; ludus iners, blandi neq; murmura ſomni
His ſine, nec tacito pocula picta mero.
Fœmineas inter rixas, tremuloſq; cachinnos,
Et cyathum, & choreas, hæc tibi facta dedi.
Sic redeunt alacres, poſui cum ſeria, nugæ,
Nec cedit reduci pectoris æſtus aquæ.
Cuncta, iube, dicet, faciet, dabit, omnia. Tantum
Garrula, ne prohibe, bucca tacere nequit.

Ænigma.

Qui ſe ipſos fecere reos iam mortis Homeri,
Illorum e numero turba proterua ſumus.

Sphinx.

Horum vnum peperit fallax quæ fœmina quondam.
Exitio misero quo data turba fuit.
Immani ingenio monstri superata dolosi,
Nec miseranda suis artibus ipsa perit.

Deus.

Quis queat infinitam ænigmate condere lucem?
Quo maior tamen est, hoc minus ipse patet.
Quin capere est, quod vbique manet, non cernere certum.
Non aliis dare, sed nec retinere sibi.

Natura.

Artifici cordata manu subnixa nouerca,
Attamen agnosci nomine matris auet.
Efficit, vt factum haud post multo diruat: aufert,
Vt reddat, tota est quæ sibi, nulla suis.

Necessitas.

Quæ Deus est, veteresq; Deum plus quam esse canebant.
Inq; Deo nulla est, hanc tibi me esse puta.

Fatum.

Quod vitare nequis, tamen euitare laboras,
Orbis sum prisci, sumq; catena noui.

Fortuna.

Sum vero, at quid sim, nemo describere nouit,
De me qui loquitur plus, minus ille sapit.

Si quid agis, me egisse refers, clamasq; tyrannam,
Atq; petis dira voce supinus opem.
Si sum, sum Dea. Quid duro male litigat ore.
Seruus? si non sum, stultitia ipsa tua est.

Casus.

Quod tibi nec fortuna dabit, nec fata dedere,
Hoc ero: sed quid sim, forte scio nec ego.

Fama.

Non vir, non mulier; non mas, non fœmina, non stirps,
Non animal, retinens vndiq; viuo aliud.
Nunc noram, nunc mendaci discrimine primum;
Verus, dehinc multi me genuere patres.
Haud pedes, haud eques, haud naui non prepete penna,
Velifico, ingredior, sto, nato, curro, volo.
Qui me descripsit, nihilis quæsisse videtur,
Quam me, cui faueo, non fauet ille mihi.

Spes.

Quæ reliqua ex omni numero desidit in imo;
Nec cruce confixum deserit illa reum.
Blanda quidem specie, lento sed numine fallax,
Numenq; & nomen decoquit ipsa suum.

Sol.

Quale animal, dic, esse putes, quod nobile totum,
Est oculus, neq; pars præterea vlla manet?
Quotidie gignit [a] *natum sine matre creatum*
Qui tamen vna ipsa hac interit ille die.

Cuius item [b] *soror absente est genitore creata,*
Partita imperium fratris, & interitum.

[*a* Dies. *b* Nox.]

Ignis.

Crescens deficio, ingratus matrisq; vorator.
Mors tamen, illius morte parata mea est.
Saxa, domus secreta palam vel nocte videbis.
Inuenisse tamen cæcus & ipse queat.

Aqua.

A me ipsa, ad me ipsam egredior, remeoque, eademque
Atq; alia, præceps, prona, supina, manens.
Instabilis, constans mutans, mutata relinquens,
Quæ repetam, repetens linquere quæ aggrediar.
Nulla mihi facies, facies tamen omnis, amara
Et dulcis, facili difficiliq; modo.
Multisona, at multi populi sum mater; inani
Consilio efficiam, quæ metuunt, vt ament.

Vita.

Quam cupiunt omnes tamen, sum [a] *tractus amarus.*
Mirum, me, quæ sum, quæ nihil est, perimit.
Altera magna soror [b] *mihi tum succedit inani,*
Carnificem interimens illa superba meum.

[*a* Mors priuatio. *b* Vita æterna, quæ mortem perimit.]

Cinis.

Quod

Quod rectum & curuum, quod transuersum, atq; ad amussim,
Et viride, & siccum, sum nihil, ante fui.

Spuma.

Instabilis mater cum rupta est, nascor, vt olim
Vipera, sed rursus pristina fio parens.
Quin pregnans orior, rumporq; puerpera [a] *proles,*
Non nostri generis illico nata volat.
Meq; vehit mater, dum viuo, recepta [b] *sorori,*
Illius, hospitiis & pietate fruor.
Nulla manu, aut capite, aut pedibus discriminor Est par
Quæ vita est hominis omnibus vna locis.
[*a* Aer inclusus, *b* terræ.]

Nix.

Candidior multo multum candente parente.
Lenta magis motu, viuidiore opera.
Tota ego sum donata insignia prætextato, [c]
Tum vigeo, quando plurima morte cadunt. [d]
[*c* Bulla. *d* hyems.]

Vox.

Signum [e] *animi, plusquam* [f] *tonitrus, res* [g] *extera rerum*
Res, vnum a paucis tertia [h] *rebus ago.*
Nescio quo pacto iam me [i] *videre Latini*
Qui non viderunt vera, [h] *videnda sibi.*
[e Nota specierum, f quia plus vox, quam sonus, g quia extra animam, h res, spes, vox i visa vocem audire militis. k veritatem Iesu Christi,]

Puteus.

Ventris inexhausti purissima viscera cernis:
Aluo ima captus, redditur ore cibus.

Arbor.

Ad superos traho demissa de sede parentem [a]
Doq; [b] pati summo vertice posse Iouem.
Mi cantum [c] assimilat Siculi bona Musa Poetæ,
Hinc etiam vitam [d] carperet ille sibi.
Maxima de minimo & fluxo robusta, superba
Ex humili, talis qui tibi magnus eras.

[*a* Terræ succum *b* in arborem mutans, *c* ψιθύρισμα πιτύς. *d* glandem.]

Currus.

Cruribus ipse meis, quanquam sunt firma, moueri,
Non moueo, hoc munus dant aliena mihi.
Me tamen haud tergum trahit, insideoue gerenti,
Quin equitum mea vel pondera terga gerunt.
Pro quibus officiis vectori porto benignus
Multa dapis e placitæ munera, nulla mihi.

Charta.

Eius [a] *quam texi, nomen* [b] *gero, candida primum.*
Candidior nunc sum, mollior ante fui.
Sedula [c] *sepositos* [d] *commissa voce saluto.*
Pro quo [e] *sæpe ignes, vulnera, vincla tuli.*
Quod prius officium [f] *dederat, quod verna Canopi,*
Hoc mihi Parcarum [g] *& Pallados* [h] *explet opus.*

Bellumq; & pacem, vitam mortemq; paciscor,
Res sacra me quondam, resq; profana tulit.
Hæc quoque,[i] quæ dedit hæc, sine me nequiisse videtur.
At supplere valet filius[k] ignis opem.
Quæ cælum[l] scicidi, ad cœlum terrestria vexi,
Non nisi præscissæ hæc iam tibi dona[m] dedi.

[*a* Tela *b* scripta *c* literæ *d* cong'aquos. *e* lacerata scissa, vsta, lino iuncta. *f* mēbrana. *g* linum. *h* tela. *i* penna. *k* carbo pro atramento. *l* atrum. *m* scripturam.]

Ionas in ventre Orcæ.

Sum, nondum dira confectus morte, sepultus,
Haud vrna, haud saxum, nō humus vlla tegit.
Et loquor, & sapio, & vitalibus abdicor auris,
Meq; capit viuus, meq; vehit tumulus.

Glacies.

Sto, quæ currebam, sed non[a] tego, quæ tego. Mater[b]
Olim, nunc sterilis, rursus eroq;[c] parens.
Quæ constat facies, non constitit, horridus illam
Iuppiter instabilem sed tamen esse dedit.
Aufugio tamen, & velles me forte tenere,
Aut tota, aut sensim[d] subtraho me[e] minuens.

[*a* Translucida, *b* aqua, *c* liquefacta, *d* lubrica *e* liquefacta.]

Aurum.

Et curuum & pauidum durumque fuisse licebit,
Quin etiam audacem & præcipiti ore dabo.

Imperium in [f] *fratres, quanquam virtute potētes,*
Est mihi, sed multo fulgure pondus iners.
Sum vulgi votum sapientis abominor auram,
An possis, valeam, dicere quid valeam.
[*f* Metalla.]

Vitrum.

Infelix terra me filius edidit, & qui
Materna [g] *patriis arte petitur aquis.*
Inde gero tibi lætitias, conuiuia, rixas,
Si pergas, si non, mellea verba, iocos.
[*g* Lapis fluuiatilis. *h* Σ.]

Arcus.

Litera sum pecoris capiti detracta minacis,
Cuius, siue canis viscera [i] *tenta traho.*
Hac pellunt [k] *seruum fugitiuum, ferreus* [l] *illi*
Dens, clunes, auium legibus inde volant.
Altera [m] *mi similis, cognataq; litera maius*
Edit [n] *opus sapiens tectus* [o] *vtraq; caue.*
[Neruus. *k* Ex Athenæo. *l* sagitta. *m* Φ. *n* sibilum. *o* arcum & balistam.]

Lima.

Non edo pascalem, non pascor carne solocis,
Dentis at innumeri robore rodo [p] *meos.*
Me tamen hæc macies deformat dira vorantem,
Atq; etiam exeso corpore fio minor.
[*p* ferrum.]

Laterna

Nomine [q] *mendaci, re verax, fallere nullum*
Assueui, torui filia versa [r] *proci.*

Furibus

Furibus infensa, insidiis inimica latronu,
Agnosco vitam non nisi morte meam.
[q Quia non latet. r tauri)

Ostrea.

Hic habito in valuis, hic sum mihi tota supellex,
Ianua sum tota, & tota fenestra mihi.
Sublatum tamen a summo curuamine tectum
Admittit, [s] sed non aeris orbe, diem.
Nil video tamen, & iuxta est lux, atq; tenebra,
Pinguis sed plana luce [t] minore magis.
Sed qua non fugiam, cur ergo retia tendunt?
Fioque cum castris splendida prada meis.
[s Aqua. t Luna]

Pompilus.

Remigium inuersum Zephyro mutante, carinam
Rectam pacato turbine vela vehunt.
Hac eadem tibi mensa cibum dabit orba paratũ.
Qua mihi perpetuo tempore fida casa est.

Testudines.

Non tectis capimur, nunquam extra tecta vagamur,
Quin etiam grata, quo gerimur, gerimus.
Nec [a] vox, nec sine voce sumus, dũ viuimus, edunt
Mortua [b] concordes corpora nostra sonos.
[a Sibilus. b chelys.

Spongia.

Planta [c] fui, nullo officio radicis alebar,
Sed nullo ore vorans, innumero ore animal.

Castigare malos licuit persæpe poetas,
Facta eadem vna opera & demta litura mea est,
[ζωόφυτον.

Sepulcrum.

Durum iter, & varie confectum emense viator,
Prisca tibi officio patria terra patet.
Hic vbi conuiuas [d] *tanto tractabis honore.*
Apponi vt non daps carior [e] *vlla queat.*
[*d* Vermes. *e* teipso.]

Tegulæ.

Sicca acies, quantum voluit, bibit, inde sedenti
Dulcia dat fratri pocula quisq; suo.

Carbo nes.

Infima [f] *quos olim florentes vita fouebat*
Viuentes, [g] *alia nunc ratione sumus.*
Mutabit [h] *solum tamen, vt nos atra, colorem,*
Instituam veluti lingua diserta, [i] *loqui.*

[*f* Arbor ex tribus animantibus infimam habet. *g* carbones viui. *h* carbo exstinctus. *i* litera notata carbone.

Luna solem alloquitur.

Quod mihi das, plus absente accepisse videbor,
Et quo plus prope sum, tum minus illud erit.
Copia [k] *me perdit, me perdit* [l] *amicitia vna*
Et triplex, [m] *quod non tango, queo* [n] *trahere.*
[*k* Lucida dies. *l* ☌ ☾☉. *m* triuia *n* Maria.]

Campi

Campana.

Excubat os nitidum patulo mihi ſemper hiatu.
Sacra miniſterio ferrea lingua Dei eſt.
Nūquam ſponte loquar, nunquā niſi iuſſa, tacebo,
Excutere at vocem verbera ſæpe ſolent.

Acus.

Imbelli facit acta viam per vulnera [a] cauda, [b]
Sed nunquam repetit, quam facit inde viam.
Officioſa tamen facit vt confecta creentur,
Vulneribus [c] coeant vulnera priſca nouis.

[*a* Sutura, *b* filo. *c* ſuendo ea quæ ſciſſa ſunt.]

Farina.

Innumeri ſum dentis [d] opus: de matris [e] amictu [f]
Excutior, fatum eſt dente perire nouo.
Diſſoluunt [g] partes patrio naſcentis ab orbe,
Hæc ſedet, vt grauis eſt, hæc leuis acta volat.
Sum multa [h] ex vno, rurſus coitura ſub [i] vnum,
Poſt ero, quod facit, [k] & quod fugit omnis homo.

[*d* Molarū. *e* tritici, *f* furfure., *g* volatica farina & furfur, & granum. *h* pollen. *i* panem. *k* ſtercus.

Anchora.

Magna, bidens, apridens, dentes fero parua quaternos,
Ingens pro digitis annulus in capite eſt.
Quum teneo [l] dominam, nihilominus illa [m] mouetur,
Et quum non teneo, magna auis [n] atra volat.

(*l* nauem. *m* nauis fluctuat. *n* vela)

Acetum.

Doni [o] *mentiuori iacet hic informe cadauer,*
Dat, quam vult formam, qui fuit ante liquor.
(*o* vini.)

Clauus gubernaculi.

Quis putet ad latus hanc caudam posuisse Latinos,
Cetera postremo corpore turba dedit.
Inuitis pedibus, tricenis, ter tribus alis
In magna victrix vnica regnat aue.

Clauus ferreus.

Infelix fouea submersus protinus ima,
Insuper me facto funditus ore forem,
Magna tamen capite in nostro sapientia magno
Quanquam percusso vitat adire lacum.

Pila lusoria.

Haud vnum genus, haud vno concludimur [a] *orbe,*
Turba eodem tamen hoc nata sub orbe [b] *sumus.*
Quodque aliis extra [c] *corium est, mea viscera tendit.*
Proque omni est aliis noscere sola [d] *anima.*
Vt sibi quisque velit certa me sorte fouere,
Verbere continuo longius a se abigit.

(*a* globo, *b* mundo, *c* fartura e pilo tomentaceo, *d* in folle flatus solus.)

Mensa.

Si

Si dabis accipies, tantundem læta reponam
Namque mihi ad larga est munera larga manus.
Mira mihi in numero lusit natura meorum,
Quadrupediq; tripes, unipediq; bipes.
Quin humilis repsi pedibus sine, tempore prisco
Sed plures, puto, sic, quum volet illa, dabit.
Altera pars nitidi virtutum Sardanapali.
Quin scio, spes vitæ iam quibus vna fui.
(*e* gulosis.)

Siren.

Me fugere pice & velo victricia signa;
Quæ sum, quæ non sum fœmina, piscis, auis.

Tela.

Recto & transuerso directus tramite campus,
Sed tamen alter [f] *stat, trames* [g] *vt alter eat.*
Mobilibus [i] *teritur pedibus post funus, & ante*
Funera [k], *nondum etiam mortua* [l] *membra tegit.*
Furfure [m] *conseritur, das pro lætamine seuum,*
Nec nisi post pluuiæ munera gratus erit.
(*f* stamen *g* trama *i* calceoli intimi, *k* sudaria *l* subucula, *m* texendo.

Speculum.

Mira tibi mater rerum fœcunda nouarum,
Quin etiam tecum te tibi sæpe parit.
Fœtus tam similis tibi, ne magis esse potis sit,
Attamen illius dextra sinistra tua est.

Tessera.

Quanquam eadem [a] facies, tamen est diuersa [b] precanti,
Vertas, subuertas, stat sibi semper idem.
Dupliciter [c] peperit numerosum tibia [d] natum,
Illa agit [e] ad bellum, bella [f] ego sæpe fero.
Si potes, abstineas. nisi sub sapiente, sinistrum
Dextrum mutatum nomen [g] in omen erit.

[*a* quadrata, *b* peracta, *c* & quia multæ tesseræ, & quia cũ numeris, *d* e tibiis animalis, *e* Lacedæmonios, *f* Ludo rixas *g* Quia ludus nõ erit ludus, sed rixa.

Frenum calcar.

Vnius fratres de ventre parentis eodem,
Diuersum officium fecit vterq; suum.
Hic ventris [a] comes est, oris [b] comes ille voracis,
Attamen haud saturat. hic tenet, ille fugat,
Cornua nectuntur tamen etsi maxima, solum
Alterius multo vulnere cauda ferit.

[*a* Calcar. *b* frenum. *c* cornua freni, & cornua calcaris. *d* radii stellæ.]

Horologium.

Integra sum cœli semper voluentis imago,
Sic traho discretis tempora certa viis.
Sunt alii fratres multo virtute minores,
Quippe frequenti egeant ad sua facta manu.
Infinita [f] vni seruorum turba ministrant,
Officium hoc alii candida Nais [g] habet.

Tertia

Tertia sors operas pacta est cum sole dieq;
Fecit opus, tacitam nox aboleuit opem.

[*e* Clepsydræ volunt inuerti. *f* Arena. *g* Aqua.]

Serra.

Dissidiisq; [h] *inimicitiisq; creata creandis,*
Non intellecto barbara torua sono,
Non nisi iens, rediens, multumq; vtroq; citroque,
Dentibus infestis rosa sine ore vomo.

[*h* quia secat quæ continua sunt.]

Serra.

Certa [i] *fides, nisi vis decoxerit apta mariti,*
Qui me fœmineo numine blandus init.
Attamen, ille, bene, aut aliter si forte gerit rem,
Perpetuum misero pondere pendet onus.

[*i* Clauis. *k* quia clauis pendet, tametsi non aberrarit.

Incus.

Mutua quot patior, pugnax tot vulnera reddo,
Qui [l] *me icit, plagis icitur ipse suis.*
Quanquam idem pater & nati fidissimus auctor,
Atq; eodem natus semine [m] *frater erat.*

(*l* malleus incudem fabricat. *m* ferro.

Malleus respondet.

Non sum hostis, tamen, etsi infestus vulnere multo.
Sed pater, atq; eodem semine semper eram.

Quod si quis medius n *nos interuenerit, ille*
Sentiet ille suo nomine bella geri.
(*n* ferrum.)

Pons Cæsaris.

Dissita coniunxi porrecto limite regna,
Ne tereret trepidus mobile o *miles iter.*
Indomitus p *stupet ipse sibi noua vincla tyrannus.*
At sola q *exercet fibula Grammaticos.*
(*o* pontonibus, lintribus. *p* remis. *q* de fibulis pontis.)

Tollenones.

Non bibo, demisso capiti nisi cauda superstet,
Demissa rursum non meo r *ab ore vomo.*
Sto, pede non mouero, cessans contemplor Olympum.
Ars mea: vicini s *viscera sucta traho.*
(*r* sed a situla. *s* putei)

Aratrum.

Ore gero gladium, matrisq; t *in pectore condo,*
Vt mox, quæ nunc u *sunt mortua, viua colas.*
Dux meus x *a tergo, caudāq;* y *trahens retrahēsq;*
Hasta z, *non me, vt eam verberat, ast alios.*
(*t* Terræ, *u* fruges, *x* at duces præire solent, *y* stiuam. *z* stimulo.

Cunei & securis.

Mi caudam feci multo de corpore primam,
Quæ facio caua, ab iis exeo, non habito.

Quot fratres sine cauda habeo, tot in arte ministros,
Victores, qui post prælia facta [a] cadunt,
[a ligno scisso cadunt cunei.]

Crepitus ventris.

Ima a sede ruens, cognatus fulminis alti,
Summani b *videor rite venire manu*
Vicini fugiunt, patiuntur tecta cachinnis.
Ast si multus ero, iurgia sæpe cio.
[b fulmina terrena Summani manu iaculari dicebantur, de hoc vide Erasmum in conuiuio fabuloso.]

Tentorium. Papilio.

Talis ego e terra [c] *qui munere factus aquarum*
Nunc sub forma [d] *ignis arceo fidus aquas.*
Mollis [e] *eram: nunc plus* [f], *sed molli hoc munere durus*
Et Mars, & duri munera Martis agunt.
[c e lino macerato. d Pyramidis. e lini plantæ, f tela.]

Furnus.

Dimidium cœli pars est ascripta diei:
Altera cui noctis tempora fusca manent.
Summa est illa, ima hæc, neutra est a, *nec summa nec ima.*
Summa mea est, vno de tibi vtrumq; b *loco,*
Das, quo non egeo ipse, cibum c *satur* d *haud satur*
Reddo tibi totũ, quo saturare, volens. (e illum

[*a* Quia circularis. *b* Quia furnus, vbi ignis est, lucet: vbi non, obscurus. *c* panem. *d* plenus. *e* non comedit.]

Ephippium.

Insideo, insideor, prisco olim tempore nostri
Vsum Germani dedecus esse putant.

Infundibulum.

Tam cito Flandra merum potum haud vesica reponit:
Quam cito, quod poto, fida refundo meum.
Illa tamen spurcum & tetro tibi reddit odore:
At nostrum illæsum qui volet, ille bibet.

Veges.

Non subscus cohibet, non neruus colligat artus,
Sed vicinorum [f] *brachia grata tenent.*
Illa etiam frustra officio conentur abuti,
Ni vires digitis nexile [g] *præstet opus.*
Non caput a cauda, non detur tergore venter,
Sed tibi qua placeat parte sedere queo,
Totũ corpus iners quanquam est & inutile edẽdo,
Exsuperant omnem viscera [h] *nostra cibum.*

[*f* Salices curuatæ in circulum. *g* vimina. *h* vinum.]

Crumena.

Materia infelix detracta cadauere formæ
Tam varia, vt nec ego me mihi nosse queam.
Haud melius fatum, nam pendeo more latronis;
Ingenium sic me furis habere putant.
Si dederis seruo, seruatum reddo petenti,
Non nisi at auriculis tracta referre volo.

Millus.

Qualis inaccessis iaculis defenditur histrix,
Ferreus armauit tergora nostra pilus.
Pro domino fera bella gero, sed bella gerendo
Contineo domini colla reuincta mei.

Annulus.

Tota catena fuit seruorum, ego sola catenæ
Pars, sed me dominus induit ipse volens.
Italiæ [a] vastator adest, qui victor amicis
Partitur modiis millia multa suis.
[a Annibal.]

Atramentum.

Candida [b] mater erat, genitor [c] fulgore coruscus,
At facies nati tota colore nigra.
Prodiit [d] ex aliis etiam genitoribus, vnam
Matrem [e] de cunctis impius ater arat.
(*b* Charta, *c* ignis, *d* factum ex aliis materiis, *e* papyrum, chartam.

Sechtzehen/acht vnd vier
Gibt gut Dinten geschiet.
Sedecim intellige mensuras vel magnas vel paruas gallarum: octo vitrioli: quatuor gummi.

Echinus Marinus.

Mi caput est venter, non differt aluus ab ore,
At domus est tergus, tela cauenda, pedes.

Sal.

Quod molle [f], ac liquidum timuit temeraria puppis,
Nunc [g] durum, & rigida mole carina vehit.

Rodo mihi lapides, atq; horrida tergora ferri,
At carnes seruo, & piscibus abstineo.
[*f* mare. *g* sal.]

Statera & Bilanx.

Est vnum mihi, sunt duo brachia iuncta sorori:
Iura sed ex æquo, iudiciumq; damus.
Illa [a] *gerit geminos æquo discrimine ventres,*
At mihi de geminis [b] *vnguibus arma vigent.*
Consilium [c] *illa adhibet, leges* [d] *ego tergore porto,*
Suspicit, vt sapiat lingua vtriusq; polum.
Væ tibi, qui terras perplexo murmure vexas,
Iudicii [e] *cuius Tartara lingua secat.*
[*a* Bilanx. *b* vnci duo in trutina. *c* librat pōdera, *d* numeros, notas ponderum, *e* Iudex.]

Pluuia.

Sublimi [f] *in regno, e regno digressa parentis* [g],
Ipsa mei rursus pristina fio parens [h].
Pars [i] *remanet pura, ast alia* [k] *est infecta sorore,*
Si meæ non veniant tempora, sicci us erit.
[*f* nubes. *g* aquæ. *h* aqua. *i* terra. *k* lutum]

Pecten eburneus.

Multi ex dente vno, multis cum dentibus omnes:
Dentem [l] *illum quanquam turba proterua negat.*
Dentibus [m] *hi dentes sunt facti, non tamen vsus*
Idem aliis, nullum os digero, [n] *hoc officium est.*
[*l* Quia dicunt esse cornua, non dentes, *m* serra. *n* capillos discrimino.]

Cami-

Caminus.

Sic niger, vt cernis, nimio sum lucis [o] *amore,*
Me Latium [p] *patria voce carere iubet.*
Perque hyemes caleo, perque æstum frigeo, quanquam
Me Temesæ feruor sæpe calere facit.
[o Ignis. Fumus ex igne. p Quia Græca vox.]

Hortus.

Si spectes veteris frugalia secula vitæ,
De [q] *totum, at toto hoc vita carere potest.*
Sum comes & frater pacis, stabuliq; [r] *piorum;*
Præmia [s] *quæ nobis pagina sancta canit.*
[q ὅλον olus. r Elysii s Paradisus.]

Scipio e ramo.

Brachium eram, par sum factus: sed mutua cernis
Officia, hic vt me, quem fero, & ipse ferat.

[redacted]

Organum musicum follibus inflatum.

Multis [a] *animis plures in pluribus* [b] *insunt,*
Illa [c] *cum taceant, hæ coluere sonos.*

Mobilis insilibus submittitur aura reductis,
Iactet Ctesibios Græcia vana suos.
[*a* follibus, *b* tabulis, *c* folles.]

Mortarium.

Buccis semper hians patulis soror d *aspicit infra.*
Inuerso sed ego suspicio ore polum.
Semper habet linguam nexam, quæ personat aures,
At mihi adest, & abest demta, reposta mea.
Annuit, e *vt loquitur, atq; abnuit illa loquar, vel*
Non constare loco stat mihi certa fides.
[*d* campana, *e* campana.]

Ligula caligaria ærata.

Ambiguà ceruice biceps, velut Amphisbæna,
Rostrum vtrumque æneum, more triremis, habens.
Arcta cauum subeo, mox vt traiecta rediui,
Inuoluent spinis dissita necto meis.

Molæ farinariæ.

Quod defessa manus longa obsidione frequentat.
Quisq; in sese, [illegible] recurrit a *equus.*
Audax angustis veniens certa rebus,
Efficere b *inuento pondere fecit aquas.*
Pars angusta c *meat, patulo* d *pars libera cursu:*
Sic nostra e *tua fit irrequiete quies.*
[*a* Rotando temonem molæ. *b* in fluuiis, *c* canalibus. *d* fluminibus. *e* Quia non laboras trusatilibus.]

Triticum.

Defesso

Defosso ut viuam: caeso post [f] *funera, iuncto* [g],
Verberibus [h] *tuso quod mihi carcer erit?*
Vt depromar item, lanier & dentibus [i] *albis:*
Impositum in naui [k] *me necet intus aqua.*
[*f* messes. *g* manipulos. *h* tritura. *i* mola. *k* in alueo ad panem.]

Vectis machinalis.

Quodnam onus illud erat, quod si non tollere possis,
Hoc simul, atque illud tollere quis melius?

Circinus.

Pes bipedis stans alter adest, alterque mouetur:
Signa tamen statuit fidus uterque sua.
Hoc infinitum est, motu quod dicitur [l] *ipso:*
At nulla [m] *alterius omnia parte nihil.*
[*l* circulus, *m* punctum.]

Iris.

Pons ingens, vario tractim depictus honore:
Quem super haud ullae posuere pedes,
Nullus suppositi transmittit fluminis undas,
Sed super imposito se grauatur aquis.

Nitedula, Cicindela, Luscula.

Non ignis, non stella micans, non candida Luna,
Me tamen in caeca non nisi nocte vides.
Sic scribit sapiens, sapiens sibi lumina praefert,
At mihi sic sapio: lumina pene gero.

Cribrum.

Partes membra mea faciunt leuiora frequentes,
Quo plures addis, hoc leuiora facis.

Sin aliena [a] *graui me pondere pondera trudant,*
Queis fueram leuior, his [c] *fuero leuior.*
Totum ego sæpe diem solo de limine [d] *vidi,*
Nunc videas strictim per loca mille diem.
[*a* Triticum. *b* foramina. *c* horum opera foraminum. *d* in tergo pecudis.]

Follis pila.

Non salio, nisi sit plenus mihi ponderere [e] *venter,*
Sum leuior, cum me sarcina [f] *tota premit.*
Quam melius, quam tu [g], *sperno sola mucida terra,*
Auctorem [h] *referunt semina prima suum.*
[*e* aere. *f* aer. *g* qui non curas cœlestia. *h* aerem.]

Follis fornacarius.

Exanimis [i] *iaceo: surgo, cum ducere suctam*
Tento animam: in cineres hancq; refundo iterum.
Mi gemina est cauda, excipiturq; & pellitur aer,
Quomodo delphinis pellit & haurit aquas.
[*i* Sine aere.]

Columna ad ædes.

Si non sto, non stas, si concido, concidis vna
Virgo k ventre carens, altera ventre tumens.
Est quæ rigosis [l] *internitet ornamentis:*
Est quæ simplicibus pura [m] *nitet tunicis.*
Est arcu simili quæ iungitur apta [n] *sorori:*
Ast alio [o] *inducto iungitur apta iugo.*

Per-

Perfides, & Persæ, calathus superadditus vrnæ,
Hæc ventrem atq; pedes, ille dedere caput.
[*k* ex Vitruuio *l* striatæ, *m* non striatæ. *n* fornici. *o* Thuscanicus *p* capitellum ex Vitruuio.]

Mustela.

Captaces animosa capitq;, voratq; veraces:
Non tamen a genere hoc discrepat illa nimis,
Alterius generis vorat insidiosa vorantem,
Ad furtum sibi quæ lumina nocte parat.
Non potuit vicibus natura sagacius vti:
Cum furum furax, fur quoq; fure cadit,

Ouum auis, piscis, serpentis.

Fœtus auo [a] *similis, similis ventri* [b] *ore parentum;*
Quos idem genuit coniuge [c] *mistus auus.*
Patria tergemina est, triplici regnatur in orbe:
Vt cœlum, sic nos æquora [d], *terra capit.*
[*a* Ouum ouo. *b* mari & fœminæ. *c* quia in ouo mas & fœmina potentia. *d* piscis, serpentis.]

Fœmina dormiens inter virum & mœchum.

Fœmina quæ sola [e] *est, simul & non* [f] *sola: nec absens,*
Nec præsens simul & quæ sit vtrumq; [g] *sibi.*
Quæ mota [h] *ac simul immota est: quæ vincta* [k] *soluta:*
Atque bono [l] *atque malo* [m] *est apta* [n] *nec apta viro.*

(*e* quia dormiens nullius operis. *f* quia inter duos. *g* quia dormit absens. *h* quia spirat. *i* quia dormit. *k* vincta somno, soluta vinculis. *l* marito. *m* mœcho. *n* iuncta, quia marito coniugata: non iuncta, quia non actu coiens.

Cannabis.

Qui fuat, vt tanquam latro lacerarer iniquus,
Quæ bona iustitiæ sæpe ministra fui?
Telluris soboles, Solis primum vror ab æstu:
Mox pereo, tanquam naufraga puppis aquæ;
Aut fluuio, aut pelago, aut stagno, putriue palude:
Exercetq; malus triste cadauer odor.
Hinc tanquam grassatorem me malleus vrget,
Durateaq; premit forcipe crebra manus.
Viscera dehinc laniat pendentia ferreus vnguis:
In capitata etiam pendeo lenta cruce.
Postquam (quis ne vnquam iussit torquere nocentem?
(Me miseram?) nihilo torqueor inde minus,
Tum posita in volucri scelerata Ixionis orbe
Voluor, & acta cita ventilat aura rota,
Post aliis alias mutatas ordine pœnas,
Innumera tunsam dente fatigat anus.
Innumerus dens innumeras confercit in vnum
Cominus, & facie lauigat ora noua.
Atq; hinc iam varios rerum quis dixerit vsus?
Vix satis ad tantos sit mea Musa modos.
Nam pars ex filis susceptis sponte vagantur:
Ast alii furcis pendula colla tenent.

Nec

Nec dum finis erit, rurſuſq; ſubacta ſub vndis,
Lubrica, quæ ſpectas æquora, fio libens.
In quib. vt videas, quibus hæc ſint acta Camœnis,
Rurſus ab infeſtis ignibus vſta cado.

Candela.

Aut apis, aut hircus, vel pinguia viſcera pini
Oſtendere diem poſt ſimul ante diem.
Se ſibi ſufficiens alieno munere pinus
Non eguit: laqueis cetera egere vides.
Vires ſæpe vices has suppleuere Mineruæ:
Arte Promethea ſi modo fulta vigent.
Vna videt præſens, quæ tunc hæc ſcribimus: at de
Se, quid ſcripta velint, nulla videre poteſt.

Oleum.

Tota meæ vitæ quæ nutrimenta fuerunt,
At nunc inter nos hoſtica tota ſumus.
Vinco tamen facioq; in eis, quod nauis in vnda:
Quin in diſſidii tempora iuncta ſumus.
Terra parens aluit, quæ lac dedit alma bibendum:
Si tamen attigero, me ſibi tota bibit.
Munera Mercurii Germana munera poſcunt:
Nam quod ego a huic, illi tota palæſtra fuit.
[*a* Ego ſum Mineruæ, & palęſtra Mercurii.]

Pera numorum, iterum.

Quod furum mala turba ſibi furatur, & arcet;
Hoc ego non furans arceo fida tibi.
Sed fures ſi iure bono pendere iubentur;
Cur ego non furans pendeo iure malo?

Remi.

Alas, crura, pedes potius pinnasne vocemus?
Hoc potius, proprii pro ratione boni.
Non mirum est nomen, cauda mirabile sola;
Innumeras, longas vincere posse breuem.

Liber.

Vt cernis, vinctus fero nomina vana soluti:
Semitono quanquam syllaba prima vocat.
Me corium tegit, aut animal, mihi filia lini,
Arborei spolii nomina prisca tenet.
Hac hinc, atq; hinc hac; qua cernis, multa meorũ
Membrorum alboum sunt nigra membra mea.

Otium.

Quod pauci norunt, Græca vt dicatur ab aure [a],
Datq; ideo studiis nomen, & acta sua.
Mollius id quanto est, quanto est imbellius, hoc plus
Vrget: mollitia frangere plura potest.
Hac etiam, nisi te secreta mente foueret,
Non legeres: præstat namq; legenda tibi.
[a Σχολή.]

Ventus.

Magna boat sine voce, volat nulla ab ala:
Plurima diruere, nil fabricare potest.
Inq; mari, inq; igne, in terris, in nubibus altis
Vnus tot regnis tot sibi regna parat.

Auget.

Auget & exstinguit genitoris semina primi,
Hostis sæpe fouens prælia vimq́ suis,
Clarius audieris hæc, se si conferat ad te:
Multa ferens, elephas quæ neq́ ferre potest.

Somnus.

Quæ tollit, statuit, quæ excludit, claudit in imo:
Inq́ labore quies, inq́ quiete labor.
Vtq́ illum sensus tenuem non percipit vllus:
Sic etiam sensu percipit ille nihil.
Plurima capta vehit secum: sed quando sororem
Ille vehit, nil post amplius ille vehit.

Veritas.

Hæc mensura rei est, in mente vel ore loquentis:
Esse vlla in toto si tamen ore potest.

Aer.

Hostis, amicus, atrox, pius, intus & in cute notus,
Et capit, & capitur, nilq́ tenere potest.
Erumpentem adytis, rumpentemq́ excipit hostem,
Et vehit, & vehitur, nusquam & vbiq́ manet.
Fratribus immitis furit, & pacatur, & ardet,
Et gelat, & patitur, & docet inde pati.
Presserit is si te, vel si defecerit, ibis
Ad propriam, nequeas vnde redire, domum.

Risus.

Lenia compesiti placido tibi limina vultus
Denotat, iratam fixus in ore canem.
Quin etiam durus tumido contemtus hiatu:
Quin etiam viua est in moriente nota.

Sæpe leuis tremulo stolidus vibrat aera pulsu:
At sapiens presso limite signat iter.

Crepitus, iterum.

Terribili numeros sonitu tuba flexilis vrget:
Crispataq; crepat vox tremebunda fuga.
Aurea materies non est, argentea non est,
Aut cornu, aut tenui ductilis ære via;
Sed quibus e latebris septem discrimina vocum
Obloquitur fidibus doctus Apollo suis.
Non tamen ex omni, sed tantum illius ab antro:
Quo streperi melior anseris ara fuit.

Gallina.

Cui lux ante diem, tenebræ sunt ante tenebras:
Sic vtrumq; simul sedula segnis erit.
Quærere posterius, natone, priusne parente
Possumus: hoc quod nunc est, quod & ante fuit.
Fit melior peior, genitriq; tuoq;, suoq;:
Sed peior melior postmodo vita tibi est.

Alueus apiarius.

Nobilis vrbs, populus iusto sub rege laborat;
Vix ædes, larga vix numerantur opes.
Non me coctilibus surgentia mœnia plinthis,
Vnica perpetuo sed pede testa capit.
Sæpe etiam solo cingit me stipite murus,
Sæpe etiam texto cratibus orbe tegor.
Intus nulla via est, secto quæ limite quadret,
In medio tota est, sed sine lite forum.
Ast vbi seditio variis sub regibus orta est,
Soluitur antiqua relligione fides.

Domus.

Terra ped s aperit: costa caput ordine texunt,
Quadam habet, ast alibi non habet vlla cutem.
Hæc tibi vestis erit, nec tanget pectora, ni tu
Attingas: omnis temporis vsus erit.
Sunt oculi in latere, in ventre ora, atq; ora per ima
Arcet, & admittit, qua tibi vis, neq; vis.

Cithara.

Est dorsum tumidum, ventris planissima sedes,
Summa sibi dentes cauda reflexa tenet.
Intestina foris sunt, e quibus edere vocem,
Quod nequit, ipsa sibi muta ministra facit.

Bombarda.

Tota gula est, tota est porrecto pectore rostrum,
Multipedes pedibus monstra duobus agunt.
Ferrea vox, qualem sibi quondam optauit Homerus,
Si tamen audisset, nollet habere sibi.
Vt ricino, nullus postrema est exitus alui,
Sed saturo, quod non suscipit, ore vomit.

Triremis.

Quam crurum numerosa cohors non sustinet, ales
Crura gerens potius sustinet ipsa sua.
Mota solo scisso vestigia nulla relinquit;
Et rostri in duro stat rigor ore minax.
Quanquam audax, caudam reuocat tamen atra sub aluum.
Quod facit aufugiens acta pauore lupa.

Cancer.

Ore bidens, bimanus, secus os, fastigia caudæ,
Vna est, in toto corpore, mole caput.
Cursum remigium vicibus pellitq; trahitq;,
Sed nunquam recto tramite carpit iter.

Turben lusorius.

Tensa citos equiti cursus cohibebit habena:
Tensa tamen cursus huic dat habena citos.
Non tamen in cursu spatium procurrit ad vllum,
Sed retinet sibi quem ceperat ante locum.

Veru.

Qua longoq; breuiq; modo sunt rostra volantum,
Cum comedunt, intus debuit esse cibus.
Hoc rostrum vario coopertum est carnis amictu.
Nec vorat hanc, alia lege voratur ab hac.
Cauda regit volucres prorsum moderata volūtas,
Ast hoc in puncto cauda reflexa regit.

Piscis.

Cui manus, os, vigili cui fit sub lumine somnus,
Pars primas summas vltima & ima regit,
Omni prædo vorax, etiam si dente carebit,
Quendam etiam vera est fama vorasse patrē.
Ast alius nunquam, quibus vtitur, euolat alis,
Qua nulla, & bina & quatuor esse solent.
Quod super, & subtus, quod retro & ante, geritq;
Et premit, & pulsum cedit, & instat ei.
Partim epulis mistum tibi fit pro munere vita,
Partim epulas virus, quo tibi seruet, habet.

Ignis iterum.

Qui magis in tenebris, minus aucta in luce videtur;
Sed tamen in tenebris multa videre facit.
Non oculos aperit cœci, fecitue videre,
Sese aliter cœcum posse videre facit.
Mobilis immotam fecit, quod se ante mouebat,
Vt viuat, victum subtrahit ipse suum.

Funis.

Qui breuis in sulcis creui bene potus ab imbre;
Excidium doleo longus ab imbre meum.
Qua iacit ad mortem memet tortura ministro,
Officii, & vitæ prabuit illa modum.
Captiuus capio, laxatus capta relaxo,
Atq; trahens retraho, meq; retenta traho.

Hortus, iterum.

Nobilis vrbs quædam, rectis signata viarum
Limitibus, riguis sæpe beatur aquis.
Atq; hæc vrbs aliqua partim fundatur in vrbe,
Ast montes altas, imaq; rura tenent.
Ciui cuiq; sua est domus, vllus amicus amico
Vnquam in concilium non coiere simul.
Pauca tamen coiere simul, seseq; maritant,
Aut celebrant lecti vincula regis ope.
Maxima pars recto stat corpore, parua recumbit
Haud tollens presso pectora fusa solo.
Crinibus atq; oculis dominus, pedibusq; recisis
Vescitur: & soboles est numerosa cibus.

Colus.

Herba vt me vestit, sic quæ vestitur ab herba;
Non tamen hac, nisi me vestiat apta manus.
Illa non spoliant, spoliat manus: inde labores
Tum sibi non æques, dum fugit illa, creat.
Nam de veste mea deuoluit viscera longa:
Cur iungenda parans separat illa prius?

Anulus.

Pœna salutiferi furtis antiqua Promethei,
Nunc equiti & Nymphæ nomen honoris habet.
Addita visceribus prisca sunt ossa parentis,
Quæ dent mandatis signa parata notis.
Vnde etiam faciem, & propriū Balearica[a] nomē,
At non officium tela dedere suum.
[a σφενδόνη.]

Subula.

Ferrea rostra viam faciunt, retroq; recurrunt,
Vis suis at transit, nec redit inde viam.
Quæq; eadem, nec erant eadem, coiere sub vnum
Ius, tenuat digitis quod tibi Morta suis.

Pons.

Nunquam ad amicitiam poterant seiuncta coire,
Quanquam immota nouo quæ coire modo.
Namq; est imbrifera quæ forma in virgine, iunxit
Victus dissidiis mollibus vna duas.
Sæpe[b] & Hamadryades superarunt Naida necdum
Tactam: vel pedibus dissecuere suis.
[b Pons ligneus superauit aquas.]

Arcus.

Arcus.

Quod prope percutiens faciebat vulnera pulsu:
Nunc neq; contingens, & procul, illa facit.
Imperium domini, domini modo viscera frenant,
Et rigidos cohibent mollia frena pedes.
Nulla ala it, bifida cauda est alata volucris,
Quodq; caput texit, nunc regit apta manus.

Culcitra.

Quod volucris dorso leue pondus & vtile gestat,
Hoc ego compositum sub cute condo mea.
Incubuere cutes aliæ: cutibus sed in illis
In propria incumbunt ossa reposta cute.

Conopeum.

Pensilis explicuit fastigia mollia meta,
Quod tibi Ser neuit, quod tibi gessit ouis.
Subter eum culices quæ non nouere procaces,
Abdita ne quæras tu quoq; scire mala.

Bolis.

Qui penetrant oculi summi sub culmina mundi,
Quo penetro, quare non penetrare queunt?
Atq; equidem videor res bruta, rudisq; figura,
De cauda pendens non nisi pondus iners.
Ast oculi officio fungor sic certa videntis,
Meq; oculata eguit magna auis atra volans.

Sutor.

Ferro rem gerit, & stricto dat vulnera telo,
Sanguinis ast illis gutta nec vna cadit.

Tum ſine ſutura medicatur vulnera quare.
Sic faciens, quod tum non facit, ille facit.

Nox & Dies.

Abſentis, [a] *quod adeſt, ſum; abſentis nil tamen adſum,*
Nec me abſente abſens amplius illud abeſt.
Vno illud creat: aſt ego pluribus haud queo regnū,
Vna tamen varia dat mihi regna vice.
Lætitiæ dominus, duros fert ſæpe labores,
Auctor mœſtitiæ, ſæpe quietis opes.

(a Priuatio diei, quæ adeſt abſente die)

Iter ad mortem.

Quodnam iter eſt, quod nemo videt, potuitue videre?
Qui tamen ignoret, eſt prope nullus homo.
Plenis hoſpitiis, & blando munere captum
Fallere te tandem fœda ruina docet.

Craticula coquinaria.

Quis diuinabit miranda texta figuræ?
Totum animal coſtis, abdita cauda, pedes.
Pluſquam oſſis macies, carnem non induit vllam,
Imo etiam carnes hæc caro nulla gerit.

Sepulcrum, iterum.

Eſt domus, eſt paries longe antiquiſſimus eius
Perpetuus, quoniam ianua nulla patet.
Rumpitur hic facile, aſt aliis eſt ſaxeus: illis
Eſt ſine calce, aliis calx quoq; miſta tenet.

Exſule

Exsul: Sole vacat nullis obscura fenestris:
Nec facilis triticis murmurat aula locis.
Nulla loci facies, nec vis, sed frigida torpet:
Nec sedes, tota est nil, nisi lectus iners.

[redacted]

Turris campanaria.

Longam, multoculam, vnipedem, caput vrget acutum,
Quod ridens Boream tegmina nulla gerit.
Cum clamat valide, longa intestina mouentur,
Non tamen ex vllo se mouet ipsa loco.

Ligula, iterum.

Flexilis hac, & vimineis amplexibus apta,
Vestis erat, Dominam tecta tegensq; suam.
Quale ferunt geminum ancipiti caput Amphisbœna,
Nunc habet: at rostrum non aperitur ei.
Quin aperit potius: vestigia cœca Typhlina
Qualia, sunt oculi: tale quid ipsa gerit.

Rota.

Vnus pes paruis, magnis duo, sæpe quaterni,
Quale hoc cunq; animal pondera certa gerit.

Mira pedum natura, loco non vlla mouetur,
Sed mutare locum, quod gerit, ipsa facit.

Furca.

Infans & iuuenis vetulaq; ætate bidens est,
Nulla sed exertis dentibus ora patent.
Non herba, aut fœnum cibus est; non hæc sibi mandit:
Vt mandant aliis suppeditare solet.

Echinus marinus, iterum.

Cui nullum caput, a capite exstant crura, sed illis
Ingrediens, nullo sub pede signat iter.
Os veluti radix, duo sunt longinqua propinqua,
Vulnera fert extra: quod iuuat, intus habet.

Littus & mare.

Quo ruis? insanis assultibus ecce resisto,
Quam sine fine rues, tam sine fine cades.
Frangeris, & fracto domita cadit impetus iræ,
Nec cadit, indomitus sic sine fine furis.
Interdum valida vi munimenta retundunt
Innumeris alias turba pusilla globis.
Vt sterilis natura mihi, fœcunda tibi; sic
Est sterilis tibi sors, est numerosa mihi.
Quæ licet inter se nunquam fuit apta coire,
Attamen a socio non abit vlla suo.

Fluuii & mare.

Sum patris, est nati mirus natusq; paterq;,
Sumq; idem, nec sum, sic bene cernis, idem.

Infera

Infera nos, illum superum natura gubernat,
Vnde putes animal, nec tamen esse putes.
Sed tamen aut mouet, aut varia ratione mouetur,
Nos tantum e multis motibus vnus agit.

Pluma.

Quod [a] *tollit,* [b] *premit, ima petens, sursum* [c] *ara repellit,*
Et somno [d] *premitur, nec tamen ipsa* [e] *capit.*
[*a* Auem. *b* bilancem. *c* appulsa in bilance *d* a dormiente. *e* somnum.

Ænigma.

Quaenam sunt tenebrae placidi tegumenta laboris,
Sub quibus vrbani lux latet alma salis?
Mos fuit antiquis, victori dona corollas,
Sed victo muria pocula plena dare.
Non ea barbaries nostras nunc asperat vmbras,
Sat poena, & praemi risus vtrinque leuis.

Ænigmatum excusatio,

Origia qui tetrica colis intemerata Mineruae,
Cui nisi coelestis pectore spirat amor,
Non est quicquid habes, non quicquid conspicis, aurum:
Sunt etiam paleis vtilitatis opes.
Hos nobis permitte leues haurire liquores,
Scit natura sinu ludere parua suo.
Si nihil haec aliud, quam coelum fingeret, esses
Tu quoque tanta loquens hac ratione nihil.

B. ALDHELMI ÆNIGMATVM LIBER.

TETRASTICHA,

I, De Terra.

ALtrix cunctorum quos mundus gestat in orbe
Nuncupor, & merito, † quæ nunquam pignora tantum
Improba sic lacerant maternas dente papillas;
Prole virens æstate, tabescens tempore brumæ.

† Mendosa valde.

II. De Vento.

Cernere me nulli possunt, nec prendere palmis:
Argutum vocis crepitum cito pando per orbem.
Viribus horrisonis valeo confringere quercus.
Nam superos ego pulso polos, & rura peragro.

III. De nube.

Versicolor fugiens cælum terramque relinquo:
Non tellure locus, mihi non in parte polorum est.
Exsilium nullus modo tam crudele veretur:
Sed madidis mundum faciam frontescere guttis.

IV. De Natura.

Crede mihi non ulla manent sine me moderante:
Et frontem faciemq; meam lux nulla videbit.
Quis nescit dictione mea conuexa rotari
Alta poli, solisq; iubar, lunæq; meatus?

V. De Iride, vel arcu cœlesti.

Taumantis proles priscorum famine fingor:
Ast ego prima mei generis rudimenta retexam.
Sole † ruber genitus sum partu nubis aquosæ: † f *rubro.*
Lustro polos passim, solos non scando per austros.

VI. De Luna.

Nunc ego cum pelago fatis communibus insto
Tempora reciprocis conuoluens menstrua cyclis.
Vt mihi luciflua decrescit gloria formæ,
Sic augmenta latex cumulato gurgite prodit.

VII. † †supp. *de fortuna.*

Facundum constat quondam cecinisse Poetam,
Quo Deus & quo dura vocat fortuna sequamur.
Me veteres falso † Dominam vocare solebant: † *vt Ennius, qui berant.*
Sceptra † regens mundi dum CHRISTI gratia regnet.

VIII. De Sale.

Dudum lympha fui squamoso pisce redundans:
Sed natura nouo fati discrimine cessit,
Torrida dum calidos patior tormenta per ignes.
Nam cineri facies niuibusque simillima fulget.

IX. De Vrtica.

Torqueo torquentes, sed nullum torqueo sponte.
Lædere nec quenquam volo, nisi prius ipse reatum
Contrahat, & viridem studeat decerpere caulem:
Feruida mox hominis turgescunt membra nocentis.

X.†

† De Heliotropio seu solisequa.

Sponte mea nascor fœcundo cespite vernans,
Fulgida de croceo flauescunt culmina flore:
Occiduo claudor, sic orto sole patesco.
Vnde prudentes posuerunt nomina Graci.

XI. De puerpera geminos enixa.

Sunt mihi sex oculi, totidem simul auribus exsto,
Sed digitos decies senos in corpore gesto,
Ex quibus ecce quater denis de carne reuulsis,
Quinquies at tantum video remanere quaternos.

XII. De adamante lapide.

En ego non vereor rigidi discrimina ferri,
Flammarum nec torre cremor, sed sanguine capri.
Virtus edomiti mollescit dura rigoris.
Sic cruor exsuperat, quod ferrea massa pauescit.

† Corr. Edomiti virtus.

XIII. De molosso.

Sic me iamdudum rerum veneranda potestas
Fecerat vt domini truculentos † persequor hostes.
Rictibus arma gerens bellorum prælia patro:
Et tamen infantum fugiens mox verbera vito.

† Corr. persequar.

XIV. De poliadis.†

Flatibus alternis vexor cum fratre gemello.
Non est vita mihi, cum sint spiracula vitæ.
Ars mea gemmatis dedit ornamenta metallis:
Gratia nulla datur mihi, sed capit alter honorem.

† m.s. explicat, id est, de follibus fabrorum.

De

XV. De Bombycibus.

Annua dum redeunt texendi tempora telas,
Lurida setigeris replentur viscera ferro,
Moxq; genestarum frondosa cacumina scando,
Vt globulos fabricans cum fati sorte quiescam.

XVI. De barbyto. †

† Pro organo posuit.

Quamuis ære cauo salpinctæ classica† clangent, † clãgant.
Et cithara crepitent, strepituque tubæ modulentur:
Centenos tamen eructant mea viscera cantus,
Meque strepente stupent mox musica corda fibrarum

XVII. De pauone.

Pulcer & excellens, specie mirandus in orbe,
Ossibus & neruis & rubro sanguine cretus,
Cum mihi vita comes fuerit nihil aurea forma
Plus nitet: & moriens nunquam mea pulpa putrescet.

XVIII. De Salamandra.

Ignibus in mediis viuens non sentio flammas,
Sed detrimenta rogi penitus ludibria faxo:
Nec crepitante foco, nec scintillante fauilla
Ardeo, sed flammæ flagranti torre tepescunt.

XIX. De luligine.

† mendosa est inscriptio & ænigma totũ mutilum & vitiosum suspicor esse de bulla aquea quam in mare, vel aere pueri impellunt flatu.

Tunc cernenda placent nostræ spectacula vitæ:
Cum grege piscoso scrutor maris æquora† maris,
Cũ volucrũ turma quoq; scando per æthera pẽnis,
Et tamen æthereo non possum viuere flatu.

†m. f. notat esse genus maius ostreis & ex ea vestes confici.

XX.† De perna.

En geminis nascor Proponti cærula conchis.
Vellera setigero producens corpore fulua.
En chlamydem pepli, nec non & pabula pulpa
Confero, sic duplex fati persoluo tributum.

PENTASTICHA.

† Vergil.

I. †

Nos Atlante satas stolidi dixere priores:
Nam septena cohors est, sed vix cernitur vna.
Arce poli gradimur, nec non sub Tartara, terræ
Furuis conspicimur tenebris, & luce latemus.
Nomina de verno ducentes tempore† prisca.

†prisca.

II. De mirmicoleonte.

Dudum compositis ego nomen gesto figuris
Vt leo sic formica vocor sermone Pelasgo.
Tropica nominibus signans præsagia duplis
Cum rostris auium nequeam resistere rostro;
Scrutetur sapiens gemino cur nomine † fingor.

† fingar.

† de ape.

III. †

Mirificis formata modis, sic semine creta.
Dulcia florigeris onero præcordia prædis:
Arte mea croceæ flauescunt fercula regum.
Semper acuta gero crudelis spicula belli,
Atq; carens manibus fabrorum vinco metalla.

IV. De Lima.

Corpore sulcato, nec non ferrugine glauca

Sum

Sum formata, frigans rimis informe metallum
Auri materias massasq; polire sueta,
Plana superficie constans asperrima rerum.
Garrio voce carens, rauco cum murmure stridens.

V. De Luscinia.

Vox mea diuersa variatur pulcra figuris.
Raucisonis nunquam modulabor carmina rostris,
Spreta colore tamen, sed non sum spreta canendo.
Sic non cesso canens fato terrente futuro.
Nam me bruma fugat, sed mox æstate redibo,

VI. De Trutina, quæ momentana dicitur.

Nos geminas olim genuit natura sorores,
Quas iugiter recta legis censura gubernat.
Tempore personas, & ius seruare solemus.
Felix in terra fieret mortalibus æuum.
Iustitiæ normam si seruent more sororum.

VII. De Natrice.

Me caput horrentis fertur genuisse Draconis.
Augeo purpureis gemmarum lumina fucis:
Sed mihi non dabitur rigida virtute potestas;
Si prius occumbat squamosa corpore natrix
Quam summo spolier capitis de vertice rubra.

VIII. De magnete.

Vis mihi natura dedit, imo creator olympi,
Id quo cuncta carent veteris miracula mundi.
Frigida non chalybis suspendo metalla per auras.

Vi quadam ſuperans ſic ferrea fata reuinco.
Mox adamante Cypri præſente potentia fraudor.

IX. De Gallo gallinaceo.

Garrulus in tenebris rutilos ceciniſſe ſolebam
Anguſtæ lucis radios & lumina Phœbi.
Penniger experto populorum nomine fungor,
Arma ferens pedibus, belli diſcrimina ſaxo,
Seruatas capitis geſtans in vertice criſtas.

X. De† Conticulo.

† in glo. m ſ. *Coticulus* a core.

Frigidus ex gelido prolatus viſcere terræ.
Duriciem ferri quadrata fronte polibo:
Atq; ſenectutis vereor diſcrimina nunquam
Mulcifer annorum numerum ni demſerit † ignis
Mox rigida ſpecies molleſcit torribus atris.

† *Mulcifer, qui cuncta mulcet.* m. † *igni.*

XI. De Minotauro.

Sum mihi diſſimilis vultu, membriſq; biformis,
Cornibus armatus, horrendum cetera fingunt
Membra virum, fama clarus per Gnoſſia rura.
Spurius incerto † creta genitore creatus,
Ex hominis pecudiſq; ſimul cognomine dicor.

† f. *In Creta.*

XII. Lebes.

Horrida, curua, rapax, patulis fabricata metallis.
Pendeo, nec cœlum tangens terramue profundam,
Ignibus ardeſcens, necnon & gurgite feruens:
Sic geminas vario patior diſcrimine pugnas,
Dum latices lympha tolero flammaſq; feroces.

XIII. Mirifillon.

† *Latine millefolium.*

Prorſus

Prorsus Archiuorum lingua pariterq; Latina
Mille vocor viridi folium de cespite natum.
Idcirco decies centenum nomen habebo,
Cauliculis florens quoniam sic nulla frutescit.
Herba per innumeros telluris limite sulcos.

XIV. De arca libraria.

Tum mea diuinis complentur viscera verbis.
Totaq; sacratos gestant præcordia biblos: † Corr. *dum.*
At non ex hisdem nequeo cognoscere quicquam, † for. *Nam.*
Infelix fato fraudabor munere tali,
†*Dum demum dira librorum lumina parca.*

HEXASTICHA.

I. De Aqua.

Quis non obstupeat nostri spectacula fati.
Dum virtute fero syluarum robora mille,
Ast † *arcus exilis mox tanta gestamina rumpit.*
Nam volucres cœli nantesq; per æquora.
Olim ex me sumserunt primordia vitæ.
Tertia pars mundi mihi constat iure tuenda.

II. De cancro, qui nepa vocatur.

† *Nepa mihi nomen veteres dixere Latini* † Non pe*dariam modo legē sed & scorpium cum cancro cōfundit.*
Humida spumiferi spatior per littora ponti,
Passibus Oceanum retrograda transeo versis.
Et tamen ætherius per me decoratur Olympus
Dum † *ruber in cœlo & bisseno sydere scando.*
Ostrea quem † *meruit diris perterrita saxis.* † *metuūt*

III. De tippula.

† sublata.

Pergo super latices plantis † sufflata quaternis,
Nec tamen in lymphas vereor quod mergar aquosas:
Sed pariter terras & flumina calco pedestris
Nec natura sinit celerem natare per amnes,
Pontibus aut ratibus fluuios transire feroces
Quin potius pedibus gradior super æquora siccis.

IV. De Leone.

Setiger in syluis armatos dentibus apros,
Cornigerosq; simul ceruos licet ore rudentes
Contero nec parcens vrsorum quasso lacertos.
Ora cruenta ferens; morsus, rictusq; luporum,
Horridus haud vereor, regali culmine fretus.
Dormio nam patulis non claudens lumina gemmis.

V. De pipere.

† Rugoso. † Delicias † a Batuo formauit

Sum niger exterius, † rogoso cortice tectus,
Sed tamen interius candentem gesto medullam.
† Delicias, epulas regum, luxusq; ciborum,
Ius simul & pulpas † batturas condo culina,
Sed me subnixum nulla virtute videbis.
Viscera ni fuerint nitidis quassata medullis.

VI. De puluillo.

Nolo fidem frangas licet irrita dicta putentur,
Credula sed nostris pande præcordia verbis.
Celsior & superas possum turgescere nubes,

Si

Si caput aufertur mihi toto corpore demto:
At vero capitis si passus mole grauabor,
Ima potens iugiter minorari parte videbor.

VII. De† Strutione. † *struthio-*
Grandia membra mihi plumescunt corpore denso, *ne,* corr.
Par color accipitri, sed dispar caussa volandi.
Nam summa exiguis non trano per æthera pennis,
Sed potius pedibus spatior per squalida rura,
Quorum teretes præbens ad pocula testas.
Affrica Pœnorum me fertur gignere tellus.

VIII. De Sanguisuga.

Lurida † *per latices cœnosas lustro paludes.* † for. *la-*
Nam mihi composuit nomen fortuna cruenta. *ticum.*
Rubro dum bibulis vescor de sanguine buccis.
Ossibus & pedibus † *geminisq; carebo lacertis,* † *Careo*
Corpora vulneribus sed mordeo dira trisulcis, *geminisq;,*
Atq; salutiferis sic curam præsto labellis. corr.

IX. De Columba.

Cum Deus infandas iam † *pecteret æquora noxas* † corr.
Albueretque simul scelerum contagia nymphas: *plecteret*
Prima † *præcepti compleui iura parenti* *æquore.*
Portendens fructu terris venire salutem. † corr.
Mitia quapropter semper præcordia gesto, *lymphis.*
Et felix præpes nigro sine felle manebo. † f. *ego præ-*
cepti cōpleui iura parenti.

X †

Me pedibus manibusq; simul fraudauerat almus,
Arbiter, immensum primo dum pangeret orbem. † *de pisce,* supp.

Fulcior haud volitans veloci prapetis ala,
Spiritus alterno vegetat nec corpora flatu,
† alludit ad sydus Piscium. *Quamuis † in cœlis conuexa cacumina cernam,*
Non tamen vndosi contemno marmora ponti.

† De boue.

XI. †

†f. vicinis *Arida spumosis dissoluens faucibus arua*
† Bis binis bibulus pontum de fontibus hausi.
Viuens nam terræ glebas cum stirpibus imis
† feraces for. *Nisu virtutis valida disrumpo † feroces:*
At vero linquit dum spiritus algida membra,
Nexibus horrendis homines constringere possum.

XII. Cœcus natus.

Iam referam verbis tibi, quod vix credere possis,
Cum constes verum, fallant nec friuola mentem.
Nam dudum dederam soboli munuscula grata
Tradere quæ nunquam poterat mihi quislibet alter,
Dum Deus ex alto fraudaret lumine claro,
In quo cunctorum gaudent præcordia dono.

XIII. Clypeus.

De salicis trunco, pecoris quoque tergore raso
Componor, patiens discrimina dura duelli.
Semper ego proprio gestantis corpore corpus
Conseruabo, viri vitam ne demserit orcus.
Quis tantos casus, aut quis tam plurima lethi
Suscipit in bello crudelis vulnera miles?

SE-

SEPTENIS VERSIBVS comprehensa.

I. De † elemento.

Nos † deni & septem genitæ sine voce sorores; † corr. elementis.
Sex alias nothas non dicimus adnumerandas: sub. literarum.
Nascimur ex † ferro, rursus ferro moribundæ for.
Nec non & volucris penna volitantis ad æthram: Denæ.
Terni nos fratres incerta matre crearunt.
Qui cupit instanter sitiens audire dicentes, † sci. stylo
Tum cito promta damus rogitanti verba silenter. seu graphio.

II. De Ciconia.

Candida forma nitens, nec non & furua nigrescês
Est mihi dum varia componor imagine pennæ:
Voce carens tremulo † nam faxo crepacula rostro,
Quamuis squamigeros discerpam dira colubros † faxo
Non mea lethiferis turgescunt membra venenis: crepitac.
Sic teneros pullos prolemq; nutrire suesco corr.
Carne venenata, retroq; cruore draconum.

III De Lorica.

Roscida me genuit gelido de viscere tellus.
Non sum setigero lanarum vellere facta,
Licia nulla trahunt, nec garrula fila resultant,
Nec † non crocea seres texunt lanugine vermes, † dele
Nec radiis carpor, duro nec pectine pulsor: non.
Et tamen en vestis vulgi sermone vocabor.
Spicula non vereor longis exemta pharetris,

IV. De Locuſta.

Quamuis agricolis non ſim laudabilis hoſpes.
Fructus agrorum viridi de ceſpite ruris
Carpo cateruatim, carpens de ſtipite libros.
Cor mihi ſubgentibus. nam conſtat † carcere ſeptum.
Pectora poplitibus ſubduntur more rubetæ.
Iam dudum celebris ſpolians Niloticæ regna,
Quando decem plagas ſpurca cum gente luebant.

† quia valde anguſtum.

V. De Nycticorace.

Duplicat ars geminis mihi nomen rite figuris
Nam partem tenebræ retinent, partemque volucres.
Raro me quiſquam cernet ſub luce ſerena:
Quin magis aſtriferas ego nocte fouebo latebras.
Raucíſono medium crepitare per aera ſueſcens.
Romuleis ſcribor biblis ſed voce Pelaſga,
Nomine nocturnas dum ſemper ſeruo tenebras.

VII. De Ciniphe.

Corpore cum gracili ſtimulis armatus acerbis.
Scando cateruatim volitans ſuper ardua pennis,
† Sanguinea ſumens prædas mucrone cruento,
Quadrupedum parcens nulli, ſum ſpicula trudo
Setigeras pecudum ſtimulans per vulnera † pulpas.
Olim famoſus vexans Memphitica rura.
† Namque toros penetrant taurorum ſanguine veſcor.

† corr. ſanguineas.
† corr. um.
† hic verſus ponendus eſt 4. loco.

VIII. De Fuſis.

In saltu nascor ramosa fronde virescens:
Sed natura meum mutauerat ordine fatum,
Dum veho per colum teretem vertigine molam.
Tam longa nullus Zona præcingitur heros.
Per me fata virum dicunt decernere Parcas.
†Ex quo conficitur regalis stragula pepli. † hic versus quartus ordine legendus.
Frigora dura viros sternent ni forte resistam.

IX. De Cucuma.

Credere quis poterit tantis spectacula caussis
Temperet, & fatis morum contraria fata?
Ecce larem, latiem quoque gesto in viscere ventris.
Nec tamen vndantes vincunt incendia lymphæ,
Ignibus † haud tetris siccantur flumina fontis: †corr. aut.
Fœdera sed pacis sunt flammas inter & vndas.
Malleus in primo memet formabat & incus.

X. De Hespero, seu vespero.

Tempore de primo noctis mihi nomen adhæsit. †for. *subito mox tollor.*
Occiduas mundi complector carmine partes,
Oceano Titan dum corpus tinxerit almum, † corr. *gremius. versus autem huius anigmatis reposui suo ordine. nã 4. & 5. in mẽbranaceo erant 6. & 7.*
Et polus in glaucis descendens voluitur vndis:
Tum sequor in vitreis abscondens lumina campis
Est fortunatus subito † ni tollor ab æthra
Vt furnat lumen noctis depelleret vmbras.

XI. De pugione.

Me terra † gremiis formabat primitus arte.
Materia trucibus processit cetera tauris,

Aut potius putridis constat fabricata capellis.
Nam domus est constructa mihi de tergore secto,
Nec non & tabulis quas findunt stipite rasis.
Per me multorum clauduntur lumina letho,
Qui domini nudus nitor defendere vitam.

XII. De † Famfaluca.

† *Sic vocat bullã quæ fit in aqua.*

De madido nascor rorantibus æthere guttis
Turgida, concrescens liquido de flumine lapsu;
Sed me nulla valet manus vdo gurgite nantem
Tangere, ni statim rumpantur viscera tactu,
Et fragiles tenuis flatus discedat in auras.
Ante cateruatim per lymphas duco cohortes,
Dum plures ortu comites † patiuntur eodem.

† F. *spatiantur.*

XIII. De Mola.

Nos sumus æquales communi sorte sorores,
Quæ damus ex nostro cunctis alimenta labore.
Par labor ambarum, dispar fortuna duarum.
Altera nam currit, quod nunquam altera † gestit.
Nec tamen inuidiæ stimulis agitamur acerbis,
Vtraque quod mandit, quod ruminat ore patenti
Comminuens, reddit famulans sine fraude † maligni.

† in marg. *gessit.*

† *maligna* corr.

XIV. De Spelta.

De terris orior candenti corpore Spelta,
Est niue fœcunda, Vulcani torre rigescens,
Carior & multo quam cetera † scuta duelli,
Nec tamen in medio clypei stat ferreus vmbo.
Me sine quid prodest dirorum parma virorum?

† *videtur ludere in pelta, & Spelta.*

Vix

Vix artus animæque carerent tramite mortis,
Ni forsan validis refrager viribus orco.

XV. De Fonte.

Per caua † telluri dum serpo celerrimus antra † *telluris.*
Velox venarum gyrans anfractibus orbes: cor.
Cum caream vita, † sensu quoq; funditus expers, †corr.
Quis numerus capiat, vel quis laterculus æquet, *sensus.*
Vita viuentum generem quot millia partu?
His neq; per cœlum rutilantis sydera sphæra,
Fluctiuagæ ponti nec compensantur arenæ.

XVI. De malo arbore.

Fausta fui, prima mundi nascentis origo
Donec prostratus succumberet arte maligni:
Ex me tunc priscæ successit caussa ruinæ
Dulcia quæ rudibus tradebam mala colonis.
En iterum mundo testor remeasse salutem
Stipite de patulo dum penderet arbiter orbis,
Et pœnas lueret soboles veneranda Tonantis. †corr.

XVII. De Ficulnea. *stipite dū*

Quis prior in mundo depromsit tegmina vestis? *pat. pen-*
Aut quis clementer miserum protexit egenum? *deret.*
Irrita non referam verbis nec friuola fingam:
Primitus in terra proprio de corpore peplum,
Vt fama fertur, produxi, frondibus altis:
Carica me curuat dum massis pabula præstat
Sedulus agricola, brumæ quas tempore mandit.

XVIII. De Ellebora.

Ostriger in aruo vernabam frondibus hirtis

Concilio similis sic cocti murice rubro,
Purpureus stillat sanguis de vertice guttis.
Exuuias vitæ mandenti tollere nolo,
Mitia nec penitus spoliabunt mente venena:
Sed tamen insanum vexat dementia cordis
Dum rotat in gyro vecors vertigine membra.

XIX. De Camelo.

Ludit in Camillus & camelus.

Consuleram quondam Romanus, miles, equester,
Arbiter imperio dum regni sceptra regebat:
Nunc onus horrendum conuectant corpore gibbi,
Et premit immensum truculenta sarcina molis.
Terreo cornipedum nunc velox agmen equorum,
Qui trepidi fugiunt mox quadrupedante meatu
Dum trucis adspectant immensos corporis artus.

OCTONIS VERSIBVS comprehensa.

I. De pugillaribus.

Melligeris apibus mea prima processit origo,
Sed pars exterior crescebat cetera syluis:
Calceamenta mihi tradebant tergora dura.
Nunc ferri stimulis faciem proscindit amœnam,
Flexibus & sulcis obliquat ad instar aratri:
Sed semen † segeti de cœlo ducitur almum,
Quod largos generat millena fruge maniplos:
Heu tam sancta seges diris exstinguitur armis.

II. De Igne.

Me pater & mater gelido genuere † rigore,

Fomi-

† id est, sanctis viris. gl.
† f. rigori.

Fomitibus siccis dum mox rudimenta vigebant,
Quorum vi propria fortunam vincere possum;
Cum† nil in latices mea possint vincere fata:
Sed saltus, scopulos, † stagni, ferriq; metalla
Comminuens penitus naturæ iura resoluam.
Cum me vita fouet, sum clari syderis instar:
Post † hæc & fato victus, pice nigrior exsto.

† Corr. *nihil.*
† Corr. *stanni.*
† f. *postea sed fato.*

III. De † linamenro vel candela.

Materia duplici palmis plasmabor apertis,
Interiora mihi candescunt viscera lino,
Seu certe gracili iunco spoliata nitescunt:
Sed nunc exterius flauescunt corpora flore,
† *Quæ flammasq; focosq; larem fumaria fundunt.*
Et crebro lacrymæ stillant de frondibus vdæ:
Sic tamen horrendas noctis exstinguo latebras,
Relliquias cinerum mox viscera torta relinquunt.

† f. *glossula adiecta huic libro inquiunt,* liniamentum, *a lino, quod intus ardet in cãdela, melius lichnum vel elidinium vocasset.*

IV. De Aquila.

Armiger infausti Iouis & raptor Ganymedis.
Quamquam pellaces † cantarent carmine vates,
Non fueram præpes quo fertur Dardana proles,
Sed magis in summis cygnos agitabo fugaces.
† *Arsantesq; grues proturbo sub ætheris axe.*
Corpora dum senio corrumpit fessa † venustas,
Fontibus in liquidis mergentis membra madescũt,
Post hæc restauror præclaro lumine Phœbi.

† *cãtarint* Corr.
† *arsantes colla vel voces eleuantes sic gl. ego puto ad vocem gruum cũ clangunt attẽdisse.*

V. De penna scriptoria.

Me pridem genuit candens onocrotalus albam

(Corrige *vetustas.*

Gutture qui patulo sorbet ingurgite lymphas.
Pergo per al entes directo tramite campos,
Candentiq; via vestigia cerula linquo,
Lucida nigratis fuscans anfractibus arua.
Nec satis est unum per campos pandere callem
Semita quin potius milleno tramite tendit,
Qua non errantes ad cœli culmina vexit.

VI. De Salpinge.

Sum caua, bellantum crepitu quia corda ciebo,
Vocibus horrendis stimulans in bella cohortes,
Icciroo reboans tanto clamore resulto,
Quod nulla interius retundant viscera vocem:
Spiritus in toto, sed regnant corpore flabra.
Garrula me poterit nunquam superare cicada,
Aut arguta simul cantans luscinia ruscis;
Quam lingua propria dicunt Achalantida Graij.

VII. De Taxo.

Semper habens virides frondenti in corpore crines,
Tempore non vllo viduabor tegmine spisso,
Circius & Boreas quamuis, & flamina Cauri
Viribus horrendis studeant euertere frondes:
Sed me pestiferam fecerunt fata reorum,
Cumq; venenatus gliscit de corpore stipes,
Lurcones rabidi, quem carpunt rictibus oris,
Occido mandentum mox plura cadauera letho.

VIII. De colosso.

Omnia membra mihi plasmauit corporis auctor,
Nec tamen ex isdem membrorum munia sumsi,
Per-

Pergere nec plantis, oculis nec cernere possum.
Quamquam nunc patula constent sub fronte fenestra.
Nullus anhelanti procedit viscera flatus.
Spicula nec geminis nitor torquere lacertis.
Heu frustra factor confinxit corpus enorme
Totis membrorum dum fraudor sensibus intus.

IX. De mustela.

Discolor in curuas deflecto membra cauernas,
Pugnas exercens dira cum gente draconum,
Non ego dilecta † turgesca prole mariti,
Nec fœcunda viro sobolem sic edidit aluus,
Residua matres vt sumunt semina partus,
Cum magis ex aure † pregnantur viscera flatu.
Si vero proles patitur discrimina mortis,
Dicor habere rudem componens arte medelam. † *turgesca.* Corr.

X. De ariete.

† *pregnentur.* Corr.

Sum namq; armatus † rigosis cornibus horrens, † *strigosis* forte vel *rugosis.*
Herbas aruorum buccis decerpo virentes,
Et tamen astrifero procedens agmine stipor
Culmina cœlorum qua scandunt celsa cateruis:
Turritas vrbes capitis certamine quasso,
Oppida murorum prosternens arcibus altis:
Induo mortales contorto stamine pepli:
Litera quindecima prestat quod † pars domus exstet. † paries nempe.

NOVENIS VERSIBVS complexa.

I. De hirundine.

† a Septẽbri vſque ad Martium.

† for. gliſcunt.

Abſq; cibo plures degebam marcida † menſes,
Sed ſopor & ſomnus ieiunia longa tulerunt:
Pallida purpureo dum † gleſcunt gramine rura.
Garrula mox crepitat rubicundũ carmina guttur.
Poſt teneros fœtus & prolem gentis adultam
Sponte mea fugiens obſcuras quæro latebras.
Si vero quiſquam pullorum lumina lædat;
Adfero compertum medicans cataplaſma ſalutis,
Quærens campeſtrem proprio de nomine florem.

II. Vertigo poli.

† tota teres. Corr.

† celere. fort.

† quam Corr.

† niſi ſeptẽ planetæ celerum rotationem impedirent.

Sic me formauit natura conditor almus,
Luſtro † teres tota ſpatioſis ſæcula cyclis,
Latas in gremio portans cum pondere terras:
Sic maris vndantes cumulos & cærula claudo.
Nam nihil in rerum natura tam † celer eſſet,
Quod pedibus pergat, quod pennis æthera tranet,
Accola nec ponti volitans per cærula ſquamis.
Nec rota per gyrum † quæ trudit machina lympha,
Currere ſic poſſent, niſi ſeptem † ſydera tricent.

III. De Arturo.

Sydereis ſtipor turmis in vertice mundi,
Eſſeda famoſo geſto cognomine vulgi,
In gyro voluens iugiter non vergo deorſum,
Cetera ceu properant cœlorum lumina ponto.

Hoc

Hoc † dono ditar quam sum proximus axi.
Qui† Ripæis Scythiæ prælatus montibus errat,
Vergilias æquans numeris in arce polorum;
Cui pars inferior stygiæ letheaque palude
Fertur † & ferni fundo succumbere nigro.

IV. Crismal† vel Crismarus.

Alma domus veneror diuino munere plena;
†Vuluas sed nullus reserat, nec limina pandit,
Culmina ni fuerint† aulis sublata quaternis,
Et licet exterius rutilent de corpore gemmæ,
Aurea dum fuluis flauescit bulla metallis:
Sed tamen vberius ditantur viscera crassa,
Potis qua species† flagrat pulcerrima Christi.
Candida sanctarum sic floret gloria rerum
Nec trabes† in templo surgunt, nec tecta columnis.

V. De castore.

Hospes præruptis habitans in margine ripis,
Non sum torpescens, oris sed belliger armis,
Quin potius duro sustento membra labore,
Grossaq; prosternens mox ligna securibus vncis,
Humidus in fundo tranat quapiscis aquoso,
Sæpe caput proprium tingens in gurgite mergo.
Vulnera fibrarum, nec non & lurida tabo.
Membra medens, pestemque lucemque resoluo necantem.
†Libris conrosis & cortice vescor amara.

VI. † Muriceps.

Fida satis cunctos conseruans peruigil ædes,

† f. *dono ditor quoniam sum prox.*
† f. *Ryphæis Scythiæ qui latis mont. er.*
* Corr. *inferni.*
† *Sic appellat ampullam, quæ sacrum chrisma cōtinetur.*
† *valuas,* Corr.
† *Sic vocat quatuor repositoria.*
† *fragrat.* Corr.
† *ponendū hoc carmē quarto loco.* † *melius quinto loco legeretur hic versus.* † *id est felis.*

Noctibus in furuis cœcas lustrabo tenebras
Atris haud perdens oculorum lumina mantris;
Furibus inuisis, vastant qui farris aceruos,
Insidiis tacite dispono scandala † mortis,
Est vaga † vernatrix rimabor lustra ferarum,
Nec volo cum canibus turmas agitare fugaces,
Qui mihi latrantes crudelia bella † ciebant.
Gens exosa mihi tradebat nomen habendum.

VII. Cribellus.

Sicca pruinosam crebris effundo fenestris,
Candentemq; niuem iactans de vertice furuo.
Et nos omnis amat quamuis sint frigida nimbo
Densior & nebulis late spargatur in aula.
Qua sine mortales grassantur funere † leti,
† Et qua ditati contemnunt limina ditis.
Sic † anime pariter dum vita ferescit
Liquitur † inprimis nunquam torrentibus hæc nix.
Sed, mirum dictu, magis indurescit ad ignem.

VIII. Fundibulum.

Glauca seges lini vernans ex æquore ruris.
Et tergus mihi tradebant primordia fati:
Bina mihi constant torto nam brachia loro,
Ex quibus immensum trucidabam † mole tyrannū
Cum cuperent olim gentis fauire phalanges.
Plus anno † cum tereti bellum decernere saxo,
Quam durius † pugnans ferrata cuspide contis.
Tres digiti totum versant super arua corpus:
Erro caput circum, tenues & tendor in auras.

Calix

† *Venatrix.* Cor.
† f. *cierent*
† *lethi.* Corr.
† *male in m. sic versus septimo loco ponebatur.*
† *mendosus & mutilus versus.*
† Corr. *inprimis.*
† *id est* funda
† *Goliam.*
† f. *alium.*
† f. *pugnā.*

IX. Calix vitreus.

De rimis lapidum profluxi flumine lento,
Dum frangunt flammæ saxorum viscera dura.
Et laxis ardor fornacis ardet habenis.
Nunc mihi forma capax, glacieq; simillima lucet.
Nempe volunt plures collum constringere dextra,
Et pulsare digitis lubricum comprendere corpus:
Sed mentes muto dum labris oscula trado
Dulcia, compressis impendens basia buccis,
Atq; pedum gressus titubantes sterno ruina.

X. Scropha prægnans.

Nunc mihi sunt oculi bisseni in corpore solo,
Bis ternumq; caput, sed † cetera membra gubernat.
Nam gradior pedibus subfultus bis duodenis,
Sed nouies deni sunt & sex corporis vngues
† Sinzias numero pariter simulabo † pestres,
Populus, & taxus, viridi quoq; fronde salicta.
Sunt inuisa mihi, sed fagos glandibus vneat,
Fructiferas itidem florenti vertice quercus
Diligo, sic † numerosa simul non spernitur ilex.

† loquitur de grauida quinque succulis.
† videtur aliquid deesse.
† totus iacet in mendo.
† Corr. *nemorosi*
† marus est, proprie vua hederarum.

XI. † Ebulus.

Sambucus in sylua putris dum fronde rubescit,
Est mihi par foliis, nam glesco surculus aruis,
Nigros baccarum portans in fronde corymbos.
Quem medici multum ruris per terga virentem,
Cum scabies morbi pulpas inuaserit agras
Lustrantes orbem crebro quæsisse feruntur.
Cladibus horrendis dum vexant viscera † tabo,

† f. *tabes.*

Ne virus serpat, possum succurrere lepræ,
Sic olidas hominum restaurans germine fibras.

DENIS ET PLVRIBVS inclusa.

I. De Coruo.

Dum genus humanum truculēta fluenta necarēt,
Et noua mortales multarent æquora cunctos.
Exceptis raris, gignunt qui semina secli;
Primus viuentum perdebam fœdera iuris
Imperio patris contemnens subdere colla,
f. Poetā. *Vnde puto dudum versu dixisse† Poeta.*
Abluit in terris quicquid deliquit in vndis,
Nam sobolem dapibus nunquam saturabo ciborū,
Ni prius in pulpis plumas nigrescere cernam.
fiam pri *†Littera tollatur, post hæc sine prole manebo.*
a subla-
a, orum.

II. Cuppa vinaria.

dest crb⁹ *In plures debrians impendo pocula Bacchi,*
Vinitor expressit quæ flauescentibus vini.
Pampinus & viridi genuit de palmite botrys,
Nectare cauponis complens ex vite tabernam.
Sic mea turgescunt ad plenum viscera musto:
Et tamen inflatum non vexat crapula corpus,
f. *Et hoc.* *Quamuis † hoc nectar centenis hauserit vrnis.*
Proles sum terræ glescens in saltibus altis.
f. *cuneis.* *Materiam† cunenis findit sed cultor agrestis,*
altas. *Pinos euertens† altos & robora ferro.*
orr.

III. Lucifer.

Semper

Semper ego clarum præcedo lumine lumen
Per cœlum gradiens obliquo tramite flector:
Signifer & Phœbi lustrat qui limpidus orbem.
Eoas partes,† admodum iubar inde meabit † f. *Ad medium.*
Finibus Indorum cernunt qui lumina primi
O felix olim seruata lege Tonantis.
Heu post hoc cecidi proterua mente superbus,
Vltio quapropter funestum perculit hostem.
Sex igitur comites mecum super æthera scandunt,
Gnarus quos poterit † biblis pandere lector. † f. e *biblis*

IV. Palma arbor.

Omnipotens rector nutu qui cuncta creauit.
Qui dedit in mundo tam victrix nomen habendum:
Nomine nempe meo florescit gloria rerum,
Martyribus necnon dum vincunt prælia mundi,
† Et dita cœlestis prensant & præmia vitæ, † *Edita* Corr.
Frondigeris tegitur bellantum turma coronis,
Et viridi ramo victor certamine miles.
In summo capitis densescit vertice vellus,
Ex quo multiplicis torquentur tegmina pepli.
Sic quoq; mellifluis escarum pasco saginis,
† Nectare per populos tribuens alimenta ciborum. † f. *Nector eum.*

V. Pharos.

Puppibus in celsis quæ tundunt cærula cautes
Et salis vndantis turgescunt æquora ponti;
Machina me summis construxit molibus amplam,
Nauigeros calles, vt pandam classibus index.

Non maris æquoreos luſtrabam remige campos,
Nec ratibus pontum ſulcabam tramite flexo
Et tamen immenſis errantes fluctibus † actos
Arcibus excelſis ſignans ad littora duco,
Flammiger imponens torres in turribus altis,
Ignea brumales dum condunt ſydera nimbi.

† Actus, id eſt, vias, vel potius, acta.

VI. Monoceros.

Collibus in celſis ſaui diſcrimina Martis
Nil vereor, magnis ſed fretus viribus altos
Belliger impugnans Elephantes vulnere ſterno,
Quamuis venator fruſtra latrante moloſſo
Garriat † artifer tener contorquens ſpicula ferri.
Heu fortuna ferox, quæ me ſic arte fefellit?
Dum trucido grandes † & virgine vincor inermi,
Nam gremium pandens mox pulcra puerpera †
prodit,
Et voti compos celſam deducit ad vrbem.
Indidit ex cornu nomen mihi lingua Pelaſga.
Sic itidem † propria dixerunt voce Latini.

† Cōfundit cum rhinocerote: ordinem vero verſuum in m. ſ. præpoſterum correxi.
† arciferi cont. f.
† f. en
† f. prendit.
† unicornu.

VII. Sol & Luna.

Non nos Saturni genuit ſpurciſſima proles
Iuppiter, immerſum fingunt quem carmina vatū:
Nec fuit in Delo mater Latona creatrix:
Cynthia non dicor, nec frater Apollo vocatur.
Sed potius ſummi genuit regnator Olympi,
Qui nunc in cœlis excelſa præſidet arci.
Diuidimus mundum communi lege quadratum,
Nocturnos regimus curſus & frena dierum.
Ni ſoror & frater vaga ſecula iure † gubernant,

† gubernent Corr.

Heu

Heu chaos immensum fuscaret cuncta latebris,
Vtraq; nunc Erebi regnarent Tartara nigri.

VIII. Scintilla.

Quæ res in terris armatur robore tanto,
Vt paribus surgi nitatur viribus audax?
Paruam me primæ constant exordia vitæ,
Sed gracilis grandes soleo prosternere letho:
Quod lethum proprii gestant penetralia ventris.
Nam saltus nemorum densos pariterq; frutecta,
Piniferosq; simul montes cum molibus altos,
Truxq; rapaxq; feroxq; † sub æthere sparge,
Et minor exsistens gracili quam corpore Sciniphes.
Frigida dum genetrix dura generaret ab aluo
Primitus ex vtero producens pignora gentis

† *lacunæ & qui sequuntur versus, melius col locarentur post tertium.*

IX. Crabro.

Aera per sudum nunc binis remigo pennis.
Horridus, & grossæ depromo murmura vocis,
Inq; cauo densis conuersor stipite turmis,
Dulcia conficiens propriis alimenta cateruis,
Et tamen humanis horrent hæc pabula buccis.
Sed quicunq; cupit, disrumpens fœdera pacis,
Dirus commaculare domum sub culmine querno,
Exemplo † socians in bellum clamo cohortes;
Dumq; cateruatim stridunt, & spicula tradunt,
Agmina diffugiunt iaculis exterrita diris.
Insontes hosti sic torquent tela nocenti
Plurima, quæ constant tetris infecta venenis.

† *lignum.*
† *f. facias.*

X. Scylla.

† Liquidi fontis. Corr.

Ecce molossorum nomen mihi fata dederunt,
Argolicæ gentis sic promit lingua loquelis,
Ex quo me diræ fallebant carmina Circes
Quæ fontis † liquida maculabat flumina verbis,
Cruraq; cum coxis, pulpas cum poplite bino,
Abstulit immiscens crudelis verba virago.
Pignora nunc pauidi referunt vlulantia nautæ
Tonsis dum tradunt classes, & cærula findunt,
Vastos verrentes fluctus grassante procella.
Palmula quæ remis succurrit panda per vndas:
Auscultare procul quæ latrant inguina circum.
Sic me pellexit dudum Titania proles,
Vt merito viuam salsis in fluctibus exsul.

XI. Elephantus.

† Versus hic in m. s. perperã sequenti post ponebatur.
† for. me.
† for. subcuruo palpebras tradere somno.

Ferratas acies & denso milite turmas
Bellandi miseros stimulat quos vana cupido,
Dum maculare student armis pia fœdera regni.
Sæpix & sorbet ventosis flatibus auras,
Seuaq; clangentis reboant dum classica sistri,
Cernere non pauidus didici trux munera Martis.
Quanquam me turpem nascendi fecerit auctor
Editus ex aluo dum sumsi munera vitæ:
Ecce tamen morti successit gloria formæ
Lethifer in fibras dum serpit finis apertas.
Brattea non auri fuluis pretiosa metallis,
Quamuis gemmarum constent ornata lucernis,
Vincere † nõ quibunt falerarum floribus vnquam.
Me flecti genibus fessum natura negauit
Poplite † seu curua palpebris tradere somnos.

Nox

XII. Nox.

Florida me genuit nigrantem corpore tellus.
Et † nihil fœcundum sterili de viscere primo: † f. & infœcundam.
Quamuis Eumenidum narrantes † carmine vates † f. Carmina. nam canunt Eumenides noctis filias.
Tartaream partu testentur gignere prolem:
Nulla mihi constat certi substantia partus.
Sed modo quadratum complector cærula mundum.
Secula dum lustrat lampas Titania Phœbi
Est inimica mihi, quæ cunctis constat amica.
Diri latrones me semper amare solebant,
Quos gremio tectos inter defendere fusco.
Vergilium constat † caram cecinisse sororem, † scilicet famam.
Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumæ
Tot vigiles oculi subter, mirabile dictu,
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures.
Nocte volat cœli medio, terraq; per auras,
Ingrediturq; solo & caput inter nubila condit.

XIII. †

† Creatur m, forte.

Conditor æternis fulsit qui secla columnis,
Rector regnorum frenans & † fulmina lege, Corr. vlmina.
Me variam fecit primo dum conderet orbem.
Peruigil excubiis nunquam dormire iuuabit,
Sed tamen extemplo clauduntur lumina somno.
† Nam Deus vt propria mundum ditione gubernat, † f. Iam.
Sic † ergo complector sub cœli cardine cuncta. † corr. ego.

Segnior est nullus, quoniam me † larbula terret, — † larrunla Corr.
Setigero rursus constans audacior apro.
Nullus me superat cupiens vexilla triumphi, — † id est, nisi.
† Ni Deus æthrali summus qui regnat in arce.
Prorsus odorato thure † flagrantior halans — † fragrãtior.
Olfactum ambrosiæ, nec non crescentia glebæ.
Lilia purpureis possum connexa roseis
Vincere spirantis nardi dulcedine plena:
Nunc † olido geni squalentis sorde putresco. — † Corr. olida cœni.
Omnia queq; polo sunt subter & axe reguntur.
† Dum pater arcitenens concessit iure guberno. — † inter lineas, Quod.—
Grossas & graciles rerum † compresso figuras.
Altior en cœlo rimor secreta tonantis,
Et tamen inferior terris tetra Tartara cerno. — † alia manu correctũ inter lin. compso.
Nam senior mundo præcessi tempora prisca;
Ecce tamen matris † horno generabor ab aluo,
Pulcrior auratis dum fulget fibula bullis;
Horridior ramnis, & spretis vilior algis.
Latior en patulis terrarum finibus exsto, — † horna.
Et tamen in media concludor parte pugilli.
Frigidior brumis, nec non cadente pruina,
Cum sim Vulcani flammis torrentibus ardens.
* Dulcior * in palato quam lenti nectaris haustus.
Dirior & rursus quam glauca absinthia campi.
Mando dapes mordax lurcorum more Cyclopum,
Cum possim † iugiter sine victu viuere felix: — † Anima vel angeli.
Plus pernix aquilis, Zephyri velocior alis,
Nec non accipitre properantior, & tamen horrens
* * Lumbricus & limax & tarda testudo palustris,
Atq; fimi soboles sordentis cantharus ater

Me

Me dicto citius vincunt certamine cursus. † *ſcopulo-*
Sic grauior plumbo † *ſcopurum pondera vergo:* *rum* for.
Sum leuior pluma cedit † *cui tippula lympha.* † *cui* cor.
Nam ſilici denſas fundit quia viſcere flammas
Durior aut ferro, toſtis ſed mollior extis.
Cincinnos capitis nam geſto cacumine nullos.
Ornent qui frontem pompis, & tempora ſetis;
Cum mihi cæſaries volitent de vertice criſpa,
Plus calamiſtratis ſe comunt quæ calamiſtro,
Pinguior en multo ſcropharum exungia gleſco,* *
Glandiferis iterum referunt dum corpora fagis,
Atq; ſaginata lætantur carne ſubulci:
Sed me dira fames maciæ torquebit egenam, † *Orbe.*
Pallida dum iugiter dapibus ſatiabor opimis.
Limpida ſum fateor Titanis clarior † *orbi,*
Candidior niuibus dum ningit vellere nimbus;
Carceris & multo tenebris obſcurior atris,
Atq; latebroſis ambit quas Tartarus vmbris.
Vt globus aſtrorum plaſmor teres atq; rotunda,
Sphærula ſeu pila, nec non & forma criſtalli:
Et verſa vice protendor ſeu ſerica penſa:
† *In gracilem pannum porrecta ſeu ſtamine pepli.* † *Porre-*
Senis ecce plagis latus quæ panditur orbis *cta in gra-*
Vlterior multo tendor, mirabile fatu; *cilem pā-*
Infra me ſupraue nihil per ſecula conſtat; *num ceu*
† *Ni rerum genitor mundum* † *ſermone coercens.* *ſtamina*
Grandior in glaucis quam ballena fluctibus atra, † *hoc eſt,*
Et minor exiguo ſulcat qui corpora verme, *niſi.*
Aut modico Phœbi radiis qui vibrat atomo.
Centenis pedibus gradior per gramina ruris,

Et penitus nunquam per terram pergo pedester.
Sic mea prudentes superat sapientia Sophos,
Nec tamen in biblis docuit me litera diuis,
† *qui* *Aut vnquam quiui* † *quid constet syllaba, nosse.*
Corr. *Siccior æstiuo torrentis caumate solis,*
Rore madens iterum plus vdo flumine fontis.
Alsior & multo tumidi quam marmora ponti,
Et gelidis terræ lymphis insulsior erro.
Multiplici specie cunctorum comta colorum,
† Corr. *Ex quibus* † *ortatur præsentis machina mundi;*
ornatur. *Lurida cum toto nunc sim fraudata colore,*
Auscultate mei credentes famina verbi,
Pandere quæ poterit gnarus vix ore magister,
Et non diffidens non retur friuola lector;
Sciscitor inflatos quo fungar nomine Sophos?

Finis ænigmatum B. Aldhelmi.

HADRIANI IVNII

Ænigmata.

AD ARNOLDVM ROSENBERgum Iurisconsultum.

TExta tibi numeris latebrosa Ænigmata mitto,
Quæ dextra enodes Oedipus arte nouus,
Rosenberge, decus Charitum, Musæq; nouenæ
Rarum ornamentum, præsidiumq; meum:
Nempe quater denos, cum quatuor, ordine griphos,
Ad numerum tenebris lux rediuiua venit,
Sic Ariadnæo filo duce fugerat olim,
Ægides latebras, cæcaq; tecta domus.
Prima tenet 1 Calamus gracilis, 2 Nix algida: mollis
3 Spongia, cumq; 4 Manu, thus 5 Libanotis olens,
6 Ignis edax, 7 Echo resonans, assertor 8 IESVS,
Cum 9 Cereris potu, mollia 10 Vina simul,
Fictilis 11 Olla, 12 Vitrum fragile, & nux 13 Castana, 14 Taurus
Hinc sequitur, fœtens 15 Matula, 16 Rana loquax,
Instabile 17 Argentum Viuum, 18 Pappique volantes,
Turgidulum 19 Cerasum, pēdula 20 Araneola,
Tardigradus 21 Cācer, 22 Paries & structilis: adde
23 Clysma aluū ducens, 24 Aurea mala super,

25 *Campanum es, 26 Limaxq; piger, 27 Ceruique fugaces,*
28 Pileolus capitis, veliuolaq; 29 Rates,
Et 30 Membrana, tenax quam cera obsignat aratam,
Mollis 31 Charta, agilis 32 Pes, volucrisque 33 Pila,
Hinc 34 Vespertilio sese ordine stridula iungit,
Et cum dentato 35 Pectine, dura 36 Silex,
Post agmen claudunt 37 Morum, 38 Canis impiger, atq;
39 Sol candēs, simul huc, ceree 40 Lychne, subis.
Coniugis & 41 Votum, cui vincla iugalia sordent,
42 Temporis vsura, & 43 Cos sine fine rotans,
44 Prurigo imponet mordax colophona libello,
Qui nostra in lucem prurit abire manu.
En tibi materiem, quæ pangitur ordine libri,
Qui rerum exponit nomina luce data.
Haud alio tenuis mea nunc tibi Musa litabit,
Complacat magnos vel mola salsa Deos.
Disce fauere orsis, auram adspirato secundam,
Quod cecini, nitida fronte benignus habe.
Neu fallas nugis tua seria, tunc breue volues,
Cum madidus cœnam soluet Iacchus, opus.

ÆNIGMA I.

Calamus scriptorius.

Est mihi forma teres: cauus, at non peruius aluus;
Quem medium nodis spissa medulla secat.

Porri-

Porrigor in caudam, cui barbula vestit vtramq;
Oram: qua volucri sum vice remigii.
Exsanguis, de carne tamen satus, huius alumnus,
Nec nisi carne foro vellor ab vsq; sinu.
Iam truncus capite, & diffisa cuspide sectus,
Proluo me succo Sepia nigra tuo.
Vsus abest linguæ, tamen illa exerceo parte
Ius necis & vitæ: tristia bella sero,
Componoq; animos: regum iras mitigo, & arma,
Atro felle mea, aut spicula melle madent.
Hac potior lingua sine me moritura, quod huius
Sit soboles, nostram secula longa manent.
Illa etiam solas præsentis manat ad aures,
Nostra vel immenso, qua patet, orbe sonat.

ALITER.

E Gallico Idiomate.

Me gignit nutritq; caro, de carne reuellor,
Carnis abest species, nulla est substantia carnis,
Artus crescenti inualidi, mucosaq; origo,
Truncatusq; caput, madidum bibo cuspide rorem,
Quo Genii læti aut irati semina prodo.
Fas perago, atq; nefas: facilis bona paruaq; sector,
Dissidii ac pacis sum Regibus auctor, amantes
Concilio, moderor mentes, & tempero curas.
Sæpe simultates idem qui concito, soluo,
Queq; velim sciri, totum dissemino in orbem,
Criminis ipse exsors, multi sum caussa laboris,
Dicam te Oedipoden, si quid sim, nomine prodas.

II. Nix Logogriphes.

Nix — Candidior cygni plumis, sum filia Brumæ,
IX. — Dura minus glacie, sed nec minus algida, fungo
Cornix. Varior, ac fluidum in laticum tabesco tepore,
Signo nouem, fuerit si litera prima recisa,
Cor mihi si iungas, vix est auis atrior vlla.

III. Spongia.

Tethyos vndisonæ mediis ego nascor in aruis.
Meq; cauernosam fistula crebra forat.
Non inuita graui leuis impleo viscera succo,
Quem reuomo exsorptum pollice pressa prius.
Peniculiq; loco mensas extergeo mollis,
Et rapto sordes, vlceraq; exsanio.

IV. Manus.

Porrigor in ramos quinos, & quilibet horum
Diditur in triplices nodos, nisi quintus egeret
Vno, qui solus respondet robore cunctis,
Vndiq; colliculis surgo, in vallemq; resido,
Ast abaci, desit si forte, ego munia præsto.

V. Libanotis, siue Rosmarinus.

Thuris odorati de me salit halitus, vnde
Natales nostrum nomen sibi vindicat ortus.
Prodiga qua nimium nostri, per vulnera vitam
Effundo, digitus nisi det carpendo medelam.

VI. Ignis.

Ex me nata Sophi perhibent primordia rerum,
Vltimus & rerum finis, & orbis ero.
Omnia consumo, nostrum neq; nomen abhorret
Ipse Deus, leuius, mobiliusq; nihil.

Echo.

VI. Echo.

Delitiæ Panos, prolis Cephisiæ amores,
Conualles adamo, porticibusq; vagor.
Indocilis prior ipsa loqui, aut reticere loquenti,
Assecla dictorum, & vocis imago vocor.

VIII. Iesus.

Dicito, quale putes nomen, quod recta columna
Incoat, inde tridens fuscina nectit idem,
Flexus vtrinq; vncus secat, hinc biuii nota, claudit
Idem vncus medio, qui stetit ante loco.

IX. Cereuisia.

Nomine sum vini non digna, vicem tamen huius
Impleo, dum cerebri victrix percello cauernas;
Illud Sol radians, me Mulciber excoquit, amne
Gignor, alitq; Ceres madefacti farris aceruis.

X. Vinum.

Do vires, adimoq;, & origo nominis a vi,
Ingenium exacuo, pectora soluo metu.
Me gignit Tellus, rutilo Sol concoquit igne,
Mox ventrosa tegunt dolia, prœla vomunt.

XI. Olla.

Stat currente rota fictus cauus alueus, vda
Argilla ductus, Mulciberi in gremio.

XII. Vitrum.

Aeris excludo, tempestatumq; malignam
Vim; transmitto tamen lucem, nō perfluo, Bacchi

Accipio gremio, nostroq; fideliter aluo
Assyrios nymbos, fragrantiaq; vnguina credas.
Lumina confirmo, speculiq; exerceo munus,
Quin auri nostro pretium concedat honori,
Malleolo si forte sequax, & ductilis essem.

XIII. Nux castanea.

Est mihi dura caro, rugosa veste voluta,
Includor corii tegmine punicei.
Exterius Natura hirto muniuit Echino,
Mensam orno, panis dum vice soluo famem.

XIV. Taurus.

Signiferi sydus; Cilicum mons; Pasiphaesq;
Nobilis insessor, vector Agenoridis.
A me nomen habet gens, quæ tulit Iphianassan,
Fœdantem Scythicæ sacra cruore Deæ,

XV. Matula.

Inuentum lasciua putor, Sybari, esse tuorum,
Fictilis aut stanno, aut Cyprio sim fusilis ære.
Vsibus humanis nil me magis vtile, quamuis
Vilius haud quidquam, nec me despectius exstat.

XVI. Rana.

Vox mihi rauca aures radit, sum garrula lingua,
Vlua sub sterili mollia regna colo.
Vitaq; vere nouo rediuiua recurrit in artus,
Candida aui, gracili cruribus, esca petor,

XXVII. Argentum viuum.

Haud temere inuenias grauius quidquam, attamen vna

Mobi-

Mobilitate viget, ſi vinclis exeat arctis;
Labitur in partes mille, & reparatur in vnum
Rurſus, idem immutat ſpecies rerum, atq; colores.

XVIII. Pappus.

Dũ iuuenilis adeſt vigor, eſt graue, moxq; ſenecta
Succedente volat leuiter, ſiue præpete penna,
Et prætexit humum tenui ſub polline tectam.

XIX. Ceraſum.

Rubra mihi cutis eſt, latet intus vineus humor,
Os pro corde gero, ſemen at illud habet.

Es iſt weiß wie Schnee / Ich ſage dirs mehr
Grün wie Graß / Ich ſage dirs baß /
Roth als Blut / Ich habe dirs geſagt gut
Schwartz wie die Raben / Ich kan dirs nicht mehr ſagen.

XX. Araneus.

Vſus abeſt manuum, ducens pede ſtamina texo,
Aluus lanigera fertilitate ſcatet.
Cum pedicas muſcis, ſcutulatum rete faceſſo,
Concedunt tramis ſerica fila meis,

XXI. Cancer.

Zodiaci gemino munitum forcipe ſignum,
Pugnantem Alciden mordicus appetii.
Et teſtudineo greſſu feror octipes, æquor
Innato, ſum fœdum luctiferumq; malum.

XXII. Paries.

Calce coagmentor, quadrato marmore ſurgo,
Defendo nimbos, fulcio tecta domus,

E demas; Idæ pastor a iudexq; Dearum,
Exitium Troiæ, clarus adulter ero.
Tollito P, cornu ferio, b ruo mœnia, cœlum
Orno, Helles vector, victima grata sacris.
[a Paris. b aries.]

XXIII. Clysma.

Ibidis inuentum Phariæ, ventrisque morantem
Immisso rostro depleo proluuiem.

XXIV. Aurea mala.

Me vigil Hesperiæ serpens custodiit ora,
De fuluo color insignis, nomenq; metallo
Fluxit, natura est dispar, cui viscera frigent,
Exteriora calent, gratoq; embammate mensis
Expetitur succus, conditur pyxide corpus.

XXV. Campana.

Malleus illisus insultat mihi, mox ego motum
Aera percello, & patulas dilabor ad aures.
Clepsydra melius properantes metior horas,
Cogo hominũ cœtus, tonitrus fugo, tempora signo.

XXVI. Cochlea.

Exossis, pedibus cassus, non horreo spinis,
Proq; oculis implent cernua bina vicem.
Exsanguis, quaqua incedo, tractu illino muscum,
Lethifer est mihi sal hostis, & exitium.

XXVII. Ceruus.

Corniger, ac timidus, pedibusq; fugacibus Euro
Ocyor, at Furias mi citat alma Venus,

Lassus,

Lassus, aqua vires reparo, ſpadixq; colore,
Cornicis ſupero ſecula longa quater.

XXVIII. Pileus.

Libertatem olim dederam, nunc arceo frigus,
Materies fuerant pili, nunc lanea fila;
Aut etiam tramæ, Seres quas arbore pectunt.

XXIX. Ratis.

Filia piniferæ ſyluæ, leuis innatat æquor,
Aluo grande tamen per mare vectat onus,
Linigeroq; ſinu ventis famulatur, & iras
Neptuni ridens, humida regna ſecat.

XXX. Syngraphum.

Anſer, apis, vitulis, rerum potiuntur, & orbis,
Tergeminum brutum frena ſuperba regit,
Res ſimilis monſtri, condigna interprete, qualis
Thebigenæ nodos ſoluere Sphingis amet,
Membranam vitulus præbet, calamoſq; canorus
Anſer, apes ſtipant cerea dona vagæ,
Faſq; nefaſq; tria hæc obeunt, dum tergora chartæ
Penna arat, obſtringit cera notata fidem,
His humana tribus diuinaq; iura reguntur,
Omneq; momẽtum hoc cardine terna trahunt.

XXXI. Charta.

Sectilis in tenues membranas candida lana,
Conflata ex atomis, quos lintea fragmina reddunt,
Diffuſa in lympham, exilis quos ficina cogit,
Inde coactilibus ſtipor, mox arida Sole,
Præbeo me, calami diffiſa cuſpide, arandam.

XXXII. Pes.

Metior, ingredior, tendoq; & carbasa laxo,
Nec moduli, aut versus me sine stare queunt.

XXXIII. Pila lusoria.

Glabra foris, pilosa intus, specieq; globosa,
Exsilio; quanquam mi pedis vsus abest.
Aereasq; carens pennis volitabo per auras,
Et vires crebro pulsa resumo manu.

XXXIV. Vespertilio.

Est mihi de sero deductum vespere nomen,
Ala mihi cutea est, plumaq; mollis abest.
Sola auium pario, soli vbera lacte tumescunt,
Aspera sunt soli dentibus ora mihi.

XXXV. Pecten.

Buxea materies, numerosoq; ordine dentis
Distincta, implexam diuido cæsariem.

XXXVI. Silex.

An grauius quidquam est, vel durius? attamen ignis
Hinc saliunt scatebræ, fonticuliq; leues.

XXXVII. Morum.

Primum albus pallor, ruber hinc cruor inficit ora,
Mox succum euinco, Sepia pulla, tuum.
Vltimus erumpo, ast inter matureo primos,
Est genitrix sapiens, nomine stulta tamen.
Assyrios iuuenum monumento testor amores,
Vinosi laticis rore placere queo.

XXXVIII. Canis.

Corporea languent vires rimisq; fatiscunt
Arua, egrum nostra vi rotat ora pecus.
Relligione pia coluit Pelusia tellus,
Nostra fides cunctis, obsequiumq; placet.
Nos tamen infamat tumulo Priameia coniux,
Atq; incesta Helena nomine abusa meo.

XXXIX. Sol.

Rerum oculus cunctis, candens saxum esse putabar
Nonnullis, discusue, aut lucida lamina (tanta
De me pugna Sophos exercuit) huic pede maior
Non videor, telluri alius me exaequat inerti,
Attamen vnus ego lustro, gigno, exeoquo cuncta.

XL. Cereus.

Stuppa medulla mihi, labor est arpis ingeniosa,
Scapus mihi est, ab igne flammam mutuor.

XLI. Ἄγαμος γάμος.

Olim dedi, quo tunc carebam munere;
Datum tamen, possideo nunc atq; id colo.
O si diem illum Iuppiter bonus vehat!
Quo non haberem, quod darem alteri tamen.

XLII. Tempus.

Est, cuius cunctis aqua est data copia, cuius
Ex aequo egemus infimi atq; maximi.
Quid? quodidē nimiū huic, aut parce suppetit illi,
Vt quisq; recte, seciusue eo vtitur?

XLIII. Cos.

Sum Terrae soboles, radiati Solis imago,
Formaq;, libratam geminus me sustinet axis,

Attenuor, tenuoq; simul, celeriq; rotatu
Perpluor impulsa, & vires adspergine sume.
Omnia fœcundans, elementum absumo, vomoq;
In mediis (dictu mirabile) fluctibus ignem.
Quin nuda omnigenis occurso durior armis,
Obiectosq; domo lacera cute certius hospes.
Quid, quod & arcessor, quamuis innoxia, cædis?

XLIV. Prurigo.

Carnea sulcetur si glebula corneo aratro;
Non me dulce dabit, sed feret acre piper.

Aliter.

Agrum, caueto, carneum ne vomere
Arare pergas corneo, pro mellea
Semente mox reponet vrens tibi piper.
Cupido eandem dulcamarus vim tenet,
Pro melle, felleum propinans poculum.
Fœdare strictis vnguibus cutim caue,
Assiduus est pruriginis comes Dolor.

HELII

HELII EOBANI HESSI

Ænigmata.

AD IOACHIMVM CAMERArium Papeberg.

I.

MAtris Deorum sanguine,
Mater Mineruæ de ebria,
Ex matre crebro fit pater.

II.

Ardente spuma si linas
Terra peremtum fomitem,
Incendet orbem protinus.

III.

Pyrrha tenacis filii
Reddunt coacti semina,
Quæ præter ipsos omnia
Vi prævalente conterunt,

IV.

Quis esse, quæso te, potest,
Qui cum pepedit maxime,
Et minxerit longissime,
Matrem leuat rectissime?

V.

Cœlum tulit Tyrinthius
Agenoris Cœli patrem,
Quis hunc & hanc, hoc, omnia?

VI.

Quædam libidinosa anus, & ebria,
Vultuq; deformissimo,
Sapientibus pulcerrima consilia expedit.
Sic consulatur dextere.

RESPONSIO
IOACHIMI CAMERARII
HELIO EOBANO HESSO

αἰνιγματογριφοπλεκτῷ ποιητῇ.

S.

SAlue Poeta ænigmatum mirabilis,
Quid tu dolentem me noua
Cura immerentem conficis
Nouaq; solicitudine?
Vix improbis solutus anxietatibus
E miseriis emerseram,
Vt abs te heri discesseram,
Aucta malorum memoria.
Cum me Lupi sub pelle Vulpes persequi,
Priusquam in antrum me suum
Perduceret, non destitit,
Totum hunc vbi latui diem.

Nunc me tuorum ſcirpi inexplicabiles
Agitare pergunt carminum:
Nec acquieſcere me ſinunt,
Tanquam venatici canes.
Sed quid ſolutionis inter hæc, putas
Afferre poſſet Oedipus?
Animo iſta non de turbido
Naſcuntur artium ioca.
Tamen vt ſcias fuiſſe delectabiles
Tuas mihi facetias,
Pro viribus ſententiam
Interpretabor tibi tuam.
Quod verſibus primis tribus proponitur,
Sic eſt Pelaſgo nomine.
Primam figuram circuli, &
Hanc ſcribe propter lineam.
Deinde perticas duas ſic copula,
Prior vt caput nexa alterum
Dextro reuinciat pede.
Poſthac reſume circulum;
His omnibus cincinnulum intortum adiice:
Et, quam requiris, rem leges.
An fallor? an triplex idem
His proximum carmen notat?

*

Mane cum vellem mea ſemiſomnis
Membra de plumis tepidis leuare:
Luminis ſpem Deucalidos fefellit
Prolis origo.

*

Vrinam & crepitus vocas,
Saturno genitus cum tonat, & pluit,
Stoicissime turpiter:
Ah saltem metuas Socraticum gregem,

*

Immenso potuit qui gutture deuorare natos,
Non Herculem, & Cadmi ferat sororem?

*

Verum est, quod aiunt, rem malam esse fœminam:
Nam cum viderer omnium
Griphos soluturus tuorum carminum;
Vetuit me posse extrema anus.
Habes ad omnia Hesse quæ proposueras,
Quæ cum tua sententia
Si forte congruunt minus,
Quid senseris, tu nos doce.

IOACHIMI CAMERARII Papebergensis

ÆNIGMATA.

M. Litera.

Sex bis Agenoridis quondam venere sub ædes,
Egressiq; omnes, vno minus, inde patente
Sunt fore, at hic multũ patefacta per ostia frustra
Nitens, postremo conclusis prodiit illis.

Musæ nouem in nomine matris Mnemosyne.

Quam memori notum diuinæ multa parentis
Aduersum rudibus describit litera nomen:
Tam multæ ex illa, cœlesti semine natæ:
Ornant exortæ ingenuis totum artibus orbem.
Nunc mihi iam credis, fieri quod posse negatur:
Octo tenes manibus: sed me monstrante magistro,
Sublatis septem, reliqui tibi sex remanebunt.

Sol.

Anguis, & annulus, & superaddit a norma, quod vsquam.
Est rerum, his vitam tribuunt, augentque tributam.

Cor.

O formosa meos animos prædata puella,
Quæ premis imperiis pectora nostra tuis,
Nunc tua quæ iam sunt, quæ te seruante tenemus,
Quæ mihi pridem oculi surripuere tui.

COR. *Mitto tibi Lunam, Solem, simul & Canis iram,*
Quæ reddas a te tu mihi virgo precor.

Sol, Nix.

Non habuit pennas volucris, tamen ipsa volauit
Desuper in quercus, exsutas frondibus aliis,
Ore carens aliquis, de cœtu, (vt credo) Gigantum.
Venit, & hanc consumsit auem, licet ore careret.

Auus, Pater, Filius, qui sunt iidem Pater, Filius, Nepos.

ἀγρεύονται δύο μὲν πατέρες, δύο δ' υἱέες ἦσαν,
τρεῖς δ' ἐλάφους οἴκαδ' ἓν ἕκαστος ἑλόντες ἀπῆ-
λθον.

Idem Latine interprete Lorichio.

Tres capiunt lepores, duo patres & duo filii,
Accipit & leporem quilibet inde sibi.

Eiusdem Rosa.

Quinque vna fratres germani matre creati,
Flauo splendentem gestant in vertice comtum:
Glabri ex his duo, visuntur, semperq; tenelli:
Sed tres promissa cernes horrescere barba:
Quorum gratus odor citris florentibus exit.

Idem Græce.

πέντε μιᾶς κάσιες διὰ νηδύος ἐξαναδύντες
ἐξ ἐμέθεν πεφυῶτες ἀπ' αὐθεινῆς γενετείρας,
ξανθῆς παμφανόωντα κόμης κρήδεμν' ἀνέχουσιν,
εἰσὶ δύω δ' ἁπαλοί τε καὶ ἄτριχες ἤματα πάντα:

τοὺς δὲ τρεῖς πώγωσι πεφρικότας αἰὲν ἰδήσεις,
πνοιὴ δ' ἰσόθεος γίνετ' ἐϋστρεφέων ἀπὸ πλοχμῶν.

Eiusdem Ænigmata alia Græca.

ἔνθ' ἤμην, οὐ γαῖα πόαν, οὐ δένδρε' ἔφυσεν,
οὐ ζῶον τρέφετ' οὐδὲν ὅσ' ἄρτ' ἀνὰ γαῖαν ἔασι.
οὐδὲ θ' ὅσ' ἐν πελάγει καὶ ἠέρι δέμνι' ἔχουσι:
καὶ δέ θ' ὅμως μέροπας θ' ἐσχίαν καὶ θηρία πάντα
ἠδ' ὄρνεις ἐξῆν, ἠδ' ἰχθύας ὑγροδιαίτους,
αὐτενιποιήτους ἐπειὴ φάος ἐν διαθήκῃ.

*

μήτηρ ἥ μ' ἔτεκεν, νῦν αὖθ' ὑπὸ τίκτετ' ἐμεῖο,

*

ἑρμέω ἡ πάλ' ἑταῖρ' οὐ νῦν ξύλου, ἀλλὰ μετάλλου
ἐπ ποταίδου ταμιεῖον ἑλὼ ἐς γαστέρα κοίλην
ἐκκενεωσαμένη, καὶ πετρογλυφῶν ὑπὸ ῥάβδων
θήκης ῥυστεῖτ' αἰπεῖαν πίμπλησι χελώνην
αἰολοφωνήσης νηλεύστου καλλιοπείας.

Inuidia.

Est fera, quæ triplices latet intra occulta cauernas,
Seque adedit, propriis consumens dentibus, atque
Non diuturna magis vita est, quam forte aliena
Commoda suppeditant huic nutrimenta ciborum,
Pallenti, infirmæ, tetricæ, tum bile virenti.

Similis descriptio est apud Ouid. lib. 2. Metamorph.

EIVSDEM CAMERARII E LATINIS SYMphosii Αἰνίγματα Græca.

Κλείς, Clauis.

Εἰμὶ μὲν οὐ μεγάλη, μεγάλην δ' ἐπειμένη ἀλκήν,
ὥστε θύραν κλεῖσαι κλεισθεῖσαν τ' αὖθις ἀνοῖξαι:
οἶκον τ' ἀσφαλίσασα φυλάττομαι ἐντὸς ἐκείνου.

Σειρά, Catena.

Ἀγχομένη δεσμοῖσι σιδηρείοις ὑπ' ἀνάγκης
αὐτίκ' ἀναγκαίοις δεσμοῖς ἔτι πλείονας ἄγχω,
καὶ πρῶτον μὲν ἔγωγ' ἐδέθην, μετὰ δ' ἄλλον ἔδησα,
ἣ δ' ἀπέλυσα καὶ αὖθις, ἐμ' οὐδέ τις οὔποτ' ἔλυσε.

Κεραμίς, Imbrex.

ἡ μὲν χθὼν ὕλην, μόρφην δὲ τὸ πῦρ ἐδεδώκει,
οἰκῶ δ' ἐν θερμοῖσιν, ἐν ὑψηλῷ δὲ μοὶ ἕδρα,
ἐν δὲ πεσοῦσα ῥανὶς καταλείβεται ἐντελεχείῃ.

Καπνός, Fumus.

Δάκρυα μὲν παρ' ἐμοὶ μὴ λυπηθέντι γε μηδέν,
οὐράνιος δ' οἶμος, τοῦ δ' ἀέρος οἶδα κελεύθους
πλαζόμενος πάντη καὶ γίγνομ' ὁμοῦ γενετῆρι
οὐθὺ σὺν ἡμετέρῳ διαχωρισθεὶς τ' ἀπόλωλα.

Ἀσπάλαξ, Talpa.

ἔστι πόδας τις ἔχων ἄρκτου, ῥύγχος δὲ γαλείης
χαυλιόδους μυαρὸς, τυμβώρυχος, ἠπιόδερμος,
κεύθων ἐν βλεφάροισιν ἀνόμματον ἐντὸς ὀπωπήν,

ὃς

ὅς πᾶσαν ῥινηλατέων ὀσμὴν ἐνόησε,
γαίης ἐν κοιλοῖσιν ἄναυδος ἐὼν γυάλοισι.

ὑετὸς, Imber.

οὐρανὸν ἐκπρολιπὼν ἀπὸ τήλοθεν ἐνθάδ' ἱκάνω,
γαίης δ' ἐν στέρνοις ἐριθηλέα βλαστὸν ἐγείρω,
θραυόμενος πνοιῇσι καὶ ἐμπίπτων ποταμοῖσιν,
ἐξαῦθις δ' ἱμῶμ' αὖ ὑπ' αὐγῶν ἠελίοιο

Ναῦς, Nauis.

μακρὰ βιβᾶσα, ταχεῖα, πολυπλόκος, ἔκγονος ὕλης
ἄχθεσιν βεβριθυῖα τρέχω μήκιστα κέλευθα,
οὐδεὶς δ' οὐδὲν ἑώρακ' ἴχνος μαλφῶς παριούσης.

Aliter.

Λάμβανε μητροκλέους τὰ δ' ἐφίμερα δῶρα μαιαν-
δροῦ.
ἐκ χίονας παφίῳ χρώματι λαμπόμενα,
αὐτὰρ δὲ σὺ γλαυκὰς δώσεις, κρατερὰς τε χελώνας
ἴσους ὅτ' ἔστι θεοῖς ἀθανάτοισιν ἀνήρ.

Κόκκυξ, Cuculus.

χείματ' ἀπὼν ἔαρος πέτομαι κηλούμενος αὔρῃ
τέκν' ἐμὰ δ' ἐν ξείναις τρέφεται καλιῇσι πρὸς ἄλ-
λων.
καὶ σφεργόωντ' εὐθὺς τὴν μητέρα δόρπον ἔθεντο.
ἄνθρωποι δ' ἀΐοντες ἐμοῦ μέλεος γελόωσιν
εὐθὺ δ' ἀρίγνωτος πέλομαι κἂν μή τις ἰδήσει,
καὶ μὴν σκηρίου τοῖος ἐὼν θεοῦ ὀΐζομ' ὕπερθεν.

φθόνος, Liuor.

Ἔστι τις ἐνδόμυχον κοιλὸν ἕλος τειχοειδῶν

θὴρ

θὴρ ἀπταλλόμενος καταβρώσκων αὐτὸς ἑαυτὸν,
ζῶν τόσσον, ὅσσον ἐπ' ἐσθλοῖσιν τρέφετ' ἀλλοτρίοισιν,
ἀβληχρὸς, μελίχρους, ἐγκρατίχυλος, συγκρώπης.

Aliud.

ἀγρευταὶ δύο μὲν πατέρες, δύο δ' υἱέες ἦσαν,
τρεῖς δ' ἐλάφους οἴκον δ' ἕν' ἕκαστος ἑλόντες ἀπῆλθον.

Ἥλιος καὶ χιών, Sol & Nix.

Ἄπτερον εἰς δένδρον πτηνὸν ποτ' ἄφυλλον ἐσέπτη,
καὐτόθ' ἐφίζανον κατ' ἄρ' ἄστομος αὐτὸ πέπωκεν,
ἄστομος, ἰξυπρόσωπος, ἐρυθρογένειος, ἄναυδος.

ὕπνος, Sopor.

Ἔρχεται αἰὲν ἐμοὶ φοιτῶν τριπόθητος ἑταῖρος,
ἠρέμ' ἐπιψαύων χαλαροῖς αἰκάλμασι ῥάβδου,
σύντ' ἐμ' ἐμάρψε λαβὼν τάχα θ' ὕπνον ἐξετάνυσσε
προσπαίζων κρυφίοισι παλαίσμασι, καὶ καταβάλλων
πρᾳέως καὶ μαλακῶς, ἐπὶ κειμένῳ ἕζετο τ' αὐτὸς,
κοῦφος ἐμοὶ, τὸν δ' οὔποτ' ἐγὼ προσιόντ' ἐνόησα,
παντοίης φανταζόμενον ποικίλμασι μορφῆς,
οὐδ' ἀπιόντα κατεῖδον, ὅτ' ἀμφαδὸν ᾤχετο κεῖνος
παπταίνων ὄσσοισι διαμπερὲς ἔνθα καὶ ἔνθα.

Ταώς. Pauo.

οὐρανίην ἐσθῆτ' ἐπιειμένος ἀστερόεσσαν
κλέπταις τ' εἴκελον οἶμον ἔχων ποσὶν ἠρέμα βαίνω,
κραυγὴν δ' ἐκ τιναξ φοβερὰν προΐημι τραχήλου
δῶμα.

δαιμονίην μορφῆς διαπαντὸς ἀνάξιον ἐσθλῆς,
αὐτὰρ ἐμοῦ βλάστημ' ὄφελος θνητοῖσι παρέχει
παντοδαπόν. μυῶν τε σόβην καύσους τ' ἀλεωρήν,
ὀξυβελέσσι δὲ κόσμον ὁμοῦ καὶ πτῆσιν ὀϊστοῖς.

Ῥόδα. Rosa.

πέντε μιᾶς κάσιες διὰ γηδύος ἐξαναδύντες,
ἐξ ἐμέθεν πεφυῶτες ἀπ' αὐθεινῆς γενετείρας,
ξανθῆς παμφανόωνται ἢ μὴς κρήδεμν' ἀνέχουσιν.
εἰσὶ δύω δ' ἀπαλοί τε καὶ ἄτριχες ἤματα πάντα,
τοὺς δὲ τρεῖς πώγωσι πεφρικότας αἰὲν ἰδήσεις.
πνοιὴ δ' ἰσόθεος γλύετ' εὐστεφέων ἀπὸ πλοχμῶν.

Κάτοπτρον, Speculum.

Ἔνθ' ἤμην οὐ γαῖα πόαν, οὐ δένδρε' ἔφυσεν,
οὐ ζῶον τρέφετ' οὐδὲν ὅσ' ἄρ τ' ἀνὰ γαῖαν ἔασιν,
οὐδέθ' ὅσ' ἐν πελάγει τε καὶ ἠέρι δέμνι' ἔχουσι.
καὶ δέθ' ὁμῶς μέροπας θ' ἄρσεας καὶ θήλεας πάντας
ἠδ' ὄρνεις ἐξίην, ἠδ' ἰχθύας ὑγροδιαίτους,
αὐτενιποιήτους ἐπειὴ φάος ἐνδιαθήκε.

Κρύσταλλος, Glacies.

μήτηρ ἥ μ' ἔτικεν, νῦν αὖθ' ὑπὸ τίκτετ' ἐμοῖο.

Ὄργανον μουσικόν.

Ἑρμέω ἡ πάλ' ἑταίρα μὴ ξύλου, ἀλλὰ μετάλλου
ἱπποπόδου ταμιεῖον ἔην ἐς γαστέρα κοίλην,
ἐκκενεωσαμένη καὶ πτερύγων ὑπὸ ῥάβδων
θήκης ῥυσθεῖσ' αἰπεῖαν πίμπλησι χελώνην
αἰολοφωνήσης νηλεύστου καλλιοπείης.

Ορνις ἐν ὠῷ, Auis intra ouum.

Θαῦμ' ἐρεώ μεγ' ἐμῆς ζωῆς πρωτόσπορον ἀρχὴν,
ὅττ' ἀγέννητος ἔτ' ἦν, μητρός τ' ἐν νηδύϊ ἄπλαστος
πρόσθ, ὠδινήθην, καὶ μ' οὔπως οὔτις ὄπωπε
πηγνύμενον, ζῶον δὲ καὶ ἀρτεμὲ' εἶδεν ἐμ' ἠώς.

χέλυς, Testudo.

καὶ βραδύπους καὶ ἄναιμος ἐοῦσ' ἰδὲ ποικιλόνωτος,
ἐν ζωῇ ποτ' ἄφωνος ἔην, καὶ νῦν τεθνεῦα
μουσάων προΐημι μέτρ' ἠχήεσσα λιγειῶν.

Σὴς, Vermis.

Γράμμασι πιμπλάμενος μήτ' εἰ γράμμ' ἐστὶ τι οἶδα,
πάντοτε τ' ἐν βίβλοισι διαιτηθεὶς πολυμούσοις,
καὶ σοφίης τὰ πέτηλα φαγὼν ἄφρων διαμίμνω.

Θυρὶς, Fenestra.

οὐ μὲν ἔχω, παρέχω δ' ἄλλοις οἱ χρεῖαν ἔχουσιν,
ὡς ἀκόνη θήγει μηδὲν σχίζουσα μάχαιραν,
χωρὶς ἐμοῖο δ' ἂν ἦσαν ἐνὶ σφετέροισι δόμοισι,
νύκτ' ἀπάτερθε βροτοὶ πανδερκέος ἠελίοιο.

IACO-

IACOBI MICYLLI

Noctua.

γλαῦξ μὲν ἐγὼ, κότος ἀργαλέος παντὶ ἔθνεϊ πτη-
νῶν:
θυμὸν ἀνίκητον στήθεος ἐντὸς ἔχω.
ὁππότε τοὺς ἄλλους γλυκερὸς περιβάλλεται ὕπνος,
ἡμετέρης ἄγρης δῶρα μέγιστα φέρω.

Idem Latine interpre'e Reusnero.

Sim quamuis odium toti volucrum graue genti:
Inuictum cordis pectore robur alo.
Nam volucres alias cum somnus detinet altus:
En prædæ nostræ maxima dona fero.

ANGELI POLITIANI ORganum Musicum.

χαλκείων δονάκων ὁρόω στίχον. ἀλλά τις αὐτῷ
τεχνᾶται κρύβδην, τὸν πολύθρουν κέλαδον
οὗτος ὁ τοῖς πλαγκτῆρσιν εὔτροχα δάκτυλα παλ-
μοῖς,
δινεύων τρομεροὺς τ' ἀμφισοβῶν σελίδας.
ἀλλὰ πολυστερέων πόθεν οἱ τόσος ἐσμὸς ἀήτων;
οὐκ ἀθρεῖς ἀσκοὺς διχθαδίους ὄπιθεν.

Senecæ in Tragœd. Thebaid.

Aui gener, patrisq; riualis sui,
Frater suorum liberum, & fratrum parens:

Vno quia partu liberos peperit viro,
Ac sic nepotes: monstra quis tanta explicet?

Resp. Oedipus Thebanus patrem suum interfecit, & ex matre liberos procreauit: hinc enatũ est monstrosum illud problema.

PACVVII.

Sapientia.

Vsus me genuit, mater me peperit Memoria:
Σοφίαν vocant me Graii, vos Sapientiam.

Litera Z.

Sex horæ tantum rebus tribuantur agendis,
Viuere post illas litera ζῆθι monet.

Significatur, ad sextam vsq; diei horam rem suam curare quemque oportere: postea penso absoluto, ad cibum capiendum accedere posse. Quod intelligitur notis & horologii literis. Si enim Græcas literas, quæ septimam, octauam, nonam & decimam horam significant, coniungas, ζῆθι expresseris, quod est Latine, viue Q. D. ede vt viuas.

ÆNI-

ÆNIGMATA.

IOANNIS LORICHII HADAMARII.

Deus, siue maiestas diuina.

Dic mihi, quæ res sit, cœlo sublimior ipso;
Celsior æthereis quæ sit & ipsa locis,
Contingatq; lacus stygios, manesq; profundos,
Occultum sit, quo permeet illa, nihil.
Longior immenso terrarum prominet orbe;
Latior æquoreis conspiciatur aquis?

Sapientia Dei.

Quid prius, & rebus cunctis antiquius exstans,
Ante mare & terras, & fuit ante polum?

Christus θεάνθρωπος.

Dic, vbi sit cœlo tellus excelsior ipso?
Et te pro magno venerabor Apolline semper.

Christus Leo & Agnus.

Quisquis es, hoc mihi dic, rerum studiose sacrarum
Quemque fero, scrupum tu mihi solue precor.
Omnia conueniunt in Christo, apteq; cohærent,
Concordant vitæ dogmata sancta piæ.
Re tamen excepta quadam, quæ dissona sic est,
Vt distant fuscus, candidulusque color.

Verbum diuinum.

Tot mala non herbis multis curata, sed vno
Verbo sanata, dic mihi quale sit hoc?

Adamus Protoplastus.

Fœmineo ex vtero non est ille editus vnquam:
Pro tumulo gremium qui genitricis habet.

Idem.

Nondum natus eram, cum me mors abstulit atrox:
Et me natalem mors rapit ante diem.

Idem.

Terga super matris, subiecto in corpore quidam
Findere perpetuo lingua solebat homo.
Ni fallor, nimium, dices, fuit impius iste,
Sed bene si noris, dixeris esse secus.

Eua.

Virgo fuit, cui vix dedit vna diecula vitam,
Cum nupsit pulcro non temerata viro.
Vt decies plenos Phœbe reparauerat orbes,
Coniugii casti pignora grata dedit.
Et prius excessit vita, quam nata fuisset.
Hæc res offertur coniicienda tibi.

Idem Germanice.

Ein Jungfraw eines Tages alt/
Nam einen Mann gar wol-gestalt.
Ehe dann vorgieng ein Jahr/
Sie jhme ein Kind gebahr/

Vnd starb ehe sie war gebohrn/
Ihr Leib vnd Sehl ist vnuerlohrn.

Cain.

Dic mihi, quis quantam totius perdidit orbis
Partem? cuius erat tam scelerata manus?

Melchisedechus ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ.

Dic mihi, quis potuit nullos habuisse parentes,
Cui genitor nullus, nullaq; mater erant?

Arca Nohæ.

Dic mihi, quæ fuerit quondam ditissima nauis,
Sola quæ vexit totius orbis opes?

De eadem.

Voce sua mundum totum repleuit Asellus:
Dic vbi tam grandes edidit ore sonos?

Enoch & Elias,

In superas mater pueros nos edidit auras:
Et sumus humana conditione sati.
Nil tamen immites in nos potuere sorores:
Nil in nos habuit mors quoq; iuris atrox.
Viuimus, & similis veniat tibi vita, precamur,
Nomina si nescis nostra, require cito.

Lamechus Bigamus.

Dic quis terrigenas fuit audacissimus inter,
Qui faceret, cuius perpauci exempla sequuntur.

Iacobus & Esau.

Inclusi fueramus adhuc in corpore matris:

Iamdudum inter nos gliſcebant horrida bella,
Difficiles inimicitiæ, pugnæque cruentæ.

Lothi vxor in ſtatuam ſalis conuerſa.

Dic, quis peccauit contra præcepta Tonantis
Alma Dei: & tandem ſuperis conceſſit ab oris:
Nec tamen exeſum eſt aliqua putredine corpus?

De eodem Alcimus.

Non facile neſſes, vitrum, lapis, anne metallum eſt
Succedens homini, niſi ſal guſtu indicet ipſo.

Samſonis maxilla Leonina mellea.

De forti, mirum eſt, dulcedo prouenit ingens:
Suauis & egreditur de comedente cibus.

Aliter.

Quod vorat, atq; dapes ingenti ingurgitat ore,
Ex quo prodierit copia multa cibi:
Omnia quod longe præſtanti robore vincit,
Fluxerit e cuius dulcior ore fauus?
Hæc mihi qui recta problemata ſoluerit arte,
Huic ex regali Syndone veſtis erit.

Dauid Goliadi occiſor.

Cædo quis vnius proſtrauit millia centum;
Inq; vno fecit tot periiſſe viros.

Ioannes Chriſti Baptiſta.

Poſtulat a ſeruo Dominus cœleſtia iura,
Cum res in famuli non foret illa manu.
Præſtitit officium, Domino poſcente, miniſter:
Idque ſupra vires (dic mihi quid ſit?) erat.

Christus, Ioannes, Hieronymus.

Infantes quum nos vtero prodiuimus ipso,
Vita prius nobis sanctificata fuit.

Iudas Christi proditor.

Dic, quis certa Dei promte mandata peregit:
Dumq; hæc exsequitur, damnatio contigit illi?

Pilatus Iosepho Christi corpus concedens.

Vir bonus & iustus, veræ pietatis amator,
Orabat reprobum supplice voce virum,
Quodq; petebatur, toto præstantius orbe
Munus erat: dedit hoc improbus ille probo.

Muri Hierechuntini.

Dic mihi, sublimes vbi Musica diruit vrbes,
Destruxitque grauis mœnia magna sonus?
Concentu vario, magno clangore tubarum
Sunt æquata solo, mœnia firma prius.
Vtq; solet validas diffindere machina muros,
Sic saxa e sonitu dissiliere tubæ.

Κάπηλος siue Caupo vinum spurcans aqua.

Omnibus ex gestis Domini, quæ vina vocantur,
Quid quæso est hominum gens imitata magis?

Lacrymæ piorum.

Quæ, precor, e terris rutilum conscendit Olympum
Vnda, vel illabens cœlica regna subit?

Lacrymæ pœnitentium.

Dic quibus est vndis vis, atq; potentia maior,
Si modo Cumææ pectora vatis habes?
De Sinuessanis quid fama notius vndis?
Quis tantum in fluuiis crederet esse boni?
Fœmina si sterilis latices gustauerit illos,
Quæ cupit, illa breui pignora mater habet.
Quem furor exagitat, si vir potauerit inde,
Protinus incolumi pectore sanus erit.
Insula in Ænaria sentit medicamen aquarum,
Corpora qui lædit calculus ægra nimis.
Albula vulneribus & plagis hausta medetur:
Auctoris Plini sit modo certa fides.
Cuius & articulos distorquet dira podagra,
Auxilium Cydni flumina ferre putant.
Ambracia est tellus, vbi latum extenditur æquor:
Actæum populi, Leucadiumq; vocant:
Captus amore graui, scopulis qui desilit istis,
Audet & in medias mittere corpus aquas:
Ille Iugum Veneris ponet, durumq; furorem
Abiiciet: demens excutietur amor.
Omnibus his aliquam noui magis esse potentem
Lympham, qua cœli ianua clausa patet.
Dic rogo, cur toties descendit ab æthere nimbus,
Grandoq; de cœlis sic sine fine cadit?
Mortales quoniam nolunt sua crimina flere,
Cœlum pro nobis soluitur in lacrymas.

Μίσητις ἀνθρώπου.

Dic

Dic mihi, quid reputas inter miracula tanta
Maius, quod Domini fecerit alma manus.

Mens & cogitatio hominis.

Dic mihi, quid paucis quanis loca permeet horis,
Quicquid Sol oriens conspicit, atq; cadens.

Lingua.

Abstrusum est aliquid, cœcis latitatq; cauernis.
Viuit vt in vasto bestia sæua specu.
Ex Pario validum circumdat marmore septum:
Munitus vallis aggeribusq; locus.
Egreditur nunquam, nec limen prosilit extra:
Quo minus hoc possit, vincula firma vetant.
Hic fremit, vt resonat ceu cum sublimibus antris
Continet Hippotades flamina clausa Deus.
Hoc inimicitias, bella, iras, iurgia, cædes
Excitat, ingeminans quicquid vbiq; mali est.
Hoc cœlo terram commiscet & ignibus vndas:
Reddit & in priscum cuncta redacta chaos,
Coniungit rursus, sociat, noua fœdera pangit,
Vt pax in cunctis floreat alma locis.
Efficit obtineant vt certum iura vigorem,
Componunt lites, iurgia quæq; secat,
Nil vsquam melius, nil est præstantius illo:
Nil etiam peius, deteriusq; manet.

Cutis humana.

Humani potius quid censes corporis esse,
Aut melius? dictis sit mora nulla tuis.

Mammilla.

Paruum est effigie, ceu candida mala rotunda,
Quo tamen haud dubie pascitur omnis homo:
Non coquitur, nullo prorsus maceratur in igne:
Hoc sine vix ulli vita salusque foret.

Venter.

Omnia cum turgent amplexu vascula pleno:
Tum multo maius pondus habere solent.
Mobilia hæc fient, eademque leuissima, cernes,
Si nihil, in vacuis quod teneatur, erit.
Verum nos aliquod vas mirum nouimus esse,
Nil onerosius est, donec inane vacat.
Sed leue distentum est, & quauis parte refertum
Nil grauius, si non, quo repleatur, habet.

Virgo.

Virgo decens plexam vario de flore corollam
Cum gestes, sertis pulcrior ipsa tuis:
Dic mihi, quis serto medius videatur in isto
Tam multas inter flosculus esse rosas?

Virgo prægnans & lactans.

Ingenua iuuenis connubia virginis ambit:
Illa suo sponso talia verba refert.
Si, quod non habeo, poteris præbere roganti,
Quod nec habes in te, tu nec habere potes:
Accipe daq; fidem, sit & hæc tibi dextera testis,
Annuo iamdudum, polliceorque thorum.

Cimone Romana.

Filia

Filia cuius eram, genitrix sum deniq; facta:
Ipse pater natæ cœpit modo filius esse.
Restitui matri, quo erat hæc priuata marito:
Vita per ingentes illi est percepta columnas:
Sic ego detinui mortem cunctosq; fefelli.

Sol, Luna, Ventus.

Tres ego Cyclopum vidi de gente vetusta,
Maiestas inerat pene tremenda viris.
Non ego, ceu quondam veteres lusere Poetæ,
Scripta meis chartis prodigiosa dabo.
Crede mihi, multo terrena mole fuerunt
Maiores: subito nam loca cuncta replent.
Exantlare graues vidi & sine fine labores,
Dissimile his votum, par labor vsque fuit.
Quam cuperem fusis noctem complectier alis,
Quod sub vtroq; polo est cernere, primus ait.
Proximus, o vtinam nox cederet humida cœlo,
Et veheret nitidum Bosphorus ipse diem.
Tertius, ah (inquit) nulla intermissio nobis,
Non cessare licet, nec datur vlla quies:
Sit licet irradient Titania lumina mundum,
Aut fuscos Phœbe candida ducat equos.

Radius Solaris.

Per medias recto decurrit tramite syluas:
Saxaq; propositum nulla morantur iter.
Non hoc præcipites anfractus sistere possunt,
Qua pergit, nec res impedit vlla viam.

Arbor [a] *in hoc ſeclo generatur, quæ duodenis*
Frondibus [b] *ornata eſt, & redimita nimis.*
Quilibet at ramus decies ternos quaſi nidos [c]
Suſtinet. in nido ſex quater oua [d] *cubant.*
Naſcitur ex ouo quouis auis vna, duabus
Et ſexaginta vocibus [e] *vſq; canens.*
Cãdidus [f] *attondet, niger* [g] *& mus* [h] *omnia: donec*
Murem, oua & nidos Catta proterua voret.
[*a* Annus. *b* Menſes 12. *c* Dies 30. *d* Horæ 24.
e Min. 60 *f* Æſtas. *g* Hyems. *h*. Fatum.

Ciſioianus in pollice humano,

Inflexos vnus per calles quattuor ibat
Condita peruadens, multipliceſq; ſinus.
Illic bis ſeni [a] *fuerant, circumq; ſodales*
Bis bini [b] *obſeſſas qui tenuere vias.*
Pelluntur cuncti: ſupereſt vix vnus & alter:
Hæc etiam eſt ſocios turba coacta ſequi.
Intereunt omnes, ſed nec victoria paruo
Conſtitit, atq; hæc nunc annua pugna manet.
[*a* Menſ. 12 *b* Septim. 4.]

Horologium.

Vulnera multa gerit, diſciſſum eſt corpore toto:
Conſtrictum laqueis vulnera dura tenent.
Vt reſipiſcamus, nos tempore commonet omni:
Munia & ad vitæ dexteriora vocat.
Cum careat palmis, apprendit proxima quæq;
Quodq; opus eſt, tactu callidiore cupit.
Cumq; pedes habeat nullos, quacunq; mouetur,
Hinc illinc, vltro permeat, atq; cito.

Eru-

Erudit atq; docet mortalia pectora multum,
Crescat vt æterni gloria magna Dei.

Solis vmbra.

Dic mihi, quod quæro, merces te digna manebit:
Nunc aliquid nihil est, & nihil est aliquid.

Vmbra.

Res vna in pelago, & telluris in omnibus oris
Nascitur ac oriens est maxima, deficiensq;:
In medio vitæ nimium quam parua vigore

Resp. *Mane cadit crescens, & vespere grandior vmbra.*

Sphæra, siue globus.

Principioque & fine carens, sine lumine vitæ,
Peruadit celeri mobilitate viam.

Æramentum.

Sudore immenso superas peruenit ad auras:
Visceribus terræ delituitque diu.
Pertulit in rapidis immensa pericula flammis:
In mala post etiam hæc deteriora ruit.
Suspensum æthereâ, & nudum regione videtur:
Cogitur & pulsus hic tolerare graues.
Obruitur saxis, crebro pertunditur ictu:
Quoslibet hoc misera voce mouere cupit.
Cum duplicet gemitus, & planctu verberet astra,
Pectora nullius flectere dura potest.

De eodem.

Quo magis attrahitur, vel vi maiore mouetur:
Longius hoc refugit, sed tamen vsque redit,
Nil refert, cesses interdum, siue labores:
Efficit hic etiam, quod labor, ipsa quies.

Gallus in fastigiis templorum.

Excelso volucris versatur in aere quadam:
Huic similis quæ sit nulla sub orbe viget.
In mediis huius natæ sunt ignibus alæ:
Orta est e flammis: æthera deinde subit.
Septenos vasto degluberet ore iuuencos:
Hanc si corriperet non satianda fames.

De eodem Ænigma Germanicum.

Ein Vogel hoch schwebet/
Der nicht als andere lebet/
Nach keinem Thun strebet/
Sich in allen Winden erhebet/
Vnd wann die wüten/
Muß er dann fleissiger hüten/
Wechst in Fewrsglüten/
Darff nicht als andere brüten/
Er zeugt nicht Jungen/
Der nie sein Tage gesungen/
Wird doch gedrungen/
Das oft mit Schalle geklungen/
Er braucht kein essen/
Wird auch von keinem Thier gefressen/
Kanst jhn nicht messen/
Weil er dir ferne gesessen.

De eodem.

Dic mihi, quis tota sublimior eminet vrbe,
Despicit excelso mœnia tuta loco?

Ciconia.

Culminibus ponit summis sua tecta casarum:
Porrectum est collum: cruraq; longa rubent.

Est croceum rostrum, niueaq; in corpore pluma,
Oua etiam ponit, dic mihi, quæ sit auis?

De eadem.

Dic, inter volucres quæ sit iustissima cunctas,
Quæque gerat mentis symbola certa pia?
Dum canit, Archita crepitacula stridere dicas,
Nulla etenim blanda carmina voce sonat.
Sed mens prouida inest volucri, atq; memoria longa,
Temporis hac sese pro ratione gerit.

Cuculus.

Dum glacialis hyems terras exasperat omnes,
Sum nuda atque cubo positis a corpore plumis.
Torrida quum primum meliorq; reuertitur æstas,
Velatur corpus pennis ac membra teguntur,
Et sobolis nostræ curam vir suscipit alter.
A proprio cantu possunt me noscere cuncti,
Et si iam canerem, scires, sed dic mihi, quæ sim?

Eodem modo Germani.

Im Winter auß im Sommer an/
Mein Kind ernehrt ein andern Man/
An meiner Stimm da kent man mich/
Rath du wer bin ich?

Idem, ex vita Æsopi.

Frigore digredior, redeunte calore reuertor,
Desero, quod peperi, hoc tamẽ educat altera mater
Quid tibi vis aliud dicam, me vox mea prodit.

Picus.

In matutino consistere rore videtur,
Apparet facies virgine digna quidem.
Sithoniam candore niuem, viridique colore
Splendorem exsuperat, clare Smaragde, tuum.
Sunt quoq; nonnullæ picea nigredine partes,
Tu si scire potes, dic mihi, quæ sit auis?

Apis.

Optima quæ sit aues inter, mihi quæso recense,
Ex qua sed fiant fercula nulla tibi.
Non torrere veru poteris, vt cetera ad ignem,
Non erit elixa hinc, nec caro frixa tibi.

Canis, fur.

Quadrupes est aliquid, subito quod sustulit vnus
Cui pes erat, venitque bipes non tempore longo,
Corripit hic tripodem; iaculatur quadrupes illo.

Mus.

Exigua contenta domo, semperque patente,
Non metuo fures, alii sed furta timori
Sunt mea, tota mihi nam furto degitur ætas.
Nomen scire cupis, numeri tres dant mihi nomen.
Quadraginta horum est centum bis summa quaterque,

M. 40.
V 400.
S 200.

Erinaceus & Vulpes

Quod

Quod multas animal fraudes, rogo, nouit & artes,
Vt vitet variis dura pericla modis?
Et quod pro multis facit vna industria tutum,
Et solam scit, qua se tueatur, opem.
Vna quidem sed quæ sit præstantissima longe,
Est maior cunctis artibus illa tamen.

Limax siue Testudo.

Ede, quis rex est galea tremendus,
Tectus est scuto simul & thorace,
Res tamen nullas temere administrat
Impete vasto.
Sed facit quiduis sapienter, vt sit
Regibus cunctis sapientiæ instar,
Rex prius nunquam, memini, quod ille
Sit tibi visus.
Hunc simul cernas videasq; prima
Fronte; tunc nomen, proauos, genusq;
Regiam, mores, studium, labores
Noueris huius.

Aliter.

Sublimi quidam diademate vertice gestat,
Hæc illum regem res satis esse notat.
Est panoplia passim munitus Achillis.
Circuit & validus mollia membra thorax.
Arce sua regnat, solus dominatur in aula,
Ferre nequit socium participemq; domus.
Festinat lente, Cunctator rebus agendis,
Dum nihil hic prorsus præcipitanter agit.

Mira sed est illi sapientia rebus agendis,
Omnia prudenti perficit ille mora.
Illius nunquam tibi si conspecta fuisset
Maiestas, facies, forma, colorq; decens,
Attamen hunc prima liceat si fronte videre
Aspectu tanti cum potiare Ducis,
Regis erunt dicto citius tibi nomina nota,
Cum proauis ipsis stemmata clara scies.
Qua natus patria, poteris hinc certior esse,
Quaeq; sit augusta regia celsa domus.
Hinc genus & mores, studium vitaq; labores
Vt bene cognoscas, vna vel hora dabit.

Nauis.

Quacunq; ingreditur, cunctorum lumina fallit,
Semita qua fuerit, cernere nemo potest.

De eadem.

Est magnum & firmum, mercatus visere multos
Assolet, includens in se corpusq; animamq;,
Ambulat & super hac viuos, & portat eosdem,
Consilii iccirco multum sibi poscit & artis,
Vt vitet rapidi infinita pericula fati,

Porrum.

Dic quorum porri foliis est vincta crumena,
Vt possis facili dissoluisse manu?

Solutio.

Insano quisquis fuerit correptus amore,
Marsupium porro colligat ille suum.
Vix vnquam claudit loculos, sed largius aque
Quamuis exiguas promit amator opes.

Nam

Nam præbere solet fomenta libidinis aurum:
Et friget præter Bacchica dona Venus.

Fluuius.

Quamuis addideris centum vel plura talenta,
Crescit, & augetur res tamen ipsa nihil.
Si totidem demas, neq; tunc decrescere cernes,
Sic dilatari diminuiq; nequit.

Idem.

Temporibus citius nocturnis currere constat,
Quam cum clara dies nitido se protulit ortu.

Fluuius concretus.

Heu mihi, quid monstri est, quanta hæc mutatio facta!
Stat fixum, paulo quod currere vidimus ante,
Diriguit subito, quo non est mollius vllum,
Debile quodque prius cessit, nunc ecce resistit,
Fortia ceu validi circumdant oppida muri,
Insuper in paruum numerum sunt multa redacta.

Ros, pruina.

Dic mihi quæ cunctis est latior omnibus vnda,
Quæ tamen esse potest nulla profunda minus?
Latius æquorea protenditur Amphitrite,
Vix puto te nudos tingere posse pedes.

Sol.

Thetyos æquorea loca permeet omnia quamuis,
Humectatur ab his nunquam fluuiisq; madescit.

Nola vaccina.

Transit aquas, nec eas medio degustat in æstu.

Sal Ammoniacus.

Est condimentum, quod vincit aromata cuncta,
Vilius est aliis, meliusq; fateberis esse,
Si rem perpendas animo, ceu condecet, omnem.

Ouum.

Cellula parua iacet splendens candore niuali,
Hunc aditum præbet ianua nulla tibi,
Nulla fenestra patet, teres atq; rotunda videtur,
Marmoreo cincta est aggere tota domus.
Attamen & viuum quiddam generatur in illa,
Cui verum corpus redditur, atq; caro.
Prouenit & quæstus multis vberrimus inde,
Hinc quoq; non pauci, quo satientur, habent.

Vitellum oui cum albugine.

Est rubeum, sed & hoc album circumfluit æquor.
In niue ceu media sphærula flaua iacet.
Lucet vt obrizo quæ gemma includitur auro
Vnio, vel si quam sectile claudit ebur.
Vndiq; conspicitur pulcro munimine cinctum,
Humanas melius vix puto posse manus.

Quercus.

Cum mea firma forent, & belle membra valerent,
Pascebam viuos corpore sæpe meo.
Verum vt corripuit nostrum mors pallida corpus,
Curro super viuos, quoslibet ipsa gero.

De eodem.

Quondam dum valui, dum viuere fata dederunt,
Plurimus in vegeto corpore succus erat.

Vsus

Vsus erat nostri: viuis alimenta ferebam:
Multis de nostro corpore pastus erat.
Postquam gens hominum validis me perdidit armis,
Pluribus officiis hos mihi demereo.
Namq; sine auxilio non possent viuere nostro,
Quorum protegitur nunc ope tutus homo.
Praetereaq; super viuos mihi semita trita est:
Ipsa hominem, qua non est potis ire, gero.

De eodem.

Donec viua fui, viuentia corpora paui:
Immensaq; cibos fertilitate tuli.
Officiosa magis iam mortua, baiulo viuos;
Et curuo viuos ambulo ventre super.

Arbutus.

Dic, quid multa sinu circumfert saxa tumenti,
Et socios inter cernitur vsq; suos.
Purpureo ante alios latum se iactat amictu:
Vrbibus excessit, ruraq; grata colit.
Non est, quod metuas, nisi tu prior ipse lacessas:
Hoc facturo, instant multa pericla tibi.

Es hat sein Busen voll Steine/
Wirdt gefunden selten alleine/
Hat ein rothes Röcklein an/
Thet manchem nichts/ließ ers stahn.

Bottus.

Dona mea Veneri, sed non vulgaria, misi:
Primula callidior qua sibi finxit amor.

Namq; ferenda dedi dulcissima vina puellæ:
Sed mihi vas nullum, quo caperetur erat.

Dolium vini.

Ad nos descendit qui de regione superna,
Plurima tunc illi, quæ pateretur, erant.
Hic vim Mulciberis sensit, modo frigora dura,
Sæpe graui mixtas pertulit imbre niues.
Nataliq; diu haud potuit requiescere terra:
Abstractum e gremio deniq; matris abit,
Diuulsumq; procul peregrinas fertur ad oras:
Sæpe vehunt homines, brutaq; sæpe trahunt.
Ærumnas tolerat tantas, perfertq; labores;
Siue super ligno siue recumbit humi.
Exiguo hinc pretio ter deno venditur asse:
Et captum corpus vincula dura ligant.
Verberibus crebris, valido pulsatur & ictu:
Ex his inq; alium ducitur vsq; locum.
Confossum latus est, & vasto vulnere apertum:
Et multis plagis cetera membra patent.
Dissecuit misere totum vis ferrea corpus:
Et cute membra vides iam spoliata sua.
Inde salutaris bona copia profluit vnda,
Et fons præ cunctis nobilitatus aquis.
Abstrusum est, non hoc oriens Sol lampade clara,
Non videt occiduis dum iuga condit aquis.
Plurimus vsus inest; si quis moderatius vti
Nouerit, hunc mira commoditate beat.

Nux iuglans.

Aeria quædam res in regione moratur:
Eminet exstructas & super illa domos.

Cerni-

Cernitur effigie parua, ceu masculus audax,
Verum est Sithoniæ candida more niuis.
Flaua simul, gratumq; virens, ceu gramina læta,
Iam nobis, quid sit, dicere credo potes.

Es stehet hoch ob dem Hauß/
Hat die größ als ein Mauß/
Ist süß wie Honigseim/
Bitter wie Gall in gemein.

Idem paulo aliter Germanice

Ist weiß wie der Schnee/
Vnd braun wie der Klee/
Grün wie das Graß/
Sag guter Freund/was ist das.

ἄοινος μέθη Tonstrina.

Dic quibus ebrietas tibi concilietur in oris,
Quamuis accipias pocula nulla meri?

Balneum & Tonstrina.

Quid plus quam media terrarum parte geratur,
Qualibet & terra quid sit, & vrbe noui.
Quisquis scire cupit, quo non ambagibus vllis
Vt vagus innumeras permeo & erro vias.
Vnde petat, dicam tractu breuiore locorum.
Sed prius hoc nobis, si potes, ipse refert.

Organum Musicum.

Cum leuibus pugnāt nunc pondus habētia magnū,
Hæc duo si iungas, poterit facile vnus & alter
Auxilio paruo compescere millia multa,
Vt quæcunq; voles modulentur carmina victi.

Syngrapho obſignata.

Res eſt parua quidem, magna tamen arte parata,
Artificis docti eſt hæc data forma manu.
Conſpicitur ſemper poſito velamine nuda,
Res operit magnas, continet atq; tegit,
Nec pes, nec manus eſt, tamen omnem permeat orbem;
Et multum cunctis eſt veneranda locis.
Iura fidemq; colit, verum conſeruat & auget,
Inſidias prohibet, ſupprimit inde dolos.
Expugnat falſum, didicit componere lites,
Pacificis ſedat bella cruenta modis.
Hæc inimicitias, iraq; incendia tollit,
Mortali generi commoda magna ferens.
Voce caret, tantum nutu res perficit omnes,
Et tanta inuitus robora ſolus habet.

Penna ſcriptoria.

Dum mihi vita fuit fragilis, tenuiſq; manebam;
Et multa corpus debilitatis erat.
At cum me rapuit matris de corpore fatum,
Inualui, & cœpi firmius eſſe ſimul.
Congrego diſperſum varie lateq; popellum,
Conuentus celebres non ſemel ergo dedi.
Conſul, eques, plebs & mercator, nauita, caupo
Me cupiunt, vti qui nequit, ille dolet.
Purpureos inter commercia plurima reges,
Sunt mihi, quos ſocio diſſocioq; ſimul.
Nunc pro iuſtitia, multo conamine pugno,
Infero virtuti ſæpe, boniſq; manus.

Pre-

Protegitur nostra rectum virtute bonumque,
Supprimiturq; meis viribus omne pium.
Illi lætitiam genero, & bona gaudia porto,
Prouenit huic grauior, me faciente, dolor.

Pluma.

In campis ægre iaceo atq; patentibus aruis,
Me bene conclusum scrinia parua tenent.

Papyrus scripta.

Seminibus variis est exornatus agellus,
Præteriens populus, quæ sint ea semina nescit,
Felix, qui videt, & fructus intelligit istos.

Literæ vocales & consonantes.

Bis venere nouem iuuenes ad mœnia nostra;
Ex aliis, huc ad nos rediere, locis.
Conspicui forma, pariles florentibus annis,
Attamen his minime par decor oris adest.
Nil est, egregiæ quod dicas deesse cohorti,
Quam quod non potis est edere lingua sonos.
Non illis vox est, sed secum quinq; sodales
Ducunt, ex his, vt verba loquantur, habent.
Submoto nullum dicunt interprete verbum,
Orbe sed est toto gloria magna virum.

Idem Germanice.

Ein wunder ding das ist/glaublich hab ich vernommen/
Es seyn achtzehen frembde Gesellen in ein Land kommen/
Zumal schön vnd seuberlich/
Doch keiner dem andern gleich/

Sie haben allerding kein gebrechen/
Dann daß jhr keiner kein Wort kan sprechen/
Vnd soll man sie dann verstahn/
Müssen sie fünff Dolmetscher han/
Ohne welche man sie nicht versteht vmb ein Wort/
Vnd sind der Welt zumal ein grosser hort.

Literæ numerales.

Plura characteres qui nobis commoda præstent,
Dic mihi, qui rursus plurima damna ferant?

M. Litera.

Intrant bisseni sub tecta adaperta recepti,
Turba ruit foribus, per quas intrauerat omnis,
Excepto quodam septum qui clauditur intra,
Emittiq; nequit, si non sit ianua clausa.
Namq; per ille fores non egredietur apertas,
Euolat, obiicias si dura repagula tecto.

Y, Litera.

Quæ neglecta iacet contemtu litera multo,
Præ reliquis longe suspicienda notis,
Indignum sortita locum, sub fine tenetur,
In se comprendit mystica multa tamen.

Glomus filorum.

Non pugno est maius, credo; mirabere cernens,
Quattuor in montem vix traheretur equis.

Gluten.

Dic mihi, quod minimum est, quo vix est firmius vllum,
Quod tamen occultum cernere nemo potest?

Fora-

Foramen.

Fit minus, adiicias si quid, si demseris illi,
Augetur; crescit diminuendo magis.

Terebra.

Dic mihi, quid penetrat mordendo viscera ligni,
Egrediensq; cacat cuncta vorata prius?

Securis rustica.

In syluas properat densas, & lumina retro
Torquet, nec quæ sunt præuidet ante pedes.

Lapis molaris.

Quem lapides inter pretiosos esse putatis,
Præferri vt cunctis non sine iure queat.
Qui vel Erythreao possit certare Smaragdo,
Qui flammas superet clare Pyrope tuas.

Nux vitiosa.

Est aliquid, quod si videas, finis vsq; iacere,
Et si non videas, sat scio, tollis humo.

Muscipula

Tempore nocturno plenum est, vacuumq; diurno.

Ahenum.

Dum lux est, plenum, sed fusca nocte cauatum
est.

Follis.

Est plenum & vacuum: par tempore pondus vtro-
que,
Et similis grauitas permanet vsq; rei.

Eques.

Cum primum auditur, terret, quo longius itur,
Atq; sonat semper, iuuat, auditurq; libenter.

Ephippium.

Sanguinem & carnem, gerit vsq; viuam
Tollitur rebus geriturq; iisdem,
Non habet carnem minimamue guttam,
Sanguinis ipsum.

Setaceum.

Quid Pelusiacum extremo fert corpore linum,
Sed sunt de membris inferiora suum.
Ex linguo cor est, sunt intima viscera lignum,
Hac est effigie visa Chimara, puto.
Non viget aut viuit, nec viuere fata dederunt,
Sed solet hoc viuos pellere sede sua.

Speculum.

Dic quibus in terris, quo mundi climate vixi,
Cum mihi, qua nunc est, forma colorq; fuit.
Non illic valles poteris, nec cernere colles,
Non est arbor ibi; gramina nulla virent.
Non illic habitant, qui possint ducere visam,
Nec degunt illis corpora vera locis.
Effigies hominum simulatas reddit & ora,
Quodq; aliis prabet, non dabit ipsa sibi.

Mensa strata.

Robora cum sese findunt, & ab arbore iuncta
Arbor abit, quando condita ligna patent.

Tunc

Tunc stomachus fremitu noster latrante quiescit,
Et sperata diu gaudia venter habet.

Superceruicale.

Ventre domi posito, se nota ad flumina confert,
Et velut abiecto corpore, pellis abit.

Somnus.

Quando par claris plebs redditur ipsa Tyrannis,
Cum domino seruus diuite certat inops,
Dulichius Lydis æquus fit regibus Irus,
Et Crasso Codrus vix eget ipse magis:
Tunc miser & felix nullo discrimine distant,
Nil inter prauos discrepat, atq; bonos.

Fortunatus & infortunatus dies.

Sunt gemini fratres; eadem est ambobus origo,
Sunt vna pariter de genitrice sati.
Perpetua hos inter gliscit discordia, sicq;
Concordant nullo conueniuntq; modo.
Alternis igitur placitum est regnare diebus,
Alternis viuunt, imperiumq; tenent.
Non sic Ledæi iuuenes sibi tempora certa,
Aut vitæ, aut nigræ constituere necis.

Atri & albi diei imperiũ.

Vita humana.

Est aliquid, quo nil pretiosius arbitror esse,
Possidet hoc quidam, fruiturq; ad tempus eodem.
Ast habuere alii; priuati munere tanto
Mœrent, & tenebris latitant caligine densis:
Tertia pars nunquam vidit, nec contigit illud,
Nec bona, nec mala, quæ veniunt, cognouit, in illo,
Qui nunquam accepit, felicior omnibus ille est.

Homo.

Eſt madidum & ſiccum, pollet iuuenilibus annis,
Et premitur ſenio, formaq; pulcra nitet.
Deforme eſt etiam, bis denaq; cornua geſtat,
Tu, monſtri quid ſit, ſi potes, ede mihi.

Virginitas.

Nunc eſt, nuncq; perit, nulloq; reuertitur æuo,
Non redit, vt peſſum lux hodierna dedit.

Senectus.

Omnia flammiferi quæ circuit orbita Solis
Complector, nil non capio, me cuncta ſubintrant
In terris quæ ſunt mortali ſemine nata.
Te quoq; iam capto, fugies mea retia nunquam,
Inſidiaſq; tui tu non intelligis hoſtis.

De eadem.

Omnia proueniunt vnde, ad quod deniq; tendunt,
Incipit hic, ſed res finitur qualibet illic.

De eadem.

Me cupit omnis homo, nemo non odit adeptus,
Iam magni fio, iam floccipendor iiſdem.
Me reputant aliqui magnum & venerabile quid-
dam;
His vbi contigero, vitioſa vix nuce dignum
Ducunt, & dictis iam deteſtantur acerbis.

Senes.

Dentibus innixi qui poſſunt figere greſſus,
Qui firment illis ſuſtineantq; gradum?

Capulus. Loculus.

Qui manibus compingit opus, non indiget illo,
Quiq; emit, hoc vti non vult, quiq; vtitur ipso,
Ignorat, quamuis habeat, tu solue, quid hoc sit.

Idem Germanice.

Was ist das für ein Ding/
Einer ders sihet/der begerts nicht/
Vnd ders macht/bedarffs nicht/
Vnd ders kaufft/wils nicht/
Vnd ders darff vnd braucht/ weiß es nicht.

Aliter.

Est angusta vni: tribus ampla, sed apta duobus:
Res mihi mira, rei dic quid id esse potest?

Arcanum.

Angusta est vni, bene conuenit atq; duobus,
Lata nimis, res cum sit manifesta tribus.

Nomenclatura.

Omnibus appendet rebus, cunctisq; cohaeret,
Hoc sine, quid sit res, noscere nemo potest.

ÆNIGMATA MISCELLANEA VARIORVM ET DIVERSORVM auctorum.

DEC. AVSONII MAGNI ÆNIGMATA.

Ad Theonem Grammaticum.

AVt adsit interpres tuus
Ænigmatum, qui cognitor
Fuit meorum, cum tibi
Cadmi nigelli filias,[a]
Melonis albam paginam,[b]
Notasq; furuæ Sepiæ,[c]
Gnidiosq; nodos prodidit.
Nunc adsit, & certo modo
Præsul creatus literis,
Enucleabit promtius,
Quod militantes scribimus.

[*a* Literæ. *b* papyrus. *c* atramentum. *d* pennæ.]

Litera ʋ.

Vna fuit quondam, qua respondere Lacones
Litera, & irato regi placuere negantes.

Hermaphroditus.

Mercurio genitore satus, genitrice Cythere,
Nominis vt mixti, sic corporis Hermaphroditus,
Concretus sexu, sed non perfectus vtroq;,
Ambiguæ Veneris, neutro potiundus amore.

De quo & Ouidius ſic:

Nec duo ſunt, ſed forma duplex; nec fœmina dici,
Nec puer vt poſſit, neutrumque & vtrumque videtur.

De tribus inceſtis.

Tres vno in lecto, ſtuprum duo perpetiuntur,
Et duo committunt: quattuor eſſe reor.
Falleris: extremis do ſingula crimina: & illum
Bis numeres medium, qui facit & patitur.

Echo.

Vane quid affectas faciem mihi ponere Pictor,
Ignotamq; oculis ſollicitare Deam?
Aeris & linguæ ſum filia, mater Inane,
Iudicii vocem quæ ſine mente gero.
Extremos pereunte modos a fine reducens,
Ludificata ſequor verba aliena meis.
Auribus in veſtris habito penetrabilis ipſa,
Et ſi vis ſimilem pingere, pinge ſonum.

Aliter.

Aeris & linguæ ſum filia: Mater Inanis:
Iudicii vocem quæ ſine fine gero.
Extremos pereunte modos a fine reducens,
Ludificata ſequor verba aliena meis,

E Græco.

ἠχὼ μιμολόγον, φωνῆς τρύγα, ῥήματος οὐρήν,
Sum ſermoniſequa, ac vocis fex, caudaq; verbi.

STATII PAPINII.

Sphyngis Ænigma de Homine.

Oedipodionia domus ales, Sphynx fera quondam
Pallentes erecta comas, subfusaq; tabo
Lumina, concretis infando sanguine plumis,
Relliquias amplexa virum, semesaq; nudis
Pectoribus stetit, ossa premens, visuq; trementes
Collustrat campos; si quis concurrere dictis
Hospes inexpletis, aut cominus ire viator
Audeat, & diræ commercia iungere linguæ.
Illa etiam thalamos per certa ænigmata quærens:
Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes omnia solus.

De eodem Ænigmate, Ascensii.

Quod pedibus binis animal meat absq; ruinis,
Et sumtis ternis, post claudicat, atq; quaternis.

Aliter.

Sphynx dedit ænigma hoc, quadrupes quæ bestia quondam,
Deinde bipes fieret, tandem eademq; tripes.

And. Alciati.

Quod monstrum id? Sphynx est, cur candida virginis ora;
Et volucrum pennas, crura leonis habet?
Hanc faciem assumsit rerum Ignorantia, tanti
Scilicet est triplex caussa & origo mali.
Sunt quos ingeniũ leue, sunt quos blanda voluptas,
Sunt & quos faciunt corda superba rudes.

At

At quibus est notum, quid Delphica litera possit,
Præcipitis monstri guttura dura secant.
Iamq; vir ipse bipesq; tripesq; & quadrupes idem,
Primaq; prudentis laurea, nosse virum.

Anonymi.

Terram animans quadrupesq; bipesque habet, vnius oris,
Et quandoq; tripes, genium mutabile solum
Omnium, humi quæ sunt, perque æthera, perque profundum,
Pluribus at properum pedibus cum insistere cœpit,
Destituit vigor infirmos euanidus artus.

Oracolum Apollinis de Christo.

ἦν ζεὺς, ἐστί τε νῦν ζεὺς, κ' ἔσσετ' ἀεὶ μέγας ὁ ζεὺς.
Ante fuit, nunc est, & erit magnus Iona semper.

AVRELII PRVDENTII.

Maria, semper virgo mater.

Incomperta ortus nouitas. en! innuba virgo
Nubit Spiritui: vitium nec sentit amoris:
Pubertas signata manet, grauis intus, & extra
Incolumis florens de fertilitate pudica
Iam mater, sed virgo tamen, maris inscia mater.

Eiusdem Prudentii.

CHRISTVS AGNVS.

Agnus vice mirifica
Ecce leonibus imperat:

Exagitansq; truces aquilas
Per vaga nubila, perq; notos
Sidere lapsa columba fugat.
Tu mihi Christe columba potens.
Sanguine pasta cui cedit auis,
Tu niueus per ouile tuum
Agnus hiare lupum prohibes,
Subiuga tigridis ora premens.

Fortunati Stephanus.

Fundatus virtute Dei, de morte triumphans,
Excepit lapides, cui petra Christus erat.

De eodem Aratus.

Et per tot lapides petra coniungitur vni.

Saty. 13. M. Iuuenalis.

Quantum distent nauigantes a morte.

I nunc, & ventis animam committe, dolato
Confisus ligno, digitis a morte remotis,
Quattuor, aut septem, si sit latissima tæda.

*

Tam prope mors vrget, quam prope cernis aquam.

Baptistæ Mantuani. Geryones.

Fallor? an hi duo sunt? duo sunt, pluresq; duobus:
Hi duo, & hi plures sunt tamen vnus homo.

Peccatum.

Hoc contra certare caue: contendere vinci est,
Vincere terga dare, & retro vestigia ferre.

CL. CLAVDIANI.

Locuſta.

Horret apex capitis;medio fera lumina ſurgunt
Vertice,cognatus dorſo dureſcit amictus,
Armauit natura cutem,dumiq; rubentes
Cuſpidibus paruis multos acuere rubores.

Hiſtrix.

Aſſimilat porcum,mentita cornua ſetæ
Summa fronte rigent,oculis rubet igneus ardor;
Parua ſub hirſuto catuli veſtigia dorſo.
Hanc tamen exiguam miro natura tueri
Præſidio dignata feram,ſtat corpore toto
Sylua minax,iaculiſq; rigens in prælia creſcit
Picturata ſeges,quorum cute fixa tenaci
Altera ſucceſſit,alternanteſq; colorum
Cincta vices ſpatiis intus nigrantibus exit
In ſolidæ ſpeciem pugnæ,tenuataq; furtim,
Læuis in extremum ſeſe producit acumen.

Torpedo.

Ipſa quidem mollis,ſegniq; obnixa natatu
Reptat,& attritis vix languida ſerpit arenis,
Sed latus armauit gelido natura veneno,
Et frigus,quo cuncta rigent,armata medullis
Miſcuit,& proprias hyemes per viſcera duxit.
Naturam iuuat ipſa dolis,& conſcia ſortis
Vtitur ingenio,longeque extenta per algas
Hac confiſa iacet:ſucceſſu læta reſurgit,
Et viuos impune ferox depaſcitur artus.

Si quando vestita cibis incautior ara
Hauserit, & curuis frenari senserit hamis,
Non fugit, aut vano conatur vellere morsu;
Sed propius nigra iungit se callida seta;
Et meminit captiua sui, longeq; per vndas
Pigra venenatus effundit flamina venis.
Per setam vis alta meat, fructusq; relinquit.
Absentem vectura virum, metuendus ab imis
Emicat horror aquis, & pendula fila secutus,
Transit arundineos arcano frigore nodos;
Victricemq; ligat concreto sanguine dextram
Damnosum piscator onus, prædamq; rebellem
Iactat, & amissa redit exarmatus habena.

Phœnix Lactantii.

Ipsa sibi proles, suus est pater, & suus heres,
Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi.
Ipsa quidem, sed non eadem, quia & ipsa nec ipsa est,
Æternam vitam mortis adepta bono.

Phœnix.

Par volucer superis, stellas qui viuidus æquat
Durando, membrisq; terit redeuntibus æuum,
Non epulis saturare famem, non fontibus vllis
Assuetus prohibere sitim, sed purior illum
Solis feruor alit, ventosaq; pabula libat
Tethyos, innocui carpens alimenta vaporis.
Arcanum radiant oculi iubar; igneus ora
Cingit honos, rutilo cognatum vertice sydus
Attollit cristatus apex, tenebrasque serena

Luce

Luce secat, Tyrio pinguntur crura veneno.
Anteuolant Zephyros penna, quas cærulus ambit
Flore color, sparsoq; super ditescit in auro.
Hic neq; concepto fœtu, nec semine surgit,
Sed pater est, prolesq; sui, nulloque creante
Emeritos artus fœcunda morte reformat,
Et petit alternam totidem per funera mortem.

M. VAL. MARTIALIS.

Ficedula.

Cum me ficus alat, cum pascar dulcibus vuis,
Cur potius nomen non dedit vua mihi.

Glis.

Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Amicus Ollæ. Martialis.

Aprum amat, & mullos, & sumen, & opera, non te
Tam bene si cœnem, noster amicus erit.

φιλομισοφιλία

Difficilis, facilis: iucundus, acerbus es idem:
Nec possum tecum viuere, nec sine te.

*

Insequeris, fugio: fugis, insequor: hæc mihi mens est
Velle tuum nolo, nolle tuumque volo.

Notarius.

Currant verba licet, manus est velocior illis:
Et vix lingua suum, dextra peregit opus.

PHILIPPI MELANCHTONIS.

Ex Aristotele.

Γυπαίετος ἔχει τῶν ἄλλων αἰετῶν
κακὰ πάντα, ἀγαθὸν δ᾽ οὐδέν.

Degener a reliquis aquilis Gypaetus esse
Dicitur, & timido pectore turpis auis.
Hanc formosa tamen Siren amat, inq; marinos
Accersit scopulos carmine blanda suo.
Scilicet vt fortis coruorum inde agmina pellat,
Et nisos nota de statione fuget.
Sed virtutis habet non tantum ignaua volucris,
Ipsis quæ coruis obuia præda venit.
Cur igitur venit huc? vt, si qua cadauera restant,
Dulichia quæ sunt de rate sparsa, voret.
Aut si Musarum volucres, Pegnesíde ripa
Arceat e scopulis deiiciatq; suis.

Eiusdem Ænigma de Colloquio Ratisbonense.

Angelus & Fossor iungentes fœdera Aratro,
Vincula cum tendunt imposuisse Ioui,
Luminis emunctor, Pistorq;, & Amator equorum
Tum tendunt vinclis eripuisse Iouem.
Liber enim cum sit, non fert bene Iuppiter illa,
Quæ sunt humana vincula facta manu.

Eiusdem Menus Franciæ fluuius.

Discite præcipue Solis motumq; viasq;,
Vos quibus est patrium Francia terra solum.
Namq; dies totus quot traxerit ambitus anni,
Id fluuii vestri vox bene nota sonat.

M	50.
E	5.
N	50,
O	70.
Σ	200.

Summa 365. dies.

ἐπίμετρον

PAVLI EBERI.

Nilus.

Hoc tibi monstrat idem fluuii vox Græca quotannis,
Post messem Pharii qui rigat arua soli.

N	50.
E	5.
I	10.
Λ	30.
O	70.
Σ	200.

Summa, 365. dies.

IOANNIS STIGELII,

Philomela.

Filia Regis eram, sancti studiosa pudoris,
Virgineis virgo nobilitata choris,
Eripuit linguam Tereus mihi; reddidit illam,
Non impune sinit qui scelus esse, Deus.

Nunc recolens canto diuina oracula legis,
Esse pudicitia iura colenda cano.
Inspiciens hominum studia, incertosq; labores
Facta noto, iusto prodo notata Deo.
Ah miseros omnes quicunq; ad crimina proni
Vlla putant iustum facta latere Deum?

Penna scriptoria.

Tu regis & gladios, & regum sceptra potentum,
Fida simul bello nuntia, pace simul.
Tu primum e syluis homines in tecta vocasti,
Et sunt auspiciis mœnia facta tuis.
Illic prima Deum diuino agnoscere cultu,
Et leges colere, & iura timere doces.
Mutua dispersas trahis in commercia gentes,
Per terram officio, per mare, nota tuo.
Tu seruare fidem, tu res vrgere gerendas,
Et vita studiis inuigilare doces.
Consilia & mores, bellum pacemque gubernas,
Absque tua sapiens nullus habetur ope.
Sic igitur quoniam diuino ornata fauore es,
Carmina de Christo grata notare decet.

Anser.

Est quadam, cuius mores, formamq; decoram
Dicam; tu, qua sit, coniice, scire potes.
Illius ora rubent, oculi splendore coruscant,
Suspiciens alte colla superba gerit.
Crura placent habitu gracili, niue candida certant
Brachia: sunt gressus, quos decuisse putes,

Et teretes decorant plantas sandalia rubra,
Certatim iuuenes hanc sibi quisq; petunt.
Parte sui potiore, est molli prædita pelle,
Quam super incumbens quisq; cubare cupit.
Exuit huic aliquis iuuenum sandalia rubra,
Et positam longa cuspide figit humi,
Conueniunt madidi fratres, lætiq; sodales,
Seq; hac posse frui gaudia summa putant.
Primus adest, artemq; suam demonstrat in illa,
Alter eam tangit, qua sibi parte libet.
Me spectate viri, quid possim, tertius inquit,
Et cupidus totam vindicat ipse sibi.
Forte putas, quæ sit, te diuinasse, sed erras,
Nomine, si nescis, Auca vocata suo est.

IOANNIS SAPIDI.

I.

Ante diem vitæ quem virgo peregerat vnum,
Nubilis est iuueni ducta puella suo,
Et nec adhuc æui spatio superauerat annum,
Est vbi se natus de genitrice puer.
Atq; sepulcrali prius est data mortua tumba,
Quam de maternis edita visceribus.
Nunc dulces quicunque iocos & vendis, & audis;
Oedipodionias hic tibi sume vias.

II.

Hi pueri nobis nuper genitricibus orti,
Sunt quibus & fratres, qui genuere, viri.

Vtraque legitimi tamen est fœtura cubilis,
Dic igitur, natos qua ratione putes?

III.

Lector me mihi dic, & habeberis Oedipus alter,
Insinuor terræ, subripiorque cuti.
Magna mei tangunt innuptas vota puellas,
Fœmina me magno nulla carere velit.

IV. Capulus.

Res sum nota, mei cum paucis copia non sit,
Sed qua, si posset, quisq; carere velit.
Qui me fecit, habere sibi me non cupit idem,
Quique emit vtendum, non eget ille mei.
Denique me nescit, cui me iam contigit vti.
Nunc faciat scirpi, qui volet, indicium,

BO-

BOHVSLAI HASSENSTEINII BARONIS Lobcouitii.

Ænigma ad Sturnum.

De Romano Imperio.

Fulmine quæ nunquam fertur percussa volucris,
Casibus vt variis, Sturne Poeta, patet!
Perdidit hæc alas dudum, caudamque, pedesque
Concessit Latio Pontificique caput.
Viscera nunc eius, vereor, ne Lilia turbent,
Altiuolæ flos hic pernitiosus aui est.

Aliud. De bello Bauarico.

Vnde venis hospes? Sinuosi a fontibus Istri,
Quid memorant illic? Tristia multa. Refer.
Altiuola certare Aquilæ Leo fertur. Eandem
An quoniam prædam forsan vterque petit?
Non leporem, aut hœdum, sed syluas, flumina, valles,
Sed populos, arces, oppida, rura, greges.
Quid demum? Innumeræ peditumque equitumque cateruæ
Opplerunt agros innumeræque acies.
Dic plura. Assiduè quatiuntur mœnia saxis,
Igne domus flagrant, sanguine terra madet.
Nullus adest Aquilæ? Frater Iunonis adesset,
Dindymeæ patris flectitur at precibus.

Quid victoria agit? Tacito ferit aëra motu,
An tandem inclinat? Non: dubitat, quid agat,
Et quare dubitat? nempe inclinare veretur
Quamlibet in partem, nil statuente Ioue,
Quid, precor, is statuet? si diuinare necesse est,
Credo suam nunquam destituet volucrem

Eiusdem Ænigma ad Slechtam.

Qui solus Phœbi tripodes, & mystica nosti,
Solue Ænigma breue hoc, maxime Slechta, precor.
Is pater est, & auus nobis, eademque creatrix,
Quæ soror, ipsa sibi coniux, socrusq; nurusq; est,
Quique mihi socer est, socer est & prosocer illi,
Sumq; mei genitor fratris, genuiq; nepotem
Vxori, natumq;: & fratris auunculus exsto.

Aliud.

Dicite vos matres, num vestro sanguine creti
Hi pueri, pueris quiue fuere patres?
Sanguine sunt nostro creti, nostriq; mariti
Sunt illis fratres, legitimique patres.

Aliud.

Qui cœlum pelagiq; cupit terræque meatus
Noscere, Cadmæas diligat ille notas,

Aliud ad Sturnum.

Fabula me genuit, peperit temerarius Error,
Excepitq; sinu puerum Facundia, aluit
Vberibusque suis, gemina dixere parentem

Menata

Me nata, quarum mundus mendacia ridet,
Et stupet, & sequitur: qui sim, dic Sturne Poeta.

Aliud ad eundem.

Muneris est nostri, Tyberina vt luderet arce
Cynthius, vt nulli noxia verba ferat.
Hos bene versiculos si iunges Sturne Poeta,
Ridebis magni carmina Mæonidæ.
Alma Venus certe primum veneratur, amatque,
Alter & armigeri maxima cura Dei est.

ANGELI POLITIANI.

Niobe.

Hoc est sepulcrum, intus cadauer non habens,
Hoc est cadauer, & sepulcrum non habens,
Sed est idem cadauer, & sepulcrum idem.

De eadem, Fausti Sabæi.

Intus habet nullum, quam prospicis vrna cadauer.
Immo cadauer inest, non vacua vrna, meum.
Quin ego nec sum istud, minus illud, at istud & illud.
Namque vbi facta fui saxea, vtrumque fui.

THOMÆ MORI.

Quid bonus est Princeps? Canis est, custos gregis inde.
Qui fugat ore lupos? Quid malus? ipse Lupus.

BARTHOLOMÆI ANVLI HERMAPHRODITVS.

Ex Pulice antiquo Poeta.

Cum mea me genitrix grauida gestaret in aluo,
Quid pareret, fertur consuluisse Deos.
Mas est, Phœbus ait: Mars, fœmina: Iunoque, neutrum,
Cumque forem natus, Hermaphroditus eram.
Quærenti lethum sic Iuno ait, occidet armis,
Mars, cruce, Phœbus, aquis, sors rata quæque fuit.
Arbor obumbrat aquas, adscendo, decidit ensis,
Quem tuleram: casu labor & ipse super.
Is hæsit ramis, caput incidit amne, tuliq;
Fœmina, vir, neutrum, flumina, tela crucem.

Eiusdem Anuli Ænigma.

Tres sine dente ruens occidit Adonidas vnus
In multi capitis ventre Leonis Aper.
Qui prius ingenti sub mole fuere sepulti,
Exstincti fato quam properante forent.

ENODATIO.

Procellani hospitii ruina in tres nobiles amasios adolescentes Lugduni facta anno M.D.XL. de qua eiusdem exstat Epigramma tale.

Tres

Tres vno lecto, simul vna & nocte iacebant,
Qui primæ iuuenes nobilitatis erant.
Dum duo colludunt, certantq; vter inter vtrumque
Dormiat, & libro tertius inuigilat,
Fit fragor; ecce! repente domus ruit impete grandi,
Sorsq; viris, nex, mors incubat vna tribus.
Quadraginta annos, ter quinque & verterat æuum.
Secula, Lugduni tanta ruina fuit.
Quos pro nominibus titulos habuere locorum,
Corbere, Circeiusq; ac Seneceius erant.
Tres vnum vt fatum, tres vnum habuere sepulcrum:
Sic animis cœlum fit tribus vna domus.

GEORGII BVCHANANI.

Tempus.

Sum genitor veri: domitor liuoris aperti:
Index astrorum, filius atque comes.
Me sequor, & fugio mea per vestigia: nunquam
Cum sim, quotidie nascor & intereo.

Fratres extra mundum.

[illegible] manu, lingua fratres munda omnia fœdant;
In mundo merito sese habitare negant.

Nux iuglans.

E Græco Antipatri vel Stratonis.

Quid me quisque petit? cur in me destinat ictum?
Hei mihi, quod fuerim tam prope iuncta viæ!
Sunt mihi rami omnes, sunt & viridantia fracta
Germina, tam crebris obruta missilibus.
Quid mihi profuerit, quod sim fœcunda parensque?
Me miseram! fructus in mea damna tuli.

IO. ANTONII CAMPANI.

Castanea.

Ventosam qui me censent, ventrique timendam,
Falluntur: ventos pello ego, non facio.

CORNELII GALLI.

Senectus.

Fit tripes, & prorsus quadrupes, vt paruulus infans,
Et per sordentem flebile serpit humum:
Nec cœlum spectare licet: sed lumine prona,
Terram, a qua genita est, quo reditura, videt.

P. OVIDII NASONIS.

Nux.

Fructus obest: peperisse nocet: nocet esse feracem:
Quæque fuit multis, hæc mihi præda malo est.

AN-

ANTONII THYLESII Consentini.

Cicindela.

Tantula nocte volans volucris, micat aere tantum,
Ardenti similis scintillæ: quam puer olim
Æquales inter metuebam tangere, ne me
Vreret: infirma est, ætas cum nescia rerum.
Quæ quoniam noctu lucet, cognomen adepta est:
Aut incensa nitet quoniam, veluti ignea lampas:
Cauda sit vna licet, nomen non est tamen vnum.
Hæc modo summa petens commotis emicat alis:
Rursus & adductis fuluum decus aurea condit:
Ardentique procul fugiens leuis igne coruscat:
Et quocunque volat, secum sua lumina gestat:
Lumina quæ tenebras arcent, & flamina temnunt.
Nunc, velut obsequiosa videntibus, aduolat; atque
Fit magis atq; propinqua magis: scintillat & ante
Ora, minuta velut candentis frustula ferri:
Verbere quæ assiduo fornacibus excutiuntur.
Ex quo rapta Ioui Stygio Proserpina (namque
Vna fuit comitum) veterem mutata figuram,
Quærit adhuc dominæ vestigia, & omnia lustrat.

Eiusdem Arundo.

Fluminis vndisonas ripas prætexit arundo:
Atq; erecta comis pariter consurgit acutis;
Quæ gelida fessos æstu refrigerat vmbra,

Plurimus hic vsus, teneras seu iungere vites,
Seu libet agrestes calathos, & vilia tecta
Construere, & pluuias arcere, & idonea soles:
Seu magis incautos pisces captare dolosis
Artibus: hamus aquis illudens pendet aduncus;
Armat eam ferro, raptimq; per aera torquet
Gnosius, altiuolas figens sub nube volucres:
Vel fera montiuagis erroribus acta, vel hostis
Saucius iniecto cadit eminus Ilia telo:
Cum breuius compulsa Noto volat ocyus alis.
Quin etiam dentata leuis manus æquora eadem
Attheis Latiisque notat studiosa figuris:
Pingit & horrendas acies laudesque Deorum:
Legibus emendat mores, iuuat, increpat, ardet,
Exstinguitq; faces collectas pectore, & iras?
Sensibus & secreta sagacibus omnia rerum
Eruit: immensum pelagus metitur, & auras.
Dulcius hæc resonat, longeque remotius, atq;
Immortale magis, quam quæ pastoris in ore
Mille foraminibus garrit pulsata canentis:
Vnde vagæ pecudes persultant gramina læta,
Semiferumque genus Satyri, Faunusque bicornis,
Arguta primus modulans arundine Musam,
Dicitur & qua Sol admotos inficit Indos,
Singula fluminibus nare inter nodia remis,
Quæ subigit notis vergens vagus incola ripis.
Namque refert illic Libycis maiora columnis.
Quid referam gratos succos? rimosa fatiscit,
Succinaque hinc illinc dependent dulcia circum:
Concreti erumpunt lacrymantes cortice rores:
Hinc

Hinc coquitur, glacieque riget noua pyramis, ipsa
Vel niue candidior, vel nectare dulcior ipso.

Eiusdem, Lucerna.

Ænea vincta hederæ foliis caua tempora Bacchi
Affixæ, gratum præbent mihi lampadis vsum.
Vertice nam qua se partes coma fundit in omnes,
Et tenuis ægro capitis patet area summi,
Descendit velut exiguæ testudinis orbis.
Cornibus hunc operit religatum emblema gemel-
lis
Insigne: inq; vices retegit specus inde remotum,
Agricolæ munus quo Palladis instillatur.
Quem simul accepit calua area parua liquorem,
Mittit in os: animi cui nuncia lingua palato
Exserta & sulco cœlata ellychnia anhelat:
Vsque laboranti similis persona videtur.
Æstuat, efflat hians ardentes faucibus ignes:
Atque exusta genas atro furit humida vultu,
Afflatus quodam Semeles velut ignibus aluo:
Grata mihi, & nostris aptissima dona Camœnis:
Frigida cum tremulis nox ignibus atra relucet:
Candidus & Tusca frater [a] cessisse [b] sorori
Non dolet, Oceani delapsus in ima profundi.

[*a* Dies. *b* Nocti]

Eiusdem.

Quicquid id est, per quod delabitur, aut spuit ore,
Aut denso exterius ceu glomere fila reuoluit,
Emittit, victumque sibi molitur: & vsque

Nectit fila leui deiectus corpora saltu:
Itq; reditq; citus: sursum modo repit, & altum
Iam tenet: hinc rursus suspensus decidit: & iam
Mille viis æquo discrimine texuit orbem.
Tum malus insidias sub opacis frondibus abdit:
Ne, si forte oculis volucrum leue cerneret agmen,
Ex situm aufugeret tremefactum corda pauore.
Sic positis tandem laqueis, procul occuluit se,
Prospectatq; plagis si quis nouus incidit auceps.
Ecce feri culices, muscæque, atq; id genus omne
Alituum, volat imprudens, & retibus vltro
Infertur laxatq; sinus, atq; omnia miscet.
E specula intentus raptim sese iacit alta
Explorator: & implicitas has mordicus, atque has
Diripit: ac circum lictor ligat, atque ita aseruat
Omnia venatu assiduo, victumq; reponit.
Sed ne forte leues volucres, infirmaq; tantum
Hunc captare putes, tristem sub tegmina asylum
Densa tenent: sæuitq; furens detentus: at illum
Ingluuie accurrens venator conficit atra.
Quid referam fucos, & quicquid virus amaro
Gestat acu? quoties captum fremit, ac velut ipsos
Damnatos facta suspendit deniq; cædis,
Spectaturq; diu passim spolia ampla, cadauer,
Voce minans quamuis immane superbiat armis,
Quodq; venenatis fert telis, vulnus inurat,
Quin tantis etiam stimulis furit ictus edendi,
Insolet apricos vt in ipsos sæpe lacertos,
Frenet & incassum torquentes terga, nec vllis
Saltibus excussus, cæcis premat vndiq; vinclis,

Nec

Nec mora fit, raptet quin subterraneus illos,
Cacus vt auersos retrahebat? in antra iuuencos.

Eiusdem scarabæi.

Paruula Sisiphio gens condemnata labori,
Quas figula ipsa facit, fertq; refertq; pilas.
Pars nigra, vt Æthiopum manus vsta caloribus horret,
Regia pars viridi picta colore nitet.
Parua micat cuius dorso nota (magna minutis
Si conferre licet) Luna pusilla velut.
Dixit equum Luna hinc cognomine Brutia tellus.
Quod si bellator sic nituisset equus,
Illo capta foret non vna Semiramis, essent
Centauri & plures, quam genus est hominum.

Lepus.

Quem fuga non rapit ore canum, non occulit vmbra,
Concolor immotum sub Ioue terra tegit.

Cucumis mundi typus.

Quis neget e cœlo missum? formamq; coloremq;
Atque gradus cœli, nectaris atque refert.

Stellæ.

Quas non exstinguunt venti, non nymbus aquosa
Nube cadens, celsa luce perenne micant.

Hyacinthus.

Nil opus elogio redimere aut flore sepulcrum,
Ipse sibi flos est, elogiumq; puer.

Cistus.

Ludit adhuc, casusq; memor vagus arbore celsa
Mille manus quærit nectere, mille pedes.

Rosa.

Seu te pinxit amor, volucris seu mater Amoris,
Seu magis ambrosio nectare sparsa rubes,
In terris quæ sint ostendis dona Deorum,
Circumsepta comis aurea purpureis.

IOHANNIS CLAII.

Calamus scriptorius.

Es kompt vom Lebn vnd hat kein Lebn/
Kan doch eim jeden Antwort gebn/
Es kompt vom Bein vnd hat kein Bein/
Dient doch eim jeden in gemein/
Es kompt vom Fleisch/ kein Fleisch doch hat/
Vnd wird gebraucht frü vnd spat.
Es kompt vom Blut vnd hat kein Blut
Auch keinem Menschen dienen thut/
Man schneidt jhm dann sein Kopff erst ab
Die Haut vnd Haar vom Leibe schab.
Vnd schlitzt jhm vornen auf sein Bauch
Vnd nehm jhm drauß sein Seele auch/
Darauf es dann ein Trunck bald thue/
Von Eßig Bier vnd Wein darzu.
Als dann wirts hin vnd wider gehen/
Sein Meinung geben zu verstehen/
Mit aller Sprach es reden kan/
Freundschaft vnd feindschaft richten an/

Durch diß wird mancher hoch geacht/
    Mancher vmb Leib/Ehr Gut/gebracht.
Vnd ist ein wunder Ding hierumb:
    Kan Sachen machen schlecht vnd krumb/
Wer nicht damit weiß vmbzugehen/
    Derselb gedenck vnd laß es stehen.

HERMANNI KIRCHNERI.

Ad Doctorem Balth. Mentzerum.

Crescis honore nouo; Domini, Menzere, talentum,
    Decrescis numero sed tamen inde tuo.
Ante tibi positus fuit ingens Mille character,
    Parte sed est media nunc minor ille sua,
Attamen in pretio maiore minora tenentur:
    Dimidium toto plus valet ergo suo?
Nolim equidem nummos illa ratione reponi,
    Doctores fieri qua ratione solent.

IOHAN. LAVTERBACHII, P. L.

Ebrietas.

Si iungatur Equo, Briareus, Rana, Ibis, Echinus,
    Taurus, Aper, Satyrus: quid fieri inde putas?
Monstrum, quo toto nihil est deformius orbe,
    Delitiæ iuuenum delitiæq; senum.

CONRADI BACHMANNI.

Ænigma Nuptiale.

Mopso Nisa data est? Marcolfo uxor Fulicana est,
Ac tetricus Mycalen nunc habet Henno suam.
Ac me Septimio; sed Phyllis nupsit Amyntæ,
Rusticus & tutum Rustica coniugium est.
Lactucas similes si labra frequenter adoptant,
Et si cum simili consimile esse solet,
Dicite: Tardipedi quare Venus aurea Fabro
Nupserit, hicq; vnum condiderint thalamum?
Pulcrius hac nihil est, nihil hoc deformius vnquã
Exstitit: vnde illud coniugium simile est.

GEORGII SABINI IDYLION αἰνιγματῶδες.

De bello Germanico.

Conflixere duo volucres Iouis, vtraque rostro,
Vtraq; vulnificis vnguibus acris erat.
Altera Misniacæ custos Mauortia gentis,
Altera Marchiacæ fortis alumna domus.
Ambæ animis, pennisq; pares rutilantibus ambæ,
Hæc minii fulgens, illa colore croci.
Corpore lassa suo tandem, defessaq; pennis
Succubuit, quæ se Marchia iactat, auis,
Ac tamen euasit. Terræ Misneidos ales
Occubuit, plagis exanimata suis.
Altera sic pennas, sic perdidit altera vitam,
Quæ facta est, neutri pugna secunda fuit.

IOAN. THOMÆ MVSCONII.

De Gallo capto a Cæſare.

Gallus habet cantum, barbam, calcaria, criſtam:
Sub pedibus Gallum ſed Iouis ales habet.

ACTII SINCERI SANnazarii.

Atramentum ſcriptorium.

Ferrum putre ſitu ſpumanti feruet aceto,
Mandet vt æternis ſcripta voluminibus.
Scilicet hoc illud, vatum volitare per ora.
Hoc eſt, pyramidas vincere Nile tuas.
Infelix fatum: ſanies rubiginis ergo
Eripit inuiſo nomina noſtra rogo?

Echo.

Vidi, arſi, fleui: triſtemq́; (heu fata!) repulſam
Spreta tuli: ſum nunc vox, ſonus, aura, nihil.

Aliter.

Cum facie caream, quæris, cur dicar imago?
Cum tua verba ſequar, dic vbi lingua mea eſt?

HENRICI STEPHANI.

Cornucopiæ. E Græco.

An cornu Amaltheæ fuiſſe exiſtimas,
Vt pingitur pictoribus, cornu bouis?
Argentum erat, quod poſſidere ſi queas,

Mox cuncta præsto nutum fuerint ad tuum,
Testes, amici, socii, itemque prædia.

FRANCISCI BENCII.

ΙΗΣΟΥΣ

Quod volui expressi, quas pressi collige voces,
Signa dedi hæc dubiis quantulacunque notis.
Oedipus haud petitur soluendis ænigmatis auctor:
Laus fortasse minor, res sibi maior erit.
Stat directa silex tereti circumdata gemma, I
Infera par superæ, qua breuis ora patet.
Hinc atq; hinc geminæ solido ex adamante colu-
mna, H
Inter se, & silici membra caputq; pares:
Perq; illas vno fluitat transuersa tenore
Fibula, quæ mediam leuis vtramq; iugat.
Parthicus insequitur sinuatis flexibus arcus, C
Cui prope sit velox apta sagitta manu.
Additur his clypeus, Phœbeæ lampadis instar, O
Quem velut a torno sic coiisse putes,
Finditur in partes ambas via longa: peramplum
Læua, sed angustum dextera monstrat iter. Y
Interq; Erigonam, & ducentem tarda Booten
Plaustra, nitent flaui verticis exuuiæ. C
Hæc mihi compone (est facilis labor) effice quid sit:
Nil erit, in toto quod iuuet orbe magis.

IO. CROTI.

De mure ingrato, qui incensa domo fugerat, depingens amicos fucatos & fugaces.

Vixisti

Vixisti mecum, fortuna matre: nouerca
Me fugis: & poteras æqua & iniqua pati.

Freunde in der Noth/
Freunde in dem Todt/
Freund hinderm Rucken/
Das seind drey starcker Brucken.

PAVLI MELISSI.

Sol.

Ipse oculus mundi vocor, omnia lustro, diemq́;
Condifico, sine me quid nisi triste Chaos:

Luna.

Fœnerat vt stellis, ita mi quoq; lumina Titan:
Paupera quamuis sim, cornua sumo tamen.

Melissophyllon.

Flore meo nunquam frueretur mellis amatrix:
Nil pauissem olim melle Melisse Iouem.

Nardus.

Si quis tam redolente minus capiatur odore
Dignus sit munctæ naris habere nihil.

Vitis florens.

Non ego me matrem generosi iacto liquoris:
Flore meo dixi suauius esse nihil.

Lilium album.

Qualis candor inest tibi flos Iunonia: talis
Candor in ingenuo pectore regna tenet.

Crocus.

Cur ſtudio addicti, cur & palletis amantes?
Ni vobis tinxi ſpica Ciliſſa genas?

Tilia.

Halitum odorati videor ſentire Timoli,
Quando tuum florem naris aprica trahit:

Cometes.

Vnius haud formæ cernor, tamen arguor aſtris
Prodromus, & belli, & peſtis, & eſſe famis.

Roſa.

Succi plena boni ſum, aſt ex me ſugit Arachne
Nil niſi virus, Apis mel liquidoſq; fauos.

Cupreſſus.

Vertice ſum viridi, ſed pareo triſtis & atra:
Mirum, ſi Pluto gaudet amore mei?

Arcus cœleſtis.

Luceo per nubes vel mille coloribus: inde
Non Dea, ſed minimi pollicis vmbra Dei.

Ænigma eiuſdem.

Terra mihi eſt genitrix, pater ignis, patruus aer,
Fons auus, hinc & aquas geſtito, geſtor aquis
Non mihi terra nocet, non vnda, nec ignis & aer,
Vim facias; atomis par ero Democriti.

In ænigmate ad Iacobum Monauium.

Si quaris, quid agam, dabo Monaui,

Voto Posthimelissio obligatum,
Nec dum appendice vincli solutum,
Verum compede firmius ligandum.
Nosti me Monachum diu fuisse;
Vt passerculus, erro, pipilator,
Solitudinis hospes atque eremi,
Quem ciconia multa pinsitauit
A tergo, mala lingua fascinauit,
Hortum consero nunc, domum frequento,
Monasterium exstruo. vel heic sum
(Vti spero) breui futurus Abbas:
Vel (si fas) ferar audiamue Papas.
Quid hæres, Iacobe? tu Iehouam
Optimumq; precare, maximumque,
Fortunet bene, prosperet, secundet
Pauli semihominis, viri futuri,
Monasterion, Hortulum, Domumq;.

NATHANIS CHYTRÆI.

E vernaculo.

Arbor inest syluis duodenis ardua ramis:
Ramus habet nidos triginta quilibet: oua
Bis duodena cuiq; iacent nido indita: circum
Quinquaginta duaq; solent cantare volucres:
Has mures gemini, hic albus, niger ille, vicissim.
Arrodunt, & dente fero consumere tentant.
Sed mures volucresq; simul, cumque arbore nidos,
Accelerans feles, vltrici deuorat ore.
O superi, quantis sunt omnia plena periclis!
Tutus ab insidiis huius quis felis abibit?

E Græco.

E ſyluis natique duo, totidemq; parentes
Tres referunt ceruos: quiuis ſed ceperat vnum.

GEORGII BERSMANNI.

Luce carens, radiis colluſtro tecta ſerenis:
Quo careo, hoc aliis me dare poſſe negas?

Aliter.

Ipſa oculorũ expers, nec cernens quicquid vbiq; eſt,
Sum tectorum oculus; per me domus omnia cernit.

FRANCISCI FRANCHINI.

Ad Romulum Amaſenum.

Quattuor exanimes inter ſe dura gerebant
Calcibus & cubitis prælia, non manibus.
Namq; manus cunctis fuerant poſt terga reuinctæ:
Ne fuge, ne ride, Romule, vera loquor:
Sacrilegos Prætor ſuſpenderat arbore in vna:
Ventus erat, vento quiſque agitatus erat.

FAVSTI SABÆI.

Hermaphroditus.

Nos duo iam fuimus, quos corpore cernis in vno,
Formoſi iuuenes, Nympha ego, & iſte puer.
Saucia amanſq; fui, nec amans nec ſaucius iſte:
Quo mage blanda fuit, tam mihi durus erat.
Aggredior, capio, teneo, dum ſe abluit vnda hac:
Luctatur, pugnat, & fugiturus erat,

Vota

Vota precesq; Ioui dederam; nos vinxit in vnum,
Vt capiam, & teneam, quem capio, & nequeo.

Formica.

Prouida cana hyemis, mihi grandia farra recōdo:
Parca mei victus, atq; laboris amans.

Tages.

Gleba mihi mater: viuens sum maximus augur:
Vna dies vidit me puerum atq; senem.

Chiron.

Vir pedibus, ceruice & equus caret, integer iste est.

Aliter.

Hunc hominem producit equus, vir perdit equumque.

E Græco.

Pars homo, pars equus est: ex isto est corpore Chiron,
Vir defendit equum, quadrupes ipse virum.

NICOLAI BORBONII.

Rosa.

Lactea sum, sed mox flaccesco & marcida fio:
Sic vestra, o pueri, forma vigorq; perit.

HIERONYMI WOLFII.

Noctua.

Quid tum? si stolidæ volucres me vellere gaudent:
Sit mihi præsidio filia casta Iouis.

STEPHANI PASCHASII.

Lyra.

Muta arbor fueram quæ nunc moduler que, canoque:
Vita mihi sic mors, mors mihi vita fuit.
Inuida viuenti nam quam natura negarat,
Post obitum felix addidit ars animam.

Baculus.

Cui natura oculos, aures, animamq́ negauit,
Hic tamen est cœco duxq́ reduxq́ viæ.

Amuis.

Cetera continuis prateruolo cursibus vnus:
Vno perpetuus sum tamen ipse loco.

Arbor nucifera.

Non ferior sterilis; sim fertilis, heu petit omnis
Me populus saxū; quodq́ fero, ferior.

Nauis.

Quæ iacuit ventorum abies prostrata procellis,
Hinc timide ventos facta carina fugit.

Cenotaphium.

Quis iacet hic? Nullus: nec quid nisi marmor inane,
Quamuis sis aliquid, tu quodq́ nullus eris.

Borcia.

Et virgo, & mulier, nupta atque innupta simul sum:
Vir, non vir, tanti est (hei!) mihi caussa mali.

Trium

Trium epitaphium.

Hoc auia, hoc neptis, nata &, materque, sororque,
Frater, vir, mulier, filius, atq; pater.
Marmore contegimur. Tot in vno condita? dicis.
Ne credas: solum corpora trina sumus.

Vita æterna.

Esse aliquid puto me dum viuo, a morte nihil sum:
Hoc aliquid nihil est, hoc nihil est aliquid.
Frigidam mors vitam, mortem rapit altera vita:
Mors vana vitæ finis, origo bona.

Somnus.

Sors diuersa vtriusq; licet, solertia inani
Ditem inopemq; æqua conditione beo.

SEBASTIANI SCHEFFERI.

[redacted]

Pollinctor.

Est homo, qui reliquis fundamina ponere tuta
Ædis, & ad somnos stata parare potest.
Non valet ille tamen sibi, quo requiescere detur,
Lectum, nec tenuis figere tecta casa.

SEBASTIANI SCHEFFERI.

Ænigmata.

1. *Antiquitatibus quid est antiquius?*
   Deus carens origine.
2. *Pulcerrimum quid æpprobatur omnium?*
   Mundus, Dei præstans opus.
3. *Quid maximæ videtur amplitudinis?*
   Locus, nihil qui non capit.
4. *Quid motibus cursum rotat celerrimus?*
   Mens, ire docta quo libet.
5. *Potentia quid est inexpugnabilis?*
   Fati grauis necessitas.
6. *Quid est inenarrabilis prudentiæ?*
   Vicissitudo rerum.

Mures.

Mures.

Sæpe terebrantes, cerealia munera, panes,
Alterius quoties insiluere lares:
Et terebratorum sub multa foramina, ventrem
Non est iam saturis exonerare pudor.
Inde per insidias nocturno tempore captis
Post epulas longam sustulit unda sitim.
Iam scelus ob[illegible]um, stirps est quibus una, dedere
Supplicium Rheni sub fluitantis aqua.

Quatuor res nulli cognitæ.

Dic mihi, tunc quouis sapiente valentior esto,
Omnia qui cerebro te retinere putas:
Sub Ioue sunt aquilæ vestigia quanta volantis?
Rupe colubrorum sunt vbi signa pedum.

Semina quæ medio dum currit in æquore nauta?
Quis iuuenum scortis ad loca fœda gradus.

Quæ sit Tunicæ Dei quantitas.

Quanta veste Deus se contegat, incola cœli
Cum sit & eiusdem terra sedile pedum.
Quattuor is panni, nec pluribus indiget vlnis,
Quam mihi sufficiunt: nam sumus ambo pares.
Sic Deus exclamat: minimo quod in orbe minorum
Feceritis, factum tale putate mihi.
Hunc quia numen idem fateor, sed nomine triplex,
Ipse ne, qui iustus, me neget esse suum.

Quid ante mundum conditum egerit Deus.

Ex Augustino.

Tempora cur perdis scrutando, quid egerit olim
Cum nec erat cœlum, terra, nec ipsa Deus.
Præsule teste loquor Libyco: fabricauit Auernum,
Qui percunctantes mystica tanta manet.

Eiusdem Gallus occisus.

Triginta viduas lapidis temerarius ictu
Reddidit (heu facinus!) sole stupente puer.
Tot gallinarum vix verbere læserat vno
Ipse ducem: tremulo poplite Gallus obit.

LVDOVICI CÆLII RHODIGINI.

Αντέρως.

Hic vnus colitur, sed vnus ille
Implet munia numinum duorum:

Et poteſt geminus vocari, & vnus:
Et quod vix licet æſtimare, in illo
Bis vnum duo non facit, ſed vnum.

Solutio.

Hæc vis ſcilicet Anterotis illa eſt:
Hæc vis mutua mutui eſt Amoris.
Hæc binas animas coire cogit,
Atq; vna geminum calere pectus.

IANI IAC. BOISSARDI.

Ad Pomponium Riccium.

Sis hodie nobis, Ricci, conuiua: docebo,
Quod Latio genitus ſoluere poſſe neget.
Dicam, quæ matrem generauit filia: dicam,
Cui mel felq; ſimul, frigus ineſtq; calor.
Quis nares rectâ feriat iaculator, ad imos,
Collimata licet ſit catapulta pedes.
Quæ res ſit, pluuio quæ tempore tecta madebit,
Illa eadem fuerit ſub Ioue ſicca magis.
Quæ res ſit, cuius numerus quo maior abundat,
Hæc numero leuior dicitur eſſe ſuo.
Hæc mihi ſi ſoluas, Thebanæ oracula mantus
Te credam, & Clarii verba tenere Dei.

Ad eundem.

Venantur gemini iuuenes, horumq; parentes:
Grataq; tres lepores præda fuere canum.
Hos inter, Ricci, captam ſic diuide prædam
Ex æquo, integrum vt quiſq; ferat leporem.

Ad

Ad eundem.

Tu Colophoniaco obiectas ænigmata vati
Proposita: hæc Arcas nauta soluta dabit.
En tibi Alexandri nodus non peruius ense
Gordius, ingenio dissoluendus erit.
Dic, quid sit, cui quo plus porrigis, exigit id plus?
Dic, quid mollescit Sole, liquore riget?
Dic, quid nec linguam, nec vocem habet: attamen illud
Dulci homines captos detinet harmonia?
Quid caret auditu & visu, verbisq; loquentum
Tanquam intellectis, nutibus erigitur.
Assiduo pulsu qui quassant limen amica,
Nec subeunt, quamuis hæ patuere, fores?
Quid nec corpus habet, nec quo quicquam ore loquatur,
Attamen illi vox articulata subest?
Quæ tria sunt, cum queis nulli sat ludere tutũ est?
Quæ tria prudenti sint reticenda metu.
Quis non iungitur his, crebro quos aggregat vnà?
Et quod plus recipit queat esse capax?
Hæc fata declaret Phœbas Cisseide, vel quæ
Grynæa Euboicis virgo latet specubus.

Ad eundem.

Si quanta est vtriusq; rogas distantia Solis
Vera, Mathematicis edoceare modis.
At si ænigmaticum, mihi quod proponis habetur,
Quod reor: hæc paucis expedienda dabo.
Occiduus distans Eoo occasus ab ortu est,
Esse viatoris quanta diæta potest.

Carpit iter, cum mane rubet Tithonia coniux:
Hospitium fessus Sole cadente subit.

AD RVPERTVM FEVINVM
Medicum Ambianum.

Duos caupo viros sua in popina
Excepit: sociamq; vterq; secum
Vxorem iubet assidere: cœnam
Commendat cibus & iocus. Remota
Mensa, a quolibet exigit decem asses:
Triginta numerantur: estq; caupo
Contentus pretio hoc: tamen decem vnus
Quisq; soluerat. Id, Feuine, amabo,
Qua factum ratione sit, doceto.

In Sphyngem.

Oedipodioniis Sphyngem produxit ab oris
Tempus, & ambages noxia verba serit.
O alter veniat Thebarum rector, vt illa
Soluendo, reddat te, fera, præcipitem;

POMPONII RICCII NOL.
Ad Ianum Iacob. Boissardum.

Quid sit, cum villos villis committimus, atq;
Vdo mulcemus tegmine, quod medium est.
Quid sine peccato licitum est patrare inhoneste?
Dic, Boissarde, & tu sic mihi Phœbus eris.

Responsio Boissardi.

Cum das liminibus tuis quietem,
Committis cilii vtriusq; villos;

Palpe-

Palpebrisq; oculi teguntur vdi.
Peccato sine concacabis illas,
Quas geris, caligas, honore læso.
Ricci, sum tibi sic Apollo factus?

NICOLAI REVSNERI.

Filius & Nepos simul editus.

Cui pater est Præsul sacer, vno tempore natus,
Mirum! fit pariter filius atq; nepos.

Responsio Iani Iac. Boissardi.

Si tua forte soror, Præsul, parit: iste puellus
Nonne tibi fuerit filius atq; nepos.

Aliter.

Si parit illa tibi, Præsul venerande, puellum,
Quæ te cognato fouit amica sinu:
Ne pudeat: prisco tales Saturnia partus
Et soror, & coniux edidit ante Ioui.

IOAN. SECVNDI.

Tria mala.

Quæ mala sint hominum rebus tria maxima scire
Quæris? habe paucis, fœmina, flamma, fretum.

HIERON. ARCONATI.

Tria insatiabilia.

Omnia cum possint expleri, tempore nullo
Expleri possunt fœmina, flamma, fretum.

Quæstio nuptialis

FRID. TAVBMANNI.

Si qua parte sui quis peccat, plectitur illa,
Censet vt Iliados carmen Homere tua:
Dic mihi, pro Troia, cur Mars sit ad ilia ventris,
Sit Venus in dextra saucia facta manu.
Quid venter Martis, Veneris quid dextera peccat?
Quin mihi Mars dextra, sit rea ventre Venus.

Responsio Sebastiani Artomedis.

Et tu Maeonida diuinum carmen iniqui
Iudicii, iudex improbus, insimulas?
Si tibi sors facilem se det Venus aurea: non tu
Anteriore queas parte reus fieri?
Si facilem Veneri des te quoq;, dic age, non tunc
Diua salax dextram possit habere ream?

IACOB. TORELLI.

Bombarda.

Vulcanus genuit: peperit Natura: Minerua,
Edocuit: nutrix Ars fuit atq; Dies.
Vis mea de nihilo est: tria dant mihi corpora pastũ:
Sunt grati, strages, ira, ruina fragor.
Dic hospes, quid sim? num terra, an bellua ponti,
An neutrum? aut quo sim facta vel orta modo:

FRANCISCI MODII.

Chymista.

Omnia tu faciens, fumo induratus, & igni,
Inter fornaces te, miser, ipse coquis.

Dum-

Dumq; inflas, stillas, distillas, moxq; lutando,
Nunc tibi Vulcani, nunc figuli arte places:
In numero natæ numeraris rure puellæ:
Spes cum lacte suas cui misera hausit humus,
Tantum opus est rima tantilla in alembico, vt omnes
Spesq; tuæ, & frustra tot tibi vota cadant.
Et tamen, o magni sectator vane laboris,
Promittis magnas sic Salomonis opes.

BALTHAS. BIDEBACHII.

ÆNIGMA

Egregium iuuenem compellat fœmina blanda:
Et placido vultu talia verba facit:
Qui tuus est genitor, genitor meus est quoque carus:
Quiq; meus pater est, est auus ille tuus.
Tu meus es verus natus, tua vera soror sum,
Mater ego tibi sum, tu mihi frater eris.
Agnoscit iuuenis matronam vera locutam:
Dic mihi, qui fuerint fœmina virq;, rogo?

Aliud eiusdem.

Nondum nata diem mox virgo nupta marito est,
Nondum nata annum fœmina mater erat.
Illa eadem nondum nata (admirabile dictu)
Fœmina, deflenda morte peremta iacet.
Dic mihi, quæ fuerit mulier miranda? quid hæres?
Haud decet ignores, est Auia illa tibi.

P. FRANCISCI SPINVLÆ.

Mergus.

Prima placet cunctis, media & fuit vltima vestes
Æsacus in pontum cuncta simulq; vocant.

Eiusdem ænigma ad Diomedem Vrsonum.

Ænigma extrices, Diomedes, fistula Adonis
Personuit pulcer; fistula penis erat.

BENEDICTI IOVII.

Solisequa.

Vertor ad occasum, rursus conuertor ad ortum:
Solis amo radios: an mihi sensus inest?

Buxus.

Perpetuus mihi fronde viror: sine munere truncum
Esse putas, & me sedula quærit apis.

Anguilla.

Me colubram fortasse putas? sum piscis obesus:
Tostaq; post Troctam gloria prima feror.

LAVRENTII LIPPII.

Hyacinthus.

Aut puer, aut quondam fueram fortissimus heros,
Nunc flos, & mœstum litera nomen habet.

Menta.

Nunc est herba virens, quondam formosa puella?
Creditur & Stygium detinuisse Iouem.

Fiber.

Fiber.

Pro cara cupiam testes abscindere vita:
Ne pereat, nimium nauita iactat onus.

Nautilus.

Per freta dum cautus deducor imagine nauis,
Æsonides didicit ducere vela ratis.

Phocas.

Carpe soporiferam penem, pellemq́ rigentem:
Iam dormi, & nusquam fulmina torta time.

Sepia.

Atrum purpureo pro sanguine fundo liquorem:
Deuoror; & nostro sanguine charta madet.

Pastinaca.

Pestifer a cauda mucro se tendit acuta,
Hoc Ithacum narrant occubuisse malo.

Echinus.

Spicula me voluunt totum defixa per orbem,
Sed liquor infracto cortice gratus erit.

Squatina.

Non satis est, nostri quod mandunt membra gulosi,
Et niueum tergit aspera pellis ebur,

Scorpius.

Exagito stimulis magnum delphina recuruis,
Quem cogo magnas desiluisse rates.

Accipenser.

Infelix, quod me mensæ coluere priores,
Nunc felix, quod sum gratia nulla gulæ.

Scarus.

Quondam Carpathii fueram prius incola Ponti,
Nunc sum Campanis incola littoribus.

Idem.

Si cibus herba mihi, si sparsi sanguine nunquam
Dentes, cur laceras mensa gulosa pium?

Scombrus.

Sulfureus videor, liquidis cum cernor in vndis,
Extra vndam apparent squammea terga mihi.

Mugil.

Dum caput est tectum, credo mea membra latere,
Per Venerem prædæ fœmina virq; sumus.

Mulus.

Vix duo sum pondo, lautæ sed gloria mensæ,
Crispinus pro me millia multa dedit.

Mena.

Candidulus Brumæ sum tempore: Sole cadente
Ostendam vobis squammea terga niger.

Vrtica.

Postquam pisciculos passo sub fronde recepi,
Corrugo frondes, pisciculosq; voro.

Stella.

Sum similis stellæ candenti feruidus igne,
Vruntur callis omnia tecta meis.

Cochlea.

Co-

Contrahit exserta parua cornicula fronte,
Et nuda ingreditur, contegiturq; domo.

Spongia.

Incrementa mihi & sensum natura parauit:
Nam paruas conchas, pisciculosq; voro.

Echeneis.

Pellebant velis, pellebant remige nauem,
Ventus erat: cœptum sum remoratus iter.
Solus ego Acciacam potui retinere carinam;
Et potui Caii rostra tenere ducis.
Semipedalis ego, quis at hæc corpuscula credat
In cursu tantas detinuisse rates?

Aquila.

Sola queo Phœbi radios spectare nitentes:
Non aciem frangunt lumina clara meam.
Portaui puerum, qui miscet vina Tonanti:
Ob meritum hoc in me fulmina nulla ruunt.

Elephantus.

Quis tollet superos, quis numina sancta negabit?
Cum fera perpetuos sentiat esse Deos.

Idem.

Non satis, armatas quod porto in bella phalanges,
Mensaq; nectareas fulcit eburna dapes,
Fulcra thoris, simulacra Ioui do, nomen adoro,
Et manibus callum turba proterua meum?

CLAVDII ROSELETI.

Abies in chelym.

Viuebam nemori quondam, sine murmure vocis.
At mihi nunc vox est: sic ego viuo chelys.

Deus.

Quo cœlo cœlos mobiles,
Cœlo alta cœlo sydera
Cœloq; terrestres Deos,
Omnes simul terras, mare.

Filia Inachi.

Dic, precor, Oedipodes, sit quænam fœmina coniux
Cui pater est coniux, nec pater ipsius est?
Affatur dominum, dominumq; affarier vsquam
Vix potis est, audit verba, nec audit herus?

Vespertilio.

Vt quadrupes, & auis, volitat, discurrit, & inter
Quadrupedes non est, nec numerandus aues.
Lacte suo nutrit pullos; & non parit ouum,
Sunt alæ, dentes, labra, pedesq; duo.

Aliud ænigma.

Patris ventre latet, matris qui deserit aluum,
Cum duo diuersum tempora nomen agunt.

Aliud.

Patre caret, quem nox profert, huic vnica mater,
Et redit in matrem, datq; mouetq; necem.

Aliud.

Mater

Mater me genuit, patris que semper in aluo
Viuo, meo genitrix & mea ventre latet.
Patrem habet & matrem, cuius sum filia, mater
Matris: ego vero verius ista cano.

IOANNIS POSTII.

Gallus.

Martia dicor auis, vigilo quia tempore noctis,
Victuros vigiles conuenit esse duces.

Passer.

Quod feror in Venerem dulcem, lasciuior aquo,
Mi breuior vita terminus inde venit.
Disce meo fato, longum qui viuere quaris,
In Veneris iustum rebus habere modum.

Pauo.

Penna quidem variis me picta coloribus ornat,
Sed doleo turpes laude carere pedes.
Syncerum nihil est, & ab omni laude remotum,
Est vitiis virtus, sunt mala mixta bonis.

Formica.

Sole sub ardenti mihi colligo prouida victum:
Quo gelido bruma tempore lata fruor.
Disce meo exemplo iuuenis tolerare labores.
Ne desint canis certa alimenta tuis.

LVDOVICI BIGI.

Ebrietas.

Visus hebet, fumant artus, cerebrumq; rotatur:
Nec facit officium pes animusue suum.

Ira.

Mens ignara sui fit, me stimulante: ministro
Sæuitiam, atq; homines iurgia cogo loqui.

Simultas.

Blanda foris videor: sæuas intrinsecus iras:
Occulo, & arcana spicula iacto manu.

Hypocrisis.

Sancta foris, sed parua domi est mihi vita: placendi
Caussa homini, parui lædere pendo Deum.

Scandalum.

Vt multi facto aut dicto imprudente ferantur
In præceps: caussam fomite præsto meo.

GVILIELMI BIGOTII.

Ænigma ad Melchiorem Volmarum.

Tres nautæ pereunt, latrantis ad inguina Scyllæ:
Et iam hoc discrimen quartus adire parat.

Exegesis.

Tres habet vna procos, nec habetur, nomine Scylla
Virgo decens, quartum sic habitura breui,
Illa tua soror est Volmare vxoris: amantum
Germani duo sunt, & duo Galligenæ.
Si temnat nostros gallina Sueuica gallos:
O habeat quartum, qui senio capus est!

Aliud ad Ioach. Camerarium.

Qui

Qui mihi κυκλοσελίνοιό τε, τῶν δ᾽ ὄψιν κερκοδείλου
Sume Ænigmaq; das, hoc quoq; solue mihi:
Queis nec iamque loquor, nec sum prius ipse locutus,
Nec vidi, aut video, noscoue, dico vale.
Dico vale Musis, quis cum mihi copia fandi
Nulla fuit: nec eis, cum modo dico vale, est,
Nec loquor his, ludens thalamos, plangensue catophron:
Ni, qui balbutit talia, rere loqui.
Sed sic pica loqui, sic cornix rauca putetur:
Qua conata loqui, non loquitur, crocitat.
Quis non ergo loquor, nec sum prius ipse locutus,
(Rite loqui cupio) dico perenne vale.

PANDVLPHI COLLENVTII.

Tormentum, siue Bombarda.

Vulcanus genuit: peperit Natura: Minerua
Edocuit: genitrix Ars fuit, atq; Dies.
Vis mea de nihilo est: tria dant mihi corpora pastum:
Sunt nati, Strages, Ira, Ruina, Fragor.
Dic, hospes, quid sim? num terra, an bellua ponti,
An neutrum? aut quo sim facta vel orta modo?

Pyramis ex Ægypto Romam asportata.

Incerti auctoris.

Si lapis est vnus, dic, qua fuit arte leuatus?
Si duo vel plures, dic vbi congeries?

Sal.

Quid est mare concretum in creta & in campo ligneo, in quo carne humana ludere possumus? Sal est, in vase fictili mensa appositũ, in quam manus suas conuiua iniiciunt.

*

Currens consistit, molle indurescit, imbecillum corroboratur, & quod multiplex erat, fit vnum. Quid vero illud est.

Responsio.

Qua ratis egit iter, iuncto boue claustra trahuntur,
Postquam tristis hyems frigore vinxit aquas.

CONRADI BREDEBACHII.

Cupido.

Blandulus emitto dulci lita tela veneno:
Sunt mihi præda homines, sunt mihi præda Dei.

Pudicitia.

Quem nisi te foueat, superas, inceste Cupido,
Vincere te didici sobrietate, fuga.

Mors.

Quid iuuat algeri vitasse Cupidinis arcum,
Cum te falce mea, vita pudica, metam.

Fama.

Me bona vita parit: per me post fata sepulti
Viuunt: hinc merito Mors fera te supero.

Tempus.

Gloria

Gloria quid cineri, quid fama ventulus vmbris
Proderit? esto iuuet, me tamen esa perit.

Æternitas.

Cæcus amor, niueusq; pudor, mors, gloria, tempus
Præterit: ergo Deum quære perenne bonum.

Summum bonum.

En ego vera salus, intermina vita beatis
Ciuibus, omnigenis affluo diuitiis.

Vindicta.

Quæ ratione meos vlciscar quæritis hostes?
Expediam: vlcisci sic quoq; disce tuos.
Incessunt, taceo: culpant, fero: crimina spargunt,
Dissimulo: mordent, absq; dolore meo.
Obtrectant, sileo: ringuntur, rideo: vulgo
Traducunt, patior: dant mihi damna, sino.
Aspiciunt toruis oculis, ego comiter illos
Accipio: turbant cuncta, quiete fruor
Latrant, non moueor: frendent, non curo: minantur,
Nil metuo: torquent labra, laboro nihil.
Exagitant, non exagitor: vexant, neq; vexor:
Lædunt, nec lædor: probra refutat honos.
Insidias ponunt, euado: petunt caput, oro:
Pessima molitis optima quæq; precor.

Incerti auctoris.

Est vnus genitor, nati bona pignora bis sex,
Triginta cuius natæ, sed dispare forma:
Atq; immortales omnes moriuntur ad vnum.

Responsio.

Menses annus edit, ille noctes & dies.

Aliud de eodem.

Sunt geminæ inter se suauissima turba sorores:
Altera nec tamen alterius vultum aspicit vnquã:
Hæcq; illam genuit postquam, hanc parit illa vicissim.

Responsio. Patris hæ neptes sunt, prius qui dictus est.

Tempus. Saturnus.

Sum longæua ætate senex, velocior Euro:
Nemo currentem me retinere potest.
Qui retinere cupit magis, hoc magis impiger idem,
Innixus baculo sim licet, effugio.
Res omnes, aurum, chalybem deglutio, ferrum,
Stagna, lacus, fontes, ebibo, tum fluuios.

ADOLPHI OCCONIS.

Mundus. E Græco Æsopi.

Magnificum quoddam & templum, & spectabile noui,
Iuralis mecum, pulcrius esse nihil.
Effulget media prælustris in æde columna,
Bis senas vrbes & statua illa tenet.
Ter denis trabibus fulcitur qualibet harum,
Non vna his species, nec color vnus adest.
Has circum geminæ currunt (vt credo) sorores,
Et properant passu non faciente sonum.

Respon-

Reſponſio.

IOANNIS LORICHII.

Quod dicis templum, pulcer mihi creditur orbis,
Artificis ſummi machina ſtructa manu.
Pyramidis tegitur ſub voce volubilis annus,
Biſſenis radians menſibus ille nitet.
Vtq; cito expediam, terdenas adiice luces,
Circuit haſq; trabes Nox, & amœna Dies.

HIERONYMI ARCONATI.

Paupertas.

Res bona Paupertas: dominum cum cetera mutent,
Perraro dominum deſerit illa ſuum.

*

Nunc mihi iam credis, fieri quod poſſe negatur,
Octo tenens manibus, ſed me monſtrante magiſtro:
Sublatis ſeptem, reliqui tibi ſex remanebunt.

HIERON. BATRACHII.

Petiolus roſarum candidarum ſuſtinens Anteram, creſcens in Rubo Canino.

Ad Ioannem Lorichium Hadamarium.

Fratres quinq; ſcio, natura potentior ipſos
Effinxit, ſolet vt fingere cuncta parens.
Hac etiam natos vt tempore protulit vno,
Sub viridi aquales veſte latere iubet.

Iussa tenent; pariter crescunt melioribus horis,
Donec tota ipsis forma virilis adest.
Diuerso primum vultu efflorescere fratres,
Quos ante æquales finxerat, ipsa videt,
Tempora cum veris nitidi sunt, plurimus illis
Est vigor, & fructus edere cuncta solent.
Barba trium vestit malas tenuissima fratrum,
Imberbesq; duos crescere adusq; vides.
Ex tribus his vnus non est lanugine tectus,
Vndiq; sed media id parte decoris habent,
Diuersiq; solent generis producere fœtus,
Namq; illis color est sanguinis, hisq; niuis.
Purpurei quidam mixto candore coruscant,
Virgineo præbent munera cara gregi.
Dic mihi, quos fratres dicam, quos edere fructus?
Lauriger & Phœbus det sua serta tibi.

Pappus.

Dum viret, estq; recens ætas, pede figitur vno,
Est graue, & in quauis firmiter astat humo.
Sustulit vt tandem vires succumq; senectus;
Tum supra terra præ leuitate volat,

Canis & anguis.

Dic mihi, quæ latis degunt animalia terris,
Hæc eadem pontum, nec minus astra tenent.

Responsio.

In terra latrat canis; inter sydera fulget,
Quisq; canes vasto nescit inesse mari?
Vtq; Mathematici dicunt, elucet in astris,
Et natat in pelago, serpit & vnguis humi.

FRIDERICI TAVBMANI.
Poetę Coronati.

Iupiter.

Dextra tenet fulmen, tenet Ægidis altera pellem,
Fulmen habet flammas, sed gerit Aegis aquas.

Problema ad Conuiuam Nuptialem.

Si qua parte sui quis peccat, plectitur illa;
Censet vt Iliados carmen, Homere, tua:
Dic mihi pro Troia cur Mars sit ad Ilia ventris,
Sit Venus in dextra saucia facta manu?
Quid Venter Martis, Veneris quid dextera peccat?
Quin mihi Mars dextra, sit rea ventre Venus.

Idem ad Sam. Sethlerum.

Explanatius istud involucrum
Dic, Sethlere, mihi quod adferebant
An pisces biberent. Bibuntne pisces?

Idem Iohanni Swentzelio.

Nuper visa mihi tria sunt Animalia: quæ si
Iunxeris, vndenos dant tibi trina pedes:
Bos, Canis, atque Anser: quorum si demseris vni
Dimidiumq; pedum: dimidiumq; dabis
Vnicuique pedum; Quot habebunt singula? Sexpes
Bos, Anserq; Tripes, & Canis esto Bipes.

Iam nosti bene si numeres, sin, Iane negabis
Te numerare tuos posse negabo pedes.

Pomponii Ricii Nolani Ænigma ad Boissardum.

1 *Quid fit cum villos villis committimus, atque*
Vdo mulcemus tegmine quod medium est?
2 *Quid sine peccato licitum est patrare inhoneste?*
Dic Boissarde, & tu sic mihi Phœbus eris.

Boissardi Responsio.

1 *Cum das luminibus tuis quietem,*
Committis cilii vtriusq; villos;
Palpebrisque oculi teguntur vdis.
2 *Peccato sine concacabis illas*
Quas geris caligas, honore læso.
Rici sum tibi sic Apollo factus?

Iani Iacobi Boissardi ad Pomponium Ricium Nolanum.

Sic hodie nobis Rici conuiua, docebo
Quod Laio genitus soluere posse neget.
1 *Dicam quæ Matrem generauit filia, dicam*
2 *Cui mel felque simul frigus inestque calor.*
3 *Quis nares recta feriat iaculator, ad imos*
Collimata licet sit catapulta pedes.

4 *Quæ res ſit pluuio quæ tempore tecta madebit:*
5 *Illa eadem fuerit ſub Ioue ſicca magis.*
6 *Quæ res ſit, cuius numerus quo maior abũdat,*
Hæc numero leuior dicitur eſſe ſuo.
Hæc mihi ſi ſoluas, Thebanæ oracula Mantus
Te credam & Clarii verba tenere Dei.

Ad eundem.

Venantur gemini iuuenes horumq; parentes,
Grataq; tres lepores præda fuere Canum.
Hos inter, Rici, captam ſic diuide prædam
Ex æquo, integrum vt quiſq; ferat leporem.

Idem ad Robertum Feuinum Medicum Ambianum.

Duos Caupo viros ſua in popina
Excepit, ſociamque vterque ſecum
Vxorem iubet aſſidere: Cœnam
Commendat cibus & iocus. Remota
Menſa, a quolibet exigit decem aſſes:
Triginta numerantur, eſtque caupo
Contentus pretio hoc, tamen decem vnus
Quiſque ſoluerat. Id, Feuine, amabo
Qua factum ratione ſit, doceto.

Ad Pomponium Ricium.

Tu Colophoniaco obiectas ænigmata vati
Propoſita: Hæc Arcas nauta ſoluta dabit.
En tibi Alexandri nodus non peruius enſe
Gordius: ingenio diſſoluendus erit.

1 *Dic quid sit cui quo plus porrigis, exigit id plus.*
2 *Dic quid mollescit Sole, liquore riget.*
3 *Dic quid nec linguam nec vocem habet, attamen illud*
Dulci homines captos detinet harmonia
4 *Quid caret auditu & visu, verbisque loquentum.*
Tanquam intellectis, nutibus erigitur.
5 *Assiduo pulsu qui quassant limen Amicæ*
Nec subeunt, quamuis hæ patuere, fores?
6 *Quid nec corpus habet, nec quo quicquam ore loquatur*
Attamen illi vox articulata subest,
7 *Quæ tria sunt, cum queis nulli sat ludere tutum est?*
8 *Quæ Tria prudenti sunt reticenda viro?*
9 *Quis non iungitur hic crebro quos aggregat vna?*
10 *Et quid plus recipit quam queat esse capax?*
Hæc fata declaret Phœbas Cisseide, vel quæ
Grynœa Euboicis virgo latet specubus.

Ad eundem.

Si quanta est vtriusque rogas distantia Solis
Vera, Mathematicis edoceare modis.
At si ænigmaticum, mihi quod proponis habetur,
Quod reor: hæc paucis expedienda dabo.
Occiduus distans Eoo occasus ab ortu est.
Esse viatoris quanta diæta potest.

Carpit

Carpit iter cum mane rubet Tithonia coniux,
Hospitium fessus sole cadente subit.

EPITHAPHIUM.

Wunder vber Wunder
Hier ligt begraben vnder
Mein Vatter vnd dein Vatter/
Vnd vnser beider Kinder Vatter/
Mein Mann vnd dein Mann
Vnd vnser beider Mutter Mann/
Vnd ist doch nur ein Mann.

FRIDERICI TAVBMANI.

Podager & Chirager.

Quando Podagra meos vocat atque Cheragra dolores,
Binus adest semper pes mihi, bina manus:
Quum vocor ad cursus, & alendam ventris orexim,
Nullus adest semper pes mihi, nulla manus.

Preces.

Æger eo cubitum, sanus cubitu, ecce resurgo.
Quæris tam rata sit quæ Medicina? Preces.

SEB. ARTOMEDIS.

Agar Gen. 21.

Mœsta sitit mater: dulces puer impetrat vndas:
Quos alis, hi versa te vice rursus alunt.

IOANNIS LAVTERBAGHII.

I.

Sexus dictio parua fœminini,
Sexus me facit esse masculini.

Eua, & Aue.

Quod nos esse facit Satanæ mortiq; ministros,
Inuerso saluos ordine reddit idem.

Solutio.

Nos morti & Satanæ peccando tradidit Eua,
Abstulit admissi crimina rursus Aue.

Lothi vxor in statuam salis conuersa.

Quod spectas oculis, Viator, hoc est
Sepulcrum, nec habet suum cadauer,
Quod spectas oculis, Viator hoc est
Cadauer, nec habet suum sepulcrum,
Sepulcrum tamen est, & cadauer.
Qui possit fieri, roganti habeto,
Coniux facta Lothi salis columna.

Idem Ænigma Seb. Artomedes sic complexus est.

Dic quod sit hoc cadauer,
Quod non habet sepulcrum?
Dic quod sit hoc sepulcrum,
Quod non habet cadauer?
Neutrum quod esse constat
Vtrumque constat esse
Cadauer & sepulcrum.

Echo.

Elinguem sterilis me trusit mater in auras,
Et sine carne mihi corpus inane dedit.
Ne tamen hoc aliqua sine fruge morarer in orbe,
Humana iussit reddere voce sonum.

Ænigma Samsonis.

Mellis opes & apes fortis nascuntur in ore?
Doctrina Christo mella piiq; fluunt?

*

Fortis apum profert examen mellis & escam:
Sanctorum & vita Christus origo cibi.

MARCI GERSTENBERGII, IC.

De Iaurino plusquam miraculose recuperato.

Captus erat Coruus, non vi, sed deditione:
Dum Custos iussum non facit officium.
Hunc Aquila eripuit, non vi, sed calliditate,
Et postliminii munere restituit.
Vis astu regitur: res Marte vel arte gerenda est:
Mole ruit propria vis sine consilio.
Fallor? an hac pellis vulpina assueta leonis,
Qua tot monstra labor sustulit Herculeus.
A Domino factum est oculis mirabile nostris:
Faustum quicquid aget. cui Deus ADSIT, erit
Macte Aquila hac virtute: iugum pertæsa Tyrãni,
Pannonia exspectat Regia vindicias.
Millibus haud opus est multis: transcendere muros
Cum Domino facile est: perfide Turca caue.

Non aquilam imbellem vidi generare columbam,
Cui dedit in volucres Iuppiter imperium
Nil possunt fossa, aut muri, nil claudere portas:
Omnia diuina pervia sunt Aquila.

DE EODEM.

Idyllion Ænigmaticum N. Reusneri.

Coruus se volucrum turba subduxerat: escam
Captat vt impuro feruidus ore Canum:
Indignata Aquila hunc, volucrum Regina, vagantem
Corripit vngue, premens effera colla Canum:
Hic domus, hic patria est (ait) hoc in castra reducto,
Disce Aquila melius iam fidem habere tua.

Eiusdem Reusneri.

Dum sitit a Canibus tentus, molimine longo
Armigero Iouis (en!) sub duce, Coruus aquat.
Coruus aquat, Canibus potitur viuo amne fugatis:
Post bellum auxilium, cœlitus omne venit.

μετὰ πόλεμον ἡ συμμαχία.

EIVSDEM.

Ad Coruum Tutelam Principum.

Pannonica gentis custos fidissime Corue:
Semper & o Aquila suspiciende Comes:
A Cane barbarico, lustro non amplius vno
Captus & (heu!) cauea pressus vbiq; lates

Anxius (heu!) animi speras metuisq; sed oscen
Fidus adhuc Aquilæ discupis esse comes.
Mutus & elinguis ferme iam factus & exspes:
Ipse tamen melius Cras fore semper ais.
Alituum Regina, Iouiq; Aquila arma ministrans,
Liberat a cauea te Canis (ecce!) feri.
Liberat a cauea, simul & Canis horrida colla
Frangit, & associat te sibi rursus auem.
Adsit (io!) tibi Coruus Ioui fidissimus ales:
A Cane barbarico tutior esse potes.
Angulus (heu!) Durus nimium tibi cessit iniquus:
Tutius in Nigro viuere Monte voles.

Eiusdem.

Lumine Luna notho credis te posse volucrum
Lædere Reginam, quæ gerit arma Ioui.
Falleris: hæc oculis radiati lumina Solis
Sustinet: haud curans lumen in axe nothum.

Eiusdem Echo.

Non homo, nec sum bestia, nō mihi vindico corpus
Aut animam, nihilo viuo sed ipsa minus.
Non os est, aut lingua, loquor tamen ipsa; locuta
Sed morior, mecum commoriente sono.

SERAPIDIS ORACVLVM.

DEVS.

Ornatus cœli vertex: venter mihi pontus:
Sunt mihi terra pedes: summo stantætheris aures:
Sunt oculi nitidi splendentia lumina Solis.

ÆNIGMA.

IN THERMIS HERCINIIS a Nympha ſpecioſiſſima IOANNI CAPNIONI PHORcenſi oblatum, anno 1497.

Echo.

Inter Hamadryadas & aprici paſcua cultus,
Dum ſpatior, turba me comitante mea,
Ceſpes erat, viridiſq; ſuo de gramine campus,
Illic viſa fuit nobilis effigies.
Obſtupuiq; videns blandæ ſimulacra figuræ,
Nam nec erant Lemures, nec vel imago nocens,
Sed ſimul ad fontem, quo ſæpe lauare ſolebam,
Se mihi neſcio quid obtulit inter aquas.
Dumq; redire domum propero comitata puellis,
Hoc quod neſcio quid, ſe dedit & comitem.
Iamq; videbatur, mox ſe poſt ſaxa recondit,
Nunc viſum eſt longe, nunc prope adeſſe mihi.
Denique conatur oculis illudere noſtris,
Et lateri noſtro iungere forte latus.
Quin etiam ſtuduit mecum concumbere lecto,
Nudatumq; ſalax inhabitare thorum.
Nil magis & Phœbo gaudet; mœſtum [illegible] nebris,
Occulitur ſubito. Dic mihi quid fuerit.

HEN-

HENRICI MEIBOMII, Poetæ Cæsarii.

EX D. BERNHARDI DICTO: Religio peperit diuitias, & filia deuorauit matrem.


Relligio censum peperit, sed filia matri
Caussa sua lethi perniciosa fuit.

C. Iulius Cæsar.

Perdere debueram: seruaui vt perdere possent:
Posteritas diris vocibus adde fidem.
Attilium Pœnus: lacerauit Parthia Crassos:
Varus ab Harminii milite casus obit.
Extra vrbem, atq; orbem Romanum, barbaraque inter
Arma peregrina succubuere manu.
Ante Deum vultus interq; sacraria Pacis,
Fraude propinquorum victima mactor Ego.

Harpyiæ.

Harpyiæ Strophadas quondam tenuere, sed illis
Nunc Romæ, & media nidus in Italia.



[redacted]

Curæ & Preces.

Cura Preces gignit, Precibus sed cura fugatur:
En soboles Matri quam male grata sua.

Ad Mamilianum de Crepitu Ventris e Græco.

Non dulces Ventris crepitus exire recuses,
Si me scire aliquid Mamiliane putas,
Nam multos perimunt homines, si exire vetantur,
Hoc nos qui periit Tucca docere potest.
Et multos seruant, si non exire vetantur,
Non hoc expertus sum, mihi crede, semel.
Cum perimant homines Ventris crepitusque referuent,
Quis neget hoc igitur regibus esse pares?

Ænigmata quędam ex Henrici Cnaustini Iureconsulti libello de gradibus consanguinitatis & affinitatis.

RRIMVM.

Est Comes cum duodecim militibus, quorum 4. erant sui filii, 4. sui Sororii, & reliqui quatuor sui generi & omnes erant de vna matre legitime nati.

SECVNDVM.

Salue Nepos Frater, dixit Nato sua mater [illegible]
Verum [illegible]bat, peperit quod luere soluat.

TERTIVM.

Est Mulier quædam iuuenis vltimæ formæ senectutis

senectutis virum trahens, stans illa coram sex iuuenibus dicit: Duo sunt fratres patris mei, duo sunt fratres matris meę, duo vero filii mei, & omnes de illo sene, vnico patre, legitime iuxta Canonum decreta & Ecclesię statuta matrimonialiter geniti.

QVARTVM.

Duo fratres possunt contrahere matrimonium cum duabus suis sororibus.

QVINTVM.

Dicunt duæ mulieres de duobus pueris: illi sunt filii & nepotes nostri, hoc est, filii filiorum nostrorum & fratres eorundem, & sunt filii & fratres maritorum nostrorum. Imo vterque est patruus alterius simul etiam nepos improprie, nosque mulieres sumus eorum matres & auiæ. Quælibet quoque nostrum alterius est nurus atque socrus. Mariti nostri sunt filii nostri, & quilibet eorum est vitricus, & filiaster siue priuignus.

GEORGII BVCHANANI.

Fratres extra Mundum.

Pene, manu, lingua, [illegible]s munda omnia fœdant.
In Mundo merito sese habitare negant.

ABR. BVCHOLCERI.

Cur precum mater: matrem sua filia pellit:
Quam felix mater, filia quamque pia est.

CAROLI LIEBARDI Langmarcæi.

Latrina.

Hei mihi, quam neglecta habeor, contemtaque vulgo.
Semper in obscura parte locata domus!
Sum tamen ipsa bonum, passim quod habere necessum est,
Quo nihil vtilius, commodiusq; nihil.
Nam me nulla carere potest domus, indiget omnis
Vsque adeo officio fœmina virq; meo.
Huc pueri, inualidiq; senes, positoq; timore
Et naturali virgo pudore ruit.
Immo Duces, Reges, summus cum Cæsare Papa,
Si quando huc illos imperiosa voco:
Adueniunt omnes propere, curruntq; vocati,
Quo dolor hos ani, parturientis agit.
Legatum huc Caculamque suo non mittere possunt
Nomine, non aliis imposuisse vices,
Sed debent ipsimet comparere citati,
Idque statim, nulla interueniente mora.
Et veniunt, non cum pompa, magnaq; suorum
Turba, sed nullo concomitante viam,
Curuatique humilesque adeunt mea regna, leuari
Orantes ventris pondere quisq; sui.

Nam quæ natura eſt ventriſq; culique ſaburra,
Pondus ea eſt, nemo quod tolerare poteſt.
Me quærunt, tanto qui faſce maloq; laborant,
Sola ego nam tanti ſum medicina mali.
Omnes admitto placide, excipioq; benigne,
Hoſpitio, & miſeras ſubleuo faſce nates.
Nec noctu, nec luce mei claudo oſtia regni,
Optatum nulli denego ſubſidium.
Cuiuis hac contingit adire, ſedere, quietem
Accipere, & grauidi ponere ventris onus.
Ipſa ego ſum Latium, ſedes vbi fata quietas
Oſtentant, grauidis & latuiſſe datur.
Hinc ex re Latrina vocor: quod ſuauiter omnis
Deliteat noſtro fœmina virq; ſinu.
Certe ego confugium cum ſim, certumque leuamen,
Et latium, & requies, & medicina mali.
Tantaq; cum præſtem cunctis ſolatia, poſthac
Sum merito prima fronte locanda domus.

Epigramma eiuſdem de Furno & Latrina.

Cuncta quidem variant formam, ſed nil perit: illinc
Huc venit, hinc illuc itq; reditq; cibus.
Triticeo molitum piſtumq; e ſemine panem
Ardenti fornax concauus igne coquit.
At furno coctum, ſtomachoque gulaque voratum,
Egeſtumque culo ſeruo Latrina cibum.

*

Vertuntur panes in stercora, at illa per agros
Sparsa iterum fiunt pinguis & alma Ceres.
Collecto rursum coquitur de semine panis,
Atque ita consumtum reddo Latrina cibum.
Debetur, fateor, patulo sua gloria furno,
Sed tanta aut maior gratia habenda mihi est.

Incerti Auctoris Amicus ollæ.

Est venter omne corpus, undique obtuens
Oculus, suisq; bestia reptat dentibus.

IOAN. LEONIS POETINI.

Insomnis sibi visa parens mea fundere partu
Brutum, hominem, atque deam: somnia vana rata est.
Me parit, immutor, renouor, color, in tribus vna
Io, vacca, Isis, brutum, homo, Diua fuit.

Ænigma Sphingis apud Ouidium lib 15. Metamorph.

Editus in lucem iacuit sine viribus infans:
Mox quadrupes, rituque tulit sua membra ferarum.
Paulatimq; tremens, & nondum poplite firmo
Constitit, adiutisq; aliquo conamine neruis,
Inde valens veloxq; fuit, spatiumq; iuuentæ
Transit; & emeritis medii quoq; temporis annis,
Labitur occultæ per iter decliue senectæ.

Mira

*

Mira scio, miranda puto (mirabile dictu)
Nescio cuncta sciens, nil tamen vsq; scio.

*

Nuper vt hospitio sese vagus intulit hospes,
Mobile per chathros excidit hospitium,
Mox hospes deglutit herum, suspenditur ille,
Demtus hic, in viua contumulatur humo.

ADAMI SIBERI.

Interim.

Scazontes Acrostichides.

Iulianus in Nerone, Thersites
Erinnysi Romaque cumque Iudais
Si iungitur Monachus? quid inde quid fiet?

IODOCI VOGELMANI.

Ad Nicolaum Iunium.

Nicolee, es victor populi? qua subdita gens est?
Mira: cor & iecur, hanc qui domat, ille vir est.

Declaratio.

Strenuus eximios populorum victor honores
Consequitur: victor populorum strenuus isto
Nicoleo: idque tuum monet & vult nomen & omen.
At qui sunt populi, quorum victoria præstat?
Ipse tuo populos circumfers pectore tecum,

Pars iecur elegit sedem, comeditq; bibitque,
Et cupit, & nutrit, generandi & flagrat amore:
Pars in corde tument, vitali plena vigore:
Quæ metuit, sperat, lætatur, concipit iras,
Obsequitur, liuet, miseratur mœret & odit
Hos vincens populos, varie tibi bella mouentes.
Cum rex esse tui potes, & rex esse tuorum,
Nobile virtutis vexillum mente ferente;
Quæ memor & prudens discernit sacra profanis,
In celsa capitis quæ regina eminet arce:
Recta cui natio dux est, & honesta voluntas:
Nicolee æternam laudemq; decusq; mereris.

Anonymi Veritas.

Quæ mensura rei est in mente vel ore loquentis?
Esse vlla in toto si tamen orbe potest.

✱

Amicitiæ fidæ τεκμήριον.

Si iubear patria damnatum excedere terra,
Per freta, per scopulos exsulis ibi comes.

Militum ex bellis redeuntium cantio & conditio.

Nuper eram miles sæuis metuendus in armis,
Sexq; pedes habui: quos vnquam nemo recuset:
Nunc mihi vix duo sunt: inopem me copia reddit.

TOBIÆ ALEVTNERI P.L.

Ænigma Adamo Vrsino Sponso propositum.

Magna

Magna parens tellus quondam mare potat amarū
Sensit vbi vario fessa labore sitim:
Atque ita dum cupiens flumen libabat amarum,
Est factus subito dulcis amaror amor,
Dulcis amaror amor, ceu mollis flamma medullas
Intrat: & (heu!) nullum nouit habere modum.
Fare, quid ista notent, & habebere doctus Apollo
Sponse: vel Oedipodis nomine maior eris.

Eiusdem Quæstio in Martinalibus proposita.

Quæso mihi Martine refer quid cornua signent,
Quæ fert in nostros hospita nostra cibos?
Cornua Martinum credis gessisse? negabis:
Cornutos igitur nos cupis esse boues?

Solutio quæstionis.

Non ita: cornutum veteres finxere Lyæum:
Vim quoniam ex vsu liberiore ferat,
Huic, Martine, locum certo quia tempore supples,
Turba sacrans offert cornua pista tibi.

IACOBI SVSII.

Rosa.

Quintuplici strophio subtus circumque recinctę
Quam Zephyrorides vere nitente calyx!

LORICHII HADAMARII.

Vua.

Dona mea Veneri, sed non vulgaria misi:
Primula callidior quæ sibi finxit amor.

Namq; ferenda dedi dulcissima vina puellæ:
Sed mihi vas nullum, quo caperentur erat.

Solutio.

Sume Methymnæas lectas e vitibus vuas:
Mittere sic nectar vel sine vase potes.

Ænigma.

MARTINI HEILSAMI.

Ante fui, quod iam non sum, haud quod fueram ante:
Tres mihi damna dedere: mihi tres dona tulere:
Quodque dederunt, non habuerunt, quodque tulerunt.
Dic mihi, quid dederint? fuerim quid, dic mihi, quid sim.

Responsio.

Albus eram primo, iam sum niger: albus vt essem,
Sol, Venus, Aura, dedit: Sol, Venus, Aura tulit.
Sol hominum, patrumque Venus produxit in auram
Candidum: at hæc eadem me voluere nigrum.

De eodem.

HERMANNI FABRICII.

Littera prima necat pectus: finalis adurit.
Quarta genas: radiis omnia sexta fouet.

Solutio.

Vrit

Vrit Amor pectus: Ventus contaminat ora,
Solq́ue fouet radiis quicquid in orbe suis.

Incerti Auctoris.

Ænigma Sacrum.

Mosis cum populo Ebræo per mare rubrum transitus Exod. 14.

Est sera, aquis constans, reserat quam lignea clauus:
Venator capitur, libera casse fera est.

Es ist ein Wasserschloß sehr groß
Welchs ein hültznern Schlüssel aufschloß/
Der Jäger wird darinn gefangen/
Das Wild ist frey hindurch gangen

Sic enodandum hoc Ænigma: Sera erat mare rubrum: Clauis lignea, baculus Mosis: venator, Pharao: fera populus Israeliticus.

*

EVA. AVE.

Prima fuit mulier, patuit qua ianua letho:
Per quam vita redit, prima fuit mulier.

*

SEB. ARTOMEDIS.

Trinitatis mysterium Gen. 18.

Tres cū sint, cur excipit hos Abrahamus vt vnum
Inclytus ille hospes nempe Trinunus erat.

TOBIÆ ALEVTNERI.

Vnus pro multis.

Vnus pro multis deliquerat: vnius ausus
In toto cunctos fecerat orbe reos.
Vnus pro multis occiditur: vnius insons
Vita cadit: cunctos mors iuuat vna reos.
Vnus homo dotes, peccati labe, salutis
Perdidit: amissas reddidit vnus homo.
Vnus is adiutor, spes vna, salutifer vnus:
Omnibus & cunctis ancora tuta malis.

ÆNIGMATA INCERTORVM AVCTORVM.

Mnemosyne Mater Musarum.

Quot mihi sint soboles, Lector studiose, requiris,
Nomina nostra legas, pignora nostra scies.
Quot me deuictam Graii dixere lituris,
Tam proles matrem me numerosa vocat.
Negligor a multis, curant mea semina pauci,
Quæ tolle, & nullum viuet in orbe decus.

Natura rerum parens optima, Ars nouerca.

Dic mihi, cur omnes crescunt felicius herbæ
Sponte sua natæ, luxuriantq; magis?
Sed quos ars hominum vel dextra inseuerit illa
Tardius erumpunt, proueniuntq; male?

Sæpe & spem præter succo emoriuntur ademto,
Si quas translatas prouida cura serit.
At quos fert Tellus, nullo cogente, videmus
Produci gremio fertiliore soli.

Ænigmatica vrbium nomina apud Vergilium.

Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Per hanc Mãtuam, per illam Romam intelligit.

Rosa.

Quinq; vides natos vna de matre creatos, a
Sunt duo barbati, barbaq; carent duo nati,
Quintus & ornatus partim, partim spoliatus.
[*a* Cortices rosarum vocant siue alabastros, calycis partes.]

Homo. Puer. Adolescens Senex.

Est animal, totum quod cunctis est bene notum,
Mane ruit quadrupes, itq; deinde bipes,
Vespere postremo solet ire tripes in eremo.
Quattuor, & duo, tres sunt quid in orbe pedes?

Castanea, Casta.

Arbor inest syluis, quæ scribitur octo figuris,
Fine tribus demtis, vix vnam in mille videbis.

Aliter.

Est quædam scribenda notis bis quattuor arbor:
Symposiis aptas fert ea sæpe nuces.
Vnde notas si tres postremas demseris, inter
Mille alias vnam vix reperire queas.

Eſt quædam de fructiferis nota omnibus arbor:
Si nomen quæras octo elementa notant.
Vltima ſic poſito tria ſi de nomine demas:
Inter mille alias vix erit vna tibi.

Aliter.

Eſt quædam ſcribenda notis bis quattuor arbor:
Sympoſiis aptas ferre ſueta nuces.
Si tres inde notas poſtremas demſeris inter
Mille alias vnam vix reperire queas.

Mel.

Vox quædam ruris tribus eſt conſcripta figuris,[a]
Fronte Deum demta[b] *ſignans, aluoq; remota,*
Millia[c] *precedunt, ſed quinquaginta* [d] *ſuperſunt,*
Quæ tu ſi demis, certum pronomen[e] *habebis.*
[*a* Mel. *b* el. *c* M.l. *d*. m *e*]

Annus.

Sunt alta bis ſex, atque vnus in arbore ramus,
Quattuor in ramo nidi ſunt, quolibet horum
In nido pulli ſunt tres, & quatuor, omni
Sunt propria voces, diſtinctaq; nomina cunctis.

Aliter.

Filia ſum ſolis, & ſum cum ſole creata,
Sum quinquaginta, ſum quinque decemque vocata,

Aliter. Anni, Dies.

L.X.V. tria C. capit annus quilibet in ſe,
Addito ſex horas, anni compleueris oras.

Ipſo

Gallus.

Regium quidam diadema gestat
Miles, auratum pariterque calcar,
Temporum vates, bonus & Propheta,
Dic mihi quis sit?
Ipse materno teres & rotundus
Ventre processit, nec habens caput, nec
Ceteros artus, animamq; nullam?
Dic rogo, quis sit?
Inde natura melius fauente,
Accipit sensus animam figuram,
Admonet cœcos homines, docetq;:
Dic rogo quis sit?
Antequam tandem moritur, piatur
Fonte sacrato bene candidatus;
Itq; pro nobis miseris ad ignem:
Dic mihi, quis sit?

Fortuna.

Hos premit, hosq; leuat: hos deiicit, erigit illos:
Cogit & in varios homines descendere casus.

Capulus.

Si bene despicias res sum notissima cunctis,
Non ita sed multis copia facta mei.
Me non optaret quis, si [illegible] liceret,
At tandem miser est, quisquis habere cupit.
Qui pretio [illegible], nostri non indiget usu,
Quiq; parauit, opus non habet ille mei.
Denique [illegible] honesto
Viuitur, & dum nescius ipse mei est.

Penna ſcriptoria.

Sum carnea, vt quæ nata ſum de carnibus,
Nutrita carne, a carne demta ſed ſtatim
Nec forma carnis, nec mihi eſt ſubſtantia.
Pars ſum tamen carnis, cum incipio creſcere:
Perfecta ſic & vera res ſum poſtea.
Bonum & malum potero, a me ipſo nil valens.
Mox vt mihi cultro reſcinditur caput,
Euelliturq; lingua, comparata ſum,
Ad imbibendum, mox liquorem quo meum
Roſtrum irrigatum præter omnem tunc moram
Oſtendit, an lætum ſit, ira an percitum.
Nunc reddo concordes duces ac principes,
Nunc inter illos excito diſcordiam.
Iam grata, mox ingrata dico amantibus,
Amore iam languentibus ſpem ſuggero.
Pugno, grauesq; ſæpe rixas concito,
Pacem ſero, ſciuntur noua per me vndiq;.
In me licet non vlla ſit malignitas,
Tamen malorum cauſſa ſum fere omnium.
Nunc ergo dic, quæ ſim, coniector optime?

ANONYMI.

Penna.

Oſſibus hæret, & oſſis inops, & ſanguinis expers,
Attamen e viuo ſanguine nata venit.
Nulla rei vtilitas, niſi cum ceruice reſectum
Sit caput, & vacuus ſit ſine ventre locus.
Singultantem animam ſecto prius exime ventre:
Propoſitoq; magis res erit apta tuo.

Tinge mero, vel aquis, vel amaro corpus aceto,
Quod capite amisso truncus inanis erit.
Et tibi mille dabit vocum discrimina, quando
Veloci incipiet protinus ire pede.
Illa nocent aliis, aliis sunt commoda: solus
Artifices dexter qui facit, vsus erit.

Solutio.

Ossibus ossis inops incumbit, sanguinis expers,
Attamen e viuo sanguine Penna viuit.

Bacchus, Musa, Cupido.

Tria sunt diuersa regna:
Haud tria diuersa monstra:
Vnum furiat: vnum infatuat:
Vnum expectorat ipsum pectus.

Ænigma.

CÆSARIVS.

Quando pedem capiti postremum iungis, in orbe
Reginam cunctis, quæ dominatur, habes.
Hac si iura tua dederit, regnarit, in aula,
In quouis semper te comitata loco:
Et fronti pectus, ventri quoq; iunxeris ambo
Crura: his transactis, dic mihi qualis eris.

ÆNIGMATA QVÆDAM MIscellanea.

Muscatum.

Si caput est, currit: ventrem coniunge volabit,
Adde pedem, comedes, & sine ventre bibes.

Coniugium.

Sunt duo, quæ duo sunt, & sunt duo, quæ duo non sunt,
Quæ duo si non sunt, sunt duo nulla duo.

Pediculus.

In densis syluis venor bis quinq; catellis,
Quod capio, perdo, quod non capio, mihi seruo.

Cornix.

Res volat in syluis, nigro vestita colore,
Si caput abstuleris, res erit alba nimis.

Testudo siue cochlea.

Terrigena, herbigrada, domiporta & sanguine cassa,
Sub pedibus Veneri Cous quam pinxit Apelles.

Aliter.

Quadrupes, tardigrada, agrestis, humiles, aspera,
Capite breui ceruice anguina, aspectu truci,
Euiscerata, inanima, cum animali sono.

Salus.

Mitto tibi nauem prora puppiq; carentem,
Mitto tibi metulas, vertito si dubitas.

Baculus.

Sum decus in manibus: sustento senem: rego gressus:
Sum terror canibus: habet & me pro duce fessus.

Pedum

Pedum pastorale.

Attrahe per primum, medio rege: punge per imum:
Attrahe prudentes: iustos rege: punge vagantes.

Cor.

Redde Deo mediam Lunam, Solem, Canis iram.

Aliter.

Dimidium Sphæræ, Sphæram, cum principe Romæ
Postulat a nobis toties conditor orbis.

Aurum argentum.

Præsulis Albani vel martyris ossa Rufini.
Romæ quisquis habet, vertere cuncta potest.

Dapes

Quinq; cibant, bis bina volant, tria stant, duo pulsant.

Campana.

Funera plango:
Fulgura frango:
Sabbatha pango:
Excito lentos:
Dissipo ventos:
Paco cruentos.

ἄδηλον.

En panis vnus sesquiplex,
Binis gregatim sexies
Per tres datur sic, vt ferant
Terræ plagas per quattuor.

Aliud Literæ.

Ter tria [a] *sunt septem, septem sex, sex quoque tres sunt,*
Quattuor octo dant, quatuor septem tibi donãt,
Hæc numeris recte facient tibi [b] *milia quinq;.*

[*a* Ter tria, hæ duæ voces in literis: *b* milia dant quinque literas.]

Rosa.

Sunt quini fratres, sub eodem tempore nati:
Barba duobus abest, & tribus illa subest.

Chelys.

In syluis crescens, in campis gramine vescens,
In domibus resono, dic mihi sum quid ego?

Lyra.

Viua fui in syluis, sum dura occisa securi,
Dum vixi, tacui, mortua dulce cano.

Meretrix.

Cum vultu pungit: cum verbis dulciter vngit,
Affectum fingit, complexu pectora stringit:
Si ris procedit, animam cum corpore lædit.

Concubitus.

Est mors, est vita, est vtrunque, est denique neutrum:
Monstrum ergo? & monstrum hoc, si sapis, ipse caue.

Calamus, membrana, atramentarium corneum.

Anser

Anser ouem maculat, cui potum vacca ministrat.

Chordæ, chelys, arcus.

In ligno canit agnus, equus quem sponte titillat

Σ. Θ. Ζ.

Ζῆτα facit bene compositum cum Sigmate Θῆτα,
Grammata sunt vitæ caussa caputq; duo.

Veronica.

Vocales dat quinq; vna Veronica voce,
Adde his diphthongum, consonat ipsa sibi.

ἄδηλον.

Accipitri insidias parat ardea, præda parata est,
Si prius hic sexum mutet & illa suum.

Anna.

Quattuor est lepidis mihi res distincta figuris:
Huic eadem facies ante retroq; videt.

Vrsula.

Laudentur celso rutilantia sydera cœlo:
Me iuuet Arctoo stella propinqua polo.

Annus.

Ver, æstas, autumnus, hyems, sunt quattuor vnum:
Quæ si membra simul iunxeris, annus erunt.

Crepitus.

Fare, quis est, belle generatur qui sine pelle,

Hoſpitio cedens, Domino ſua præmia reddens,
Hunc retinet morem, paſſim diffundit odorem;
Vel clam ſe celans, vel murmure ſæpe reuelans.

ἄδηλον

Adſum mira loqui, lumen ſine lumine vidi,
Eſt ſine luce dies, & ſine pace quies.

Aliud.

Dic mihi quod flumen ſoleat conſcendere montem?
Hoc mihi ſi ſoluas, Oedipus alter eris.

*

Cum pelagus mundo, mundus ſubſidat Olympo;
In medio ſemper conſiſtat pendulus aer,
Dic vbi terra leuem cœli ſupereminet axem?

* Nux auellana.

Eſt aliquid, quod ſi videas, ſinis vſq; iacere?
Et ſi non videas, ſat ſcio, tollis humo.

Wan mans ſihet/ſo leſt mans liegen/ Wann mans nit ſihet/ſo hebt mans auff.

*

Plorat adhuc proles, quod commiſere parentes:
Clamabunt E & A quotquot naſcuntur ab Eua.

*

Si ſcis, dic, homini nimis arctum quid foret vni,
Amplum ſed trinis nimium, iuſtum bene binis,
Hoc eſt arcanum; quare non ducito vanum.

*

Quæ-

*

Quæstio soluatur, cum Castor ab hoste fugatur,
Cur ablatiuos dentes gerit in genitiuo?
Quos dum dente ferit, hostes euadere quærit.

Luscus.

Non habeo, nec habere velim, quod si tamen adsit,
Non caream, Crœsi si mihi dentur opes.

Aliter.

Non habeo quiddam, nec habere velim, tamen id iam
Si teneam, pretio cupiam tibi vendere nullo.

Responsio.

Nemo est qui desideret esse luscus seu vnoculus: si tamen casu aliquis altero oculo priuetur, eum qui reliquus est, maiori habet in pretio.

*

Est animal paruum, quod totum circumit aruum,
Quo nihil est peius, si dematur caput eius.

*

Hic duo manserunt, hic non sunt, non abierunt,
Hic est, hic non est, hic qui fuit, hic modo non est.

* Dux.

Qui de quingentis de quinq; decemq; fit vnus,
Ille meis precibus dignum poterit dare munus.

*

Bos portat spinam, de qua capit aula rapinam,
Quod rapit ipsa boui, dat vitulo vel oui.

*

Mulier.

A magnis pedibus caueas, blæsoq; lepore.
Atq; apium iugulo, cerui lingua, canis ore.

*

Vnica nux [a] *prodest, nocet* [b] *altera, tertia* [c] *mors est.*

[*a* Myristica. *b* auellana vel communis. *c* balistæ, quæ mortem infert: aut nux Methele, quæ auctore Auicena, venenum est stupefactiuum, cito mortem inferens.]

*

Furfur edit, pannum, panem quoque SVSTINEAMVS

Sus edit furfur, tinea pannum, mus panem.

*

Periissent multi, nisi periissent, & seruati essent multi, si periissent:

ÆNI-

ÆNIGMATA QVÆDAM EPITAPHIA.

IN LVSITANIA PROpe Viseum.

SEmicapri quicunq; subis sacraria Fauni:
Hac lege Romana verba notata manu.
Euphorbus iaceo hic: mecum Mercala quiescit:
Quæ soror & genitrix, quæ mihi sponsa fuit.
Ficta putas, frontemque trahens ænigmata Sphyngis
Credis? sunt Pythio vera magis tripode.
Me pater e nata genuit: mihi iungitur illa:
Sic soror, & coniux, sic fuit illa parens.

Tumulus cuiusdam Regis Galliæ.

Risi, ploro, fui, non sum, studui, requiesco,
Lusi, non ludo, cecini, nunc mutio, paui.
Corpus, alo vermes, vigilaui, dormio, dixi
Salue, dico vale, rapui, rapior: superaui,
Vincor: certaui, pace vtor: iure ego vixi,
Iure igitur morior: non obsto, obstare nequirem:
Terra fui quondam, rursus sum terra: nihil sum:
Terra caduca vale, vermes saluete, recumbo.

MEDICI.

Basileæ.

Nec omnia, nec omnes mihi
Placuere: qui nam ego omnibus?

Non omnibus Cous senex:
Non eremitæ Spaginus:
Num tu, viator, omnibus?
Deo placere cura: abei.

IVRISCONSVLTI
Regiomonti Borussiæ.

Expertus mundi vanas res esse nihilq;:
Hic quoq; nunc iaceo, puluis & vmbra nihil.
Sed qui de nihilo cœlum terramq; creauit,
Me cum carne mea non sinet esse nihil.
Hac spe nil mortem feci: nihil omnia fecit,
Nil nihili vermes posse nocere scio.

Patauii.

Heu pascor a latere:
Heu lactor ab vbere,
Positus in medio,
Quo me vortam, nescio.

BONONIÆ.

In monumento Scipionis Bargelini I. C.

Quisq; sibi est genitor, quo sit sibi filius; idem
Et sibi sit natus, quo sibi sit genitor.
Quæq; sibi est genitrix, quo sit sibi filia, sitq;
Nata sibi hæc eadem, quo sibi sit genitrix.
Quæ sit alumna sibi, quo sit sibi dulcis alumnus,
Dulcis alumnus & est, quo sit alumna sibi.
Nec genitor genitrix, nec natus filia alumnus,
Et nec alumna, alter Scipio semper eris.

Ibidem.

Si procul a Proclo Proculi campana fuisset:
Tunc procul a Proclo Proculus ipse foret.

SEQVVNTVR MYSTICA quædam Epigrammata tumulis inscripta.

Ferrariæ.

Iustitia, Mors, Fortitudo.

Quæ sunt, pro his quæ non sunt: quæ si essent,
Pro his quæ cum sint, non sunt: quæ videntur
Esse, pro his quæ clam sunt; in caussa sunt,
Vt qui estis, sitis.

Ibidem.

Iis quæ es omnia do te tibi.

Ibidem.

Fui & fueram: nunc sine vita hic
Excubias ago: idem tu & alii. Bene vale.

Ibidem.

Tertium quod non est, quod nunquam erit, vt capiat.

Neapoli.

In monumento Lact. Lucatii Causidici.

Quid? omnia.
Quid omnia? Nihil.
Si nihil, cur omnia?
Nihil, vt omnia,
Quid omnia?

Si nihil omnia.
Quid omnia? Nihil.
Nihil, vt omnia.

Romæ.

Cadauer.

Prius sperma fœtidum;
Vixi domus stercorum:
Denatus esca vermium.

Ibidem.

Vide quid sim: fui quod estis: eritis quod sum.

Tumulus Similis præfecti militum Adriani Cæsaris.

Similis hic iacet: cuius ætas quidem multorum annorũ fuit, septem tamen duntaxat annis vixit.

Tumulus Syllæ.

Non vernas pauit viuens, non Sylla clientes:
Non studuit proli aut coniugi auarus homo.
At postquam effosso profudit pectore vitam,
Mille satos peperit, mille animas aluit.

Tumulus infantuli bis mortui & nunquam editi.

IOV. PONTANI.

Mortuus ipse bis, at nũquam editus, inferor vrna:
Nam semel exstincta matre quidem morior.
Mox vtero matris cæso diuellor, & infans
Rursum obeo: infelix, nomine quod careo.

Pata-

Patauii.

Id quod es, ante fui: quid sim post fata, requiris?
Quod sum, quicquid id est, tu quoq; Lector, eris.

Item Neapoli.

Fui, non sum, estis non eritis,
Nemo immortalis.

Ibidem.

Non semper ero hic, vsque fui, Hospes quid sim, vides,
Quid fuerim, nosti; Futurus ipse quid sis, cogita.
Nil meum, quod debui, reddidi.

Augustæ.

Nunc quod es, ipse fui, nunc ego sum, quod eris.

Ibidem.

Quisquis ades, qui morte cades, sta, respice, plora:
Sum quod eris, modicū cineris, cum veneris hora.

Pistorii.

O vos quid cupitis mortem euitare seueram?
Qui sunt; vos eritis: quippe quod estis, erant.

Wareni in Megapoli.

Vos qui transitis, memores nostri quoq; sitis:
Quod sumus, hoc eritis, fuimus quādoq;, quod estis.

Polæ ad S. Germanum.

Pater cum filia, frater & soror,
Socer & nurus, hic tantum duo iacent
Euticus & Enonia Nata H. Sedeni S.V.P.

Lucius Agatho Priſcius.

Nec maritus, nec Amator, nec Neceſſarius,
Neq; mœrens, neq; gaudens, neq; flens,
Hanc nec molem, nec pyramidem, nec ſepulcrum,
Sed omnia
Scit & neſcit quid poſuerit,
Hoc eſt ſepulcrum intus cadauer non habens,
Hoc eſt cadauer ſepulcrum extra non habens,
Sed cadauer idem eſt & ſepulcrum ſibi.

AM. PP. D.

Ælia Lælia Criſpis.

Nec vir, nec mulier, nec androgyna,
Nec puella, nec iuuenis, nec anus,
Nec meretrix, nec pudica,
Sed omnia,
Sublata neq; fame, nec ferro, neq; veneno,
Sed omnibus,
Nec cœlo, nec aquis, nec terris
Sed vbiq; iacet.

Item Hamburgi.

Nil fragile a fracto differt, quod tu eſſe ſolebas
Ipſe fui: fies tu quoq; ſum quod ego.

Ænigma inciſum lapidi ſepulcrali Hamburgi contra ſuperbos.

O Cur, Mors, Deus, Negat, Vitam,
Super
Be, Bi, Te, Bis, Nam.

Canon.

Ordi-

Ordine da primam mediæ, mediamq́ sequenti,
Debita sic noſces fata, Superbe, tibi,
Quid mortalis homo iactas te? quidue ſuperbis?
Cras forſan fies puluis & vmbra leuis.
Quid tibi opes proſunt? quid tunc tibi magna poteſtas?
Quidue honor? aut præſtans quid tibi forma? Nihil.

LECTORI S.

CEterum poſt tot, hactenus expoſita Epitaphia ἀγρικτὰ κἀσυφῆ *(vt cum Ariſtophane loquamur) nō alienū fuerit his adiungere Philippa Varana, Camerini Comitiſſæ tumulū ſub tumba holoſerico tecta extantem Ferrarie apud S. Marcum Della Valle: in tabella depicta habens Iuſtitiam a ſiniſtris & Fortitudinem a dextris S.bidam manu tenentem cum hac inſcriptione:* EGO ILLA PHILIPPA CAMERINA MVLIEBRI CORPORE VIRI ANIMVM GERENS IN LVBRICO CONSTITI: TVM DESPICIENDO, TVM AGGREDIENDO OMNIVM IN ME OCVLOS CONTVLI ILLOS ADMIRATIONE STVPENTES, HOS HÆSITANTES SCIENS RELIQVI: DVOS ACERRIMA PVGNA TYRANNOS DISTRAXI: ET QVONIAM NIHIL SINE HAC MIHI ITA SIMILITVDINE IVNCTA, VT CVM EA VEL

EX EA NATA VIDEAR, AGENDVM CONSTITVI, EX PRINCIPIIS FVTVRA PROSPICIENS, HOC PRÆPARAVI. *Sub tabella deinde hæc leguntur:* QVÆ SVNT, PRO IIS QVÆ NON SVNT: QVÆ SI ESSENT (*alii, quasi essent*) PRO IIS QVÆ CVM SINT NON SVNT: QVÆ VIDENTVR ESSE, PRO IIS QVÆ CLAM SVNT: IN CAVSSA SVNT, VT QVOD ESTIS SITIS. *Vtrinque ad latera mortuorum ossa & caluaria depicta cum hoc epiphonemate,* ADHVC VIVET.

Inscriptione ista digna illustrissima & eruditissima fœmina sepultura, eruditorum ingenia vel maxime torqueri, Gaudentius Merula lib.1. Memorabilium cap.8. testatur. In ea explicanda cum Tabulator quidam Philosophus, intimus noster, animi caussa exerceretur: & cordatam mulierem, prauarum cupiditatum supra sexus sui vires domitricem, hac paranesi viros ad philosophicam mortem, in veritatis & virtutis studio positam, excitare voluisse suspicaretur, in duas partes epigraphen diuidebat: Quarum prior tribus axiomatibus constaret: omnia ea, quæ ab homine in hac vita dicerentur, agitarentur, cogitarentur, continens: relata vel ad boni possessionem, vel ad veri cognitionem. Bona autem duum generum: Æterna alia, alia caduca.

De Æternis axioma primum esse: QVÆ SVNT *(hoc est, Æterna)* PRO IIS QVÆ NON SVNT *(id est, pro caducis) subintellige, Amplecti, beatos facit & immortales: non amplecti, facit miseros & mortales. De Caducis axioma secundum esse:* QVÆ SI ESSENT *(hoc est, caduca, siue non entia interna, virtutum scilicet habitus, si essent, si sub sensum caderent, mirifice ad se animos humanos adlicerent)* PRO IIS QVÆ CVM SINT *(hoc est, pro caducis externis, quæ sensus iudicio aliquid sunt)* NON SVNT *(tamen esse dicenda, si cum æternis conferantur) subintellige amplecti facit bonos: non amplecti facit improbos. De vero autem tertium axioma esse:* QVÆ VIDENTVR ESSE *(intellectui nostro, etsi reuera non sint)* PRO IIS QVÆ CLAM SVNT *(pro essentia rerum occulta nostro intellectui) subintellige, amplecti facit mendaces & ignorantes: non amplecti, facit veraces & scientes. Iam vero posterior pars epigraphes, Finem continet, propter quem humana fiunt omnia: cũ ait:* IN CAVSSA SVNT, VT QVOD ESTIS *(in hac mortali vita ænigmatice)* SITIS *(in vita immortale futuri, absq; ænigmate scil. & summum bonum possessuri, & summum verum cognituri.)* AT *Cœlius secundus Curio multo breuius, in propaganda sui memoria ad posteros Philippã ænigmatica hac epigrapha vti voluisse arbitratur: & simul quanã obliuionis & interitus caussa essent, per*

ambages monere. Et quidem tria genera eorum, quæ vulgus bona esse putat, constituit. QVÆ SVNT (diuitias maxime corporeas & durabiles) QVÆ QVASI SVNT (voluptates, quia transeunt) QVÆ VIDENTVR ESSE (honores) iisdemq; opponi totidem bonorum genera: animi nimirũ arras, diuitias, voluptates puras, honores æternos. Sic autem intelligenda esse opposita ista: vt priora in singulis membris deteriora sint, posteriora meliora. Ergo si qui inglorii, obscuri, miseri deniq; sint: id propterea fieri: quod opinione decepti, caduca pro æternis amplectantur: qui vero cõtra virtutem hominis verum bonum adamauerint: ii gloriosi, clari & beati erunt. QVIDAM alius non obscurus nostræ ætatis Aristippus affirmauit, de Materia prima ænigma sibi propositum videri. AT LVDOVICVS Casteluitreus Mutinensis Epitaphium hocce ab Alexandro Guarino Ferrariæ in templo D. Mariæ de Vado, anno M. D. XIIX positum asserit: neq; ipsumet de sensu illius quicquam pronũtiare voluisse, quod eum sibi excidisse simularet. Verum quidam Alexandri discipulus & narrauit, & exemplis quorundam poematum confirmauit: Ferrarienses tunc temporis, quotquot literis dediti humanioribus essent, ei rei interdũ studuisse: vt magno conatu magnas nugas agerent: hoc est, splendida licet & prolixa oratione nihil tamen dicerent: Eiusdemq; generis hanc quoq; inscriptionem videri: præsertim cum Philippa ista Borsani cuiusdam Mutinensis mer-

mercatoris locupletissimi filia, Ioanni de Varano, Camerini domino, exsuli, propter dotis amplitudinem nuptui data, pulcra magis, quam pudica fuerit: & tandem amoris æstu ad insaniam redacta, sæpius per compita Ferrariæ nuda cucurrerit. Ex Ioanne Mathiam P. cum fratribus Varanis dictis suscepit: qui ius suum Camerinense Paulo III. Pontifici vendidere: quo ille fretus, Camerinum duci Vrbinati eripuit: & pro Parma ac Placentia commutauit. Hæc Zuingerus in Theatro vitæ humanæ, volum 5. lib. 1.

*

Huc ponere lubet, quæ leguntur in quodam Cœnobio Mediolanense ingeniasa admodom:

Infelix partus, amissa ante vita, quam in lucem ederet, infelicior quod moriens vitam ademi & parentem consorte sua orbaui. In tam aduerso fato, hoc solum mihi potest iucundum esse, quod diui parentes me, Ludouicus & Beatrix, Mediolanenses Duces genuere, 1497. 3. Non. Ianuar.

CONRADI BACHMANNI MILsungensis Ænigmata.

Ad M. Hartmannum Braunn, Pastorem Grunburg. conterraneum & amicum suum, Programma.

A pueris Musas inter studiumq; seuerum
Pallidis Aonio viximus Ambo modo:

Patria sublimes qua tollit ad æthera turres,
Et Cornbachiacas Fulda resorbet aquas.
Tum qua Lanicolis surgunt Phœbeia castra,
Et stant fœminei rudera vasta iugi.
Sæpius interea multosq; salesq; iocosq;
Miscuimus, dedimus seria mista iocis,
Nunc etiam, vt cernis, tibi cæca ænigmata premo,
Quasq; ligo abstrusas tu modo solue notas.
Si lepor hic nullus suberit, siq; arte carebunt;
Horarum spatio sunt mihi nata trium.

ÆNIGMA I.

Me non dura fames me non amor vrget edendi,
Sed ferri & Chalybis fit mihi lamna cibus.
Me vesci prohibent oleum, tunc crebrior vsus:
Hæc duo me vires non diu habere sinunt.

II.

Maxima planities sine flore, sine arbore campi,
Et vitreis constat collibus & tumulis.
Nec nisi durateo potes hac transiro Caballo,
Sic licet incolumi te remeare pede.

III.

Eleuo in excelsas, qui me sectabitur, arces:
Deiicio inq; imum meq; meosq; locum.
Est via recta mihi, tamē haud mihi recta placebit;
Nec nisi in obliquo tramite curro libens.

IV.

Me sine grata minus, quamuis gratissima cunctis
Musica: nec resonat me sine: muta tacet.

V.

Parua

Parua mihi domus est, cui ianua semper aperta,
Ianitor & nullus, dura nec vlla sera.
Omnibus inuisus, mihi retia mille locantur,
Sum tamen in patula tutior ipse domo.

VI.

Si me conspicies, me natam ab arundine censes,
Si vero audieris, me tonitru esse putas.
Sed quod mortifero mea fulmina confero tactu,
Ipsamet vt veniam non opus esse reor.

VII.

Sum capitosa nimis, variisq; obiecta periclis,
Curro vias longas, firma tamen maneo.

VIII.

Nulla dies abiit, qua sim saturata relicta,
Quamuis Caesareas desideam inter opes,
Imo, quod hic vasto comprendit climate mundus,
Si teneam, Esurio clamito & Esurio.

XI. (hinc sum

Nympha mihi Genitrix, Pater est Vulcanus, &
Flammarum, vndarum passus acerba simul.
Quae dant Sauromatae tam dulcia aromata non
Quam mea, condiero suauius ipse cibos. (sunt,

X.

Negligor aestatis vitio; cum frigus inhorret,
Diligor, & cunctis dicor amica modis,
At non sponte mea possum prodesse: prius quam
Profuero, venter mi calefactus erit.

XII.

Nec Caro, nec Piscis, de carne & pisce creatum,
Huius & illius suppleo saepe vices.

XII.

Sim licet inuestis, tamen haud elinguis, & ore
Sum semper patulo, tum pedis vsus abest.
Et nisi circumagar, nisi crebro verbere tundar,
Lingua solet nullos edere nostra sonos.
Gutture quando meo clangentes rupero voces,
Tristitiam moueo lætitiamq; simul.

XIII.

Sum leuior flocco, verum grauiora ministro,
Quam vel in hoc mundo fecerit ipse Gigas.
Ante Dei celsam mihi fas est scandere sedem,
Hic quodcunq; etiam flagito sæpe facit.
Quin mihi comparent rutilis tota agmina cœli;
Quam submisse otior tam magis alta peto.

XIV.

Depilis implumisq; volo per inane volucris,
Quam cito non cœli currere flamma potest.
Cum volo per nubes scando, perq; infima terræ,
Inter & Antipodas, cum volo, semper ero.

XV.

Ante per aerias volitabam sæpius oras,
Me pharetra & socios claudit opaca meos.
Parte tamen breuiore mei bona multa ministro,
Res etiam magnas me duce Cæsar agit.

XVI.

Nec caro nec sanguis mihi, sum sed vtroq; creatus,
Et carnem & sanguen sæpe per alta tuli.
Nunc qui me glabram fecit, rapuitq; medullam,
Huius in officio sedula semper ago.

XVII.

Ocrea nulla mihi, mihi sunt calcaria nulla,
Sed supero latum, qui sine gramine, agrum.
Me Notus impellit fugio velocior Euro,
Sum vitæ & dubiæ caussa caputque necis.

XVIII.

Et volito, & curro per summa cacumina velox,
Sim licet absq; alis, sim licet absque pede.
Nocte tamen per agro, stipata sed agmine multo:
Me prohibet Frater currere posse die.
Non raro in Cancrum vires extendo latebras,
Meque potestatem sentit habere Mare.

XIX.

Exterius Cicura, interius satis ipsa ferina,
Et careo pennis dum per inane volo.
Ortaq; sæpe fuit de me contentio magna,
Ore licet data sit caussa nec vlla meo.

XX.

Ec quod in his terris animal tam viuit inerme,
Tamq; imbelle pecus, dic mihi, quale fuit?
Cui ego non animos, cui non ego cornua promam.
Bella, Inimicitias sæpius ipsa creo.

XXI.

Me sine nemo potest sublimia culmina Olympi
Scandere: adire Deum me sine nemo potest.
Me sine, quod facies, ingratum est cunq; Iehoue,
Me sine, non opus est, quod Deus æquus amet.

XXII.

Cum de sede mea per vim detrudor iniquam
Fulgurat, atque antro fulmina dira tonant
Me res parua abigit, sed cum discedere cogor
Cum fumo nebulas halitus ater agit.

XXIII.

Peste cadunt multi, multosq; interficit ensis;
Ignis edax multos, pluribus vnda nocet:
Ipsa sed ingentem perimo sine sanguine stragem,
Sum contemta tamen peste vel ense minus.
Quin etiam quanto plures occidero; tanto
Sum dilecta magis sumq; odiosa minus.

XXIV.

Regis ego illustris, quo non illustrior vllus
Purpureum merita voce cubile vocor:
Cum mea mane nouo Regi velamina pando,
Totus ab hoc mundus gaudia mille capit.

XXV.

Non inuitatus mihi sæpius hospes in ædes
Aduenit, hunc summo non pudet esse loco.
Nec tamen hũc vnquã licuit mihi cernere apertis
Si clausis oculis non mihi visus erat.

XXVI.

In sterili vadit terra sine pondere Nauis,
Et scindit sulcos per vada dura Soli:
Nec lustrat terras peregrino sole calentes,
Attamen hac homines pascit, alitque pecus.

Nocte

XXVII.

Nocte latens tumulo sed lucidus exsto diebus,
Vis mea nota polo, vis mea nota solo.

XXVIII.

Est quiddam cōstans tū Carne & Sanguine; miscet
Et bona sæpe malis & mala sæpe bonis.
Non raro instituit cum cæde & sanguine bellum,
Non raro laudes fert homini atq; Deo.

XXIX.

Crebra lauor fluuiis, & fluctus verbero crebro
Supprimor & mergor fluctibus absq; modo.
Nunquam candidior nunquam formosior inde
Emergo, inde magis forma venusta perit.
Me manus artificis pulcram ponebat in vndas,
Sum Carbone tamén turpior ipsa nigro.

Continuatio programmatis Ad M. Hartm. Braunn.

Tiresias inter manes cæcoque sub orco
Dicitur ignotis tradere operta notis:
Et ventura videt, quamuis sit captus vtroq;
Lumine, quale putas pectus inesse viro?
Hic Tu Tiresias, hic Tu sis Oedipus alter,
Hoc tuus incursu sudet oportet equus.
Ne tamen hic nimium Tua mens se docta fatiget,
Accipe quo constent singula dicta loca.
Robigo.1. Pelagus.2. Nota Musica. 3. Musica clauis.4.
Mus.5. Bōbarda.6. Rota Clauus.7. Auaritia.8.

Sal,9.*Fornax*,10 *Ouum*,11.*Campana*, 12. *Oratio*, 13.*Sensus*,14.
Bis 15 *Calamus*,16 *Nauis*, 17. *Luna*,18.*Pila*,19. *Ira*,20.*Fides*.21.
Bombarda 22. *globus*. *Ebrietas*. 23. *Tithonia*, 24. *coniux*.
25.*Somnus*. 26 *Aratrum*. 27.*Ignis*, 28. *Lingua*. *Molaq;* 29.*Rota*.
Sic tibi Theseo monstrata occasio filo est,
Tu cape sisque mei semper honore memor,

Vale Gislæ Hassorum 12. Octob. Anno 1601. M Conr. Bachmannus.

D.M Lutheri Logogriphus Germanicus.

GOLTT / GOTT.

Es ist ein Wort daß hat ein L.
Wer es ansicht begehrt es schnell/
Wann abr das L.wegt vnd ab ist/
Nichts bessers im Himl vnd erden ist.

Ænigma

Erant triginta homines partim Iudæi, partim Christiani in vna Naui: Tumultuante tempestate & efferentibus sese procellis, ineuitabilis interitus videbatur ingruere; vt igitur Nauis dimidia nauigantium parte exoneretur, sortiuntur inuicem vtri horum debeant e mari præcipitari, quo ceteri incolumes possint, ad portum contendere: Ne vero sinistra sors Christianos

præ

præ recutitis verpis e nauicula extruderet, ita a Gubernatore ſeu Palinuro collocati fuerunt, & nonus quiſque in ordine eiectus fuit, donec omnes Iudęi manentibus Chriſtianis expulſi fuerunt.

Collocationem monſtrabit hic verſus, vbi ſeries vocalium pro ſtatione vnaquæq; ſua numerum indicabit, ſecundũ quem alternatim Chriſtiani & Iudæi ſtatuantur, ita tamen vt primam ſtationem quatuor Chriſtiani, ſecundam quinque verpi ſeu Iudæi teneant. &c.

PrOtrVdEs NAVI, plAcArE VElls mArE,
VErpAs
4. 5. 2. 1. 3. 1. 1. 2. 2. 3. 1. 2. 2. 1.

Ænigma Hermani Kirchneri.

Qui Genitor nunquam vixit dat munera vitæ
Gnato: quis Natus, dic mihi, quis Genitor.

Solutio.

Sanguis is eſt Genitor, vitalis Spiritus inde
Gignitur aſſidue: viuit hic, ille minus.

Iris.

Quo fugio ſequitur, ſed me fugit illa ſequentem

Pauli Meliſſi Ciuis Romani,

In Dei Immenſitatem.

Altius ecquid humo eſt? mare & hocce quid? æthra quid æthra? (Nihil.
Flãma quid hæc? polus. hoc quid? DEVS. hocce?

EIVSDEM.

Mors Piorum.

Vita quid melius? Bona fama quid haccine? Rectè
Conſcia Mens. quidnam hac? Rectius inde mori.

Ænigma Henr. Leuchteri. D.

Dn. Chriſtophoro Eccardo Quæſtori Alcfeldiaho tertium Sponſo.

Vnum ter trino eſt: terno ſuperatur & vnum
Bis: duo ſed trinis ſunt propiora ſuis.

Mutii Letii, ænigmata ludicra de Sue.

Waß Saw. *Dic mihi Teutonice quid ſit Quid voce retrorſum*
Inuenies facile nempe ſui ſimile.

Item.

Retro Teutonice Quid ſus eſt ante Latine:
Sed medium Curſus, Rurſus, & Vrſus idem eſt.

Item.

Vrſus dimidius, ſi recte aſpexeris eſt Sus,
Si rabiem tollas Rurſus & Vrſus erit.

Item.

Eſt res in villis magnis ſimul atque puſillis
Nota, ſed in Biblicis lege negata libris.
Nemo edit ex illis qui præciduntur in illis,
Nulla ſui ſimilis res magis aut parilis.

Eiuſdem, de Teſtudine.

Audi mira loqui; Monstrum sine lumine vidi,
Absq; pilis, manibus, dentibus & pedibus.
Et tamen ædificat sibimet, mirabile dictu,
Quam semper secum fertq; trahitq; domum.
Mira etiam domus est, angusta, oblonga, rotunda,
Dura, retorta, potens, abdita. clausa, patens.
Nunc iacet in terra, nunc nauigat, itq; sub vnda,
Nunc scandit montes nunc caua saxa subit,
Horsum, retrorsum, iacet, it, stat, natq; , volatque,
Lignis & tignis viminibusq; caret.

Euricii Cordi Hassi, Ænigma e libr. 5. Epigrammatum.

AD FABIVM.

En enixa duos habet Heliodora puellos
Pulcra Lini Coniux, sed tua Nata Fabi.
At nec fractus Auus, quanquam nec habere nepo-
Diceris, hoc verum qua ratione putem? (tem

Ænigma de Bachanalibus & Quadragesimalibus.

Post obitum Matris sum sæcula multa superstes,
Dic mihi nunc cuius Filia mater ego?
Mater erat sapiens at ego sum Filia stulta;
Et facio stultos qui mea sacra edunt.

R. G.

IOANNIS FINCCII BRACELENSIS.

Ænigma.

Eſt rex qui ſimul exſiſtens iuueniſq; ſenexq;
Multa vorat ſemper, nec ſatur eſſe poteſt.
Huic dum membra ſeco ſoboles numeroſa Dearum
Naſcitur, haſq; illi vulnera parturiunt.
Atque mei gladii facit hoc vis maxima, cuius
Miſtura eſt vrſi Mandragoraq; caput
Bufonis etiam Sylueſtris viſcera tauri,
Caudaque qua eſt hœdi condecorata parens.
Eius vero opifex pulcro cum fratre Dianæ
Durior eſt fœtus, quem ſacra Veſta dedit.

Solutio Ænigmatis.

Hoc ænigmate ſolare deſignatur Horologium. Id igitur inprimis habet gladium, qui conſtat ex capite Vrſi nempe V. Ex capite Mandragoræ nempe, M. ex capite Bufonis nempe B. hæ enim tres literæ harum dictionum capita ſunt: Item ex viſceribus Tauri Sylueſtris, hoc eſt, Vri. Vrus enim, vt patet ex Plin. li. 8. ſuæ naturalis hiſtoriç, capite 15. & ex Iſidoro libro 12. Etymologiarum cap. 1. Sylueſtris bos eſt. Idem confirmat Sigiſmundus Liber in ſuis commentar. rerum Moſcouiticarũ q. eiuſmodi vidit animal. Quare taurus etiam Sylueſtris ſub eodem Vri nomine comprehẽdetur, cum taurus mas in genere bubalo nuncupetur. Aut ſi ſic mauis, Bos qui reſeruetur

uetur ad procreandum. Vri vero viſcera ſunt litera R. quia mediam partem dictionis poſſidet, ſicut in animalibus inteſtina. Cōſtat etiam ex cauda qua ornata eſt hœdi parēs, id eſt, capra, hæc enim hœdum parit, eaq; cauda litera A. eſt, quæ in fine huius vocis exſiſtit, vt eſſe ſolet cauda ex poſtremis brutorum partibus. Si iam has literas omnes coniungas fiet dictio, vmbra: gladius igitur vmbra eſt: talis autem vmbra a ſole ſimul & indice ſeu gnomone, qui eſt in horologio, fieri dicitur, quia ſol vmbram talem definit ſiq; ipſe abeſſet, nulla poſſet ratione diſtingui, Iudex vero efficit, vt ad ſolem ſui ipſius obiectu illa reſultet. Vocauimus autē ſolem Dianæ fratrem, quoniam dicunt veteres & etiam Homerus canit in Hymno, quē ſcripſit in Apollinem, Latonæ filios fuiſſe Apollinē & Dianam. M. T. vero ait in 2. & 3. de natura Deorum Apollinem ſolem dici. Gnomonem nuncupauimus duriorem fœtum, quem Veſta, id eſt, terra dedit, quoniā is ex ferro, vel cupro, aut ſimili materia fieri ſolet, quæ omnia prædura ſunt, & priuſquā veniant in vſum, ex terræ veluti vtero debent proferri. Et Veſtam terram accipimus, quoniam Ouid. in faſtis docet eādem eſſe Veſtam & terram, licet etiam pro igne capiatur. Hoc iam gladio, vmbra videlicet Horologium, regis cuiuſdam, id eſt, tēporis membra ſecat, hoc eſt, diſtinguit in certas portiones dies, qui tēporis partes ſunt, & ex vulneribus, id eſt, ex his ſectionibus naſcū-

tur

tur multæ deæ, id eſt, horæ, quæ temporis fiunt filiæ, quia ex eo ſunt, eiuſq; partes exiſtunt. Dicimus autem tempus regem quia vincit omnia & cuncta ſublunaria (ſi animum noſtrum excipias) illi ſubiecta ſunt. Aitque Ariſtot 4. Phyſic. Textu 120. Quæcunque igitur corruptibilia & generabilia ſunt, & omnino quæ aliquãdo quidem ſunt, aliquãdo vero nõ, neceſſe eſt in tempore eſſe. Idem dicimus ſenem, propter eius tam diuturnam durationem quæ præteriit: idem ſimul iuuenem vocamus propter duratione͂ quæ noua ſemper incipitur. Quare etiam Ouid. 15. Metamorph. cum fluminis & vndę ſimilitudine͂ præmiſiſſet ſubdit. Tempora ſic fugiunt pariter pariterque ſequuntur. Et noua ſunt ſemper, &c. Idem dicimus, multa ſemper vorare, quia, vt ait, Ariſtoteles 4. Phyſic Text. 117. Dicere conſueuimus (verba ſunt Ariſt.) quod tabefacit tempus, & ſeneſcunt omnia tempore Ouid. 15. Metam. Canit.

Tempus edax rerum tuq; inuidioſa vetuſtas:
Omnia conſumitis.

At nunquam poteſt eſſe ſatur, quia hoc facit aſſidue, & ſicut nũquam ceſſat generatio, ita nec corruptio cuius tempus per ſe magis cauſſa eſt, vt docet Ariſtot. 4. Phyſicorum, textu 117 & 128. Horas iam deas eſſe apud veteres, patet ex Ioanne Bocatio lib 3. Geneaiogię Deorum, Pauſanias etiam in primo lib. Eliacorum, vltra Leoni-

deum

deum (inquit) cum ad leuam flexeris, ad Veneris aram primum, deinde ad Horarum accedis, tãetsi in his verbis fortasse melius videatur, si horas eas intelligamus, quas hyemem & æstatem, flatus ac terræ fructus dicũt terminare, quarum Plato in Cratylo meminit. De iisdẽ videtur Orpheus dicere cum in eo hymno quem in horas scripsit ita incipit ὧραι θυγατέρες θέμιδος καὶ ζηνὸς ἄνακτος Horarũ etiam Hes. in Theogonia Homerus in 5. & 8. Ilia. Ouid. in 2. Met. meminerunt.

FINIS.

IOANNIS LAVTERBACHII POETÆ NOBILIS ET LAVRO CORONATI,

Ænigmata.

AD MAGNIFICVM ET ILlustrem Dominum Henricum Rantzouium, Regium Holsatiæ Vicarium, Bradebergæ Dominum, &c.

ADDITIS SIMVL NICOLAI Reusneri Leorini Com. Palat. Cæs. & P. L. Ænigmatis.



E COLLEGIO PALTHENIANO.

ANNO M. DCI.

AD HENRICVM RANZOVIVM PRODVcem Holſatiæ.

Doctos nouem cultor ſororum diligit.

Ranzouii ingenii virtute celebris & arte,
Quem magno clarum fecit honore Themis,
Nobilis Holſatiæ non tantum ſplendor haberis,
Te quoq; magnifica Dania laude vehit.
Cum Sleſuicenſi, Ditmarſia firma, ducatu,
Te quoque patronum re ſtudiiſque colunt.
Hinc dedit Holſatiis tibi Rex Fridericus in oris,
Et rerum reliquis imperiiq; vices.
Si non impediunt diuerſa negotia rerum,
Si breuis exigui temporis hora ſinit,
Accipe de variis clemens ænigmata rebus,
Quæ tibi Muſarum victus amore dico.
Carminis auctores dum carminis auctor alumnos,
Ex animo Phœbi candidiore foues.
Non ingrata reor cadet hæc tibi noſtra voluntas.
Carminis auctores carminis auctor amat.

Nobilis Aonias Henrice fideliter artes
Qui edis, Holsatiæ nobilitatis amor.
Sic ad te venio, ne vatem morte sequaris,
Sed sensus acuas organa pulcra tui.
Vel te victorem faciat victoria, vel me,
Vt certis statuam parta trophæa locis.
Non mors e nostro certamine gloria surgit.
Vt tua, vel mea sit gloria, fautor ades.

III. Liber.

Quanquam non ferulas didici tolerare magistri,
Me schola discipulum non odiosa tulit:
Diuersis non sum linguis excultus & arte:
Non studiis operam nocte dieq; dedi:
Me tamen vtuntur saui doctore magistri,
Et quoscunq; animo discere multa iuuat.
Diuersas doceo solertes ordine linguas,
Hinc artes magna dexteritate bonas:
In terris quidquid vulgauit turba Sophorum,
Mors rapuit multos quos grauis ante dies,
Quidquid & hoc vsquam conscribunt tempore docti:
Indicio discis sedulus omne meo.
Non Regum vereor næuos taxare potentum,
Non scelus, vt metuant conciliare malum.

IV. Radius.

Illustro splendens fulgenti lumine terram,
Quam describo suis ceu pater orbe plagis.
Æquo mensuras, hominiq; rotæq; ministro
Auxilii, pessum ne rapiantur, opem.

HENRICO RANTZOVIO EQVITI, BREDEBERbergæ Domino.

I. Mors.

Holsatiæ splendor, præstans Henrice Camœnis,
Rantzouiæ clarum nobilitate iubar:
Inter Apollineos celeberrima gloria vates,
Qui tecum Musas ex Helicone trahis:
Quas digno veneror quadam ceu numina ritu
Ornatas varia cognitione Dei.
Dic mihi morborum præsens quod pharmacon orbe,
Quo dolor, & morbi quo cadit omne genus?
Non Panacea potens est, sit licet enthea, succo,
Non laudem vitæ cui medicina dedit.
Hoc vt terrarum nihil orbe frequentius vno:
Sic homo nil quidquam vilius omnis habet.
Spernit, & oblatum fugit, vtq; sit inde remotus
Non aurum promit diuitiasque tenax.
Illius est Satanas auctor, nequit auctor habere:
Cogitur æternos, vsque carere dies.

II. Eidem.

ÆNIGMA.

Funeris exstiterim quamuis occasio vatis:
Non tamen illud ego: sed reus ipse, dedit.
Ingenium vates vt in arte probaret acutum,
Non miseræ volui caussa venire necis.

Nobilis Aonias Henrice fideliter artes
Qui edis, Holsatiæ nobilitatis amor.
Sic ad te venio, ne vatem morte sequaris,
Sed sensus acuas organa pulcra tui.
Vel te victorem faciat victoria, vel me,
Vt certis statuam parta trophæa locis.
Non mors e nostro certamine gloria surgit.
Vt tua, vel mea sit gloria, fautor ades.

III. Liber.

Quanquam non ferulas didici tolerare magistri,
Me schola discipulum non odiosa tulit:
Diuersis non sum linguis excultus & arte:
Non studiis operam nocte dieq; dedi:
Me tamen vtuntur saui doctore magistri,
Et quoscunq; animo discere multa iuuat.
Diuersas doceo solertes ordine linguas,
Hinc artes magna dexteritate bonas:
In terris quidquid vulgauit turba Sophorum,
Mors rapuit multos quos grauis ante dies,
Quidquid & hoc vsquam conscribunt tempore docti:
Indicio discis sedulus omne meo.
Non Regum vereor næuos taxare potentum,
Non scelus, vt metuant conciliare malum.

IV. Radius.

Illustro splendens fulgenti lumine terram,
Quam describo suis ceu pater orbe plagis.
Æquo mensuras, hominiq; rotæq; ministro
Auxilii, pessum ne rapiantur, opem.

Artifici stantes contexo pollice telas,
Obsequiis iungo lora iugumq; meis,
A me præteriens homo sæpe feritur in vnda:
Inq; oculis niteo, pro dapibusq; voror.

V. Pons.

Dat mihi, sublimis quod in aere pendeo, vulgus
Nomen ab officii conditione meum.
Si facturus iter, si pugnaturus in hostes,
Æquor araturus si superesse cupis:
Vt fluuios, superes, vt mœnia strenuus vrbis
Miles, & vt naues vector adire queas:
Hoc equidem casus, quam me ducente, per omnes
Absoluisse via commodiore nequis.
Te super & fluuios super & te mœnia possum
Portare, & naues te super incolumem.

VI. Serra.

Qua corrodo minax ego dentibus, euomo, rosis
Non vlla corpus nutrio parte meum:
Hinc macies corpus deformat dira vorantis,
Consumtoq; meo corpore fio minor.
Dissidiis dirimo coniuncta, quiesco nec vsquam,
In partes ierint donec vtrinq; suas.
Luminibus careo, non lucis perfruor vsu,
Alterius, faciens munia, fungor ope.
Audior a cunctis, solum non audio, postquam
Ingratum stridens auribus edo sonum.

VII. Sepulcrum.

Sum domus e saxis, aut multo structa labore,
Aut sterili, vt creber postulat vsus, humo.

Expers

Expers solis ago, nullo quia tempore claram
Admittit lucis facta fenestra diem.
Ventorum gelidos, quamuis non sentio flatus:
Torpeo perpetua frigiditate tamen,
Non calor est vsquam, non rerum forma, tenebra
Obscura quæ sunt omnia nocte premunt.
Hospitii certam venienti confero sedem,
Confecit durum quando viator iter.
Conuiuis alius non est cibus, ac meus hospes,
Cui pars hospitii quantulacunque datur.
Admissos claudo, dimitto nec ante receptos,
Quam cum conflagrans ignibus ignis ero.

VIII. Narcissus.

Dum nimium miror fallaces credulus vndas,
Insano iuuenis lusus amore cado.
Vt doceam iuuenes, mentisque animique venustas
Corporeis quod sit plus adamanda bonis.
Mollibus asserpo languens in gramine ripis,
Vt, quibus interiit vita resurgat aquis.
Perspicuis liqui vitam delusus in vndis
Ex vndis iterum vitæ alimenta peto.

IX. Clytie.

Quid non Liuor edax, firmas vbi pectore iecit
Radices, acri pestilitate potest?
Dum vult alterius tabescens pectus amore,
Proditione sibi consuluisse, nocet.
Virgo fui præstans; Liuore fameque peremta,
Planta sequi vultum me fugientis amo.

Me fugientis amans demiror & ardeo vultum,
Illius vultum mortua viuo videns.

X. Cochlea.

Sum Monachus, sexu neq; mas, neq; virgo, sodales
Et socios nulla conditione fero.
Diuagor in syluis peragrans deserta, locisq;
Fœcundo riguis quærito rure cibos.
Nunquam non vigilans obseruo fideliter ædes
Hospitibus patior nec grauis esse locum.
Deplorant alii multis vbi damna querelis,
Incensa modulor dulce melisma domo.

XI. Myrrha.

Sum liquor, inuoluo Diuorum templa, Ducumq;
Aulas ac hominum suauis odore domos.
Natus ab infami descendo crimine, Luna
Quod fugit, & tristi carmine Bubo notat.
A turpi quouis defendo putredine corpus:
In veterem subito ne redigatur humum.

XII. Tages.

Vna dies puerum me vidit, & vna, peritus
Vaticinandi augur quod fui in arte, senem.
Vna dies puerum quod viderit vna senemque,
Mirum est: at vidit me puerum atq; senem.
Impresso fueram sulco vix natus in auras,
Cum ventura senex, inter aratra dedi.

XIII. Argentum viuum.

Est

Est graue, quo grauius vix quidquã pondere, septo
Si clausum, elabi ne queat, ipse tenes.
Elapsum in partes discurrit mille: sed vnum
Fit rursus, certa si ratione regas,
Exstinctum mutat species, rerumq; colores:
At viuum, celeri mobilitate viget.

XIV. Saturnus.

Sum longæua ætate senex, velocior Euro:
Nemo currentem me retinere potest.
Quo retinere cupit magis, hoc magis impiger idem
Innixus baculo sim licet, effugio.
Res omnes, aurum, chalybem, deglutio ferrum,
Stagna, lacus, fontes, ebibo tum fluuios.

XV. Araneus.

Non mihi sunt radii, non licea, trama, nec vlla
Stamina non plena persoluenda colo:
Ipsa tamen, natæ Iouis æmula, texo laborans,
Vt telas referant serica nulla meas.
Exonero plenum contexens sedula ventrem,
Eque mea replens viscera fauce vomo.
Insidior latitans, pedicas & retia pono,
Donec adit casses præda petita meos.
Admoneo legum qualis censura feratur,
Arbitrio iudex cum docet æqua suo.

XVI. Aurum.

Vocalis quanquam mihi desunt organa linguæ,
Nullus quo careo, prodit & ore sonus:
Persuadere tamen mortales omnia possum,
Ne graue sit fieri quidquid in orbe volo.

Non moueor, moueo forma quos fronte carentes
Captiuos teneo nocte dieq; mea.

Ad Paulum Melissum.

XVI. Sueui.

Barbitus Isaidæ si te non Teutona vatis
Obstrictum fama clare Melisse tenet.
Dic, quibus in terris, obseruantissima iuris
Natio, qua vigilans iura frequentat, agit?
Cum matutinos vix Lucifer inficit axes,
Et solitum ruris turba requirit opus.
Res hominum summo cum sol obseruat ab ortu,
Vel medio fulgens plurimus axe calet.
Aut cum decliuis temone relinquit Olympum,
Ac modo pars lucis, pars modo noctis adest.
Ad ius addictos vocat, ad ius ordine ponit:
Quos sancta iuris conditione regit.
Non prohibent opera, non cura domestica rerum,
Non dolor, hoc iuris gens studiosa colit.

XVIII. Horologium.

Non didici numeris numerandi pluribus artem,
Non quocunq; modo temporis ordo fluat.
Ne fugiat numerus, ne fallat in ordine tempus,
Successumq; datus sentiat vsque labor.
Te doceo numeros, doceo te tempus, vtrinq;
Dum monstro numeros temporis edo moras.

XIX. Cæpa.

Ostentans Luna variis simulacra figuris,
Corporis aduersas signo liquore vices:

De-

Decresco minuens corpus cum crescit, & illa
Decrescente iterum corpore cresco meo:
Non quemquam violo, me vis nisi facta lacessat.
Indignans hostem, cum petor hoste, peto.
Obruo me lacrymis temere quacunq; petentes,
Fert impune suum non violator onus.

XX. Maria semper virgo.

Nata patrem genuit, patre quæ nisi nata fuisset,
Vagisset tenero non pater ore puer.
Qui matrem gignens vitæ produxit in auras,
A genita genitus matre sorore puer.

XXI. Phalanx.

Octonis pono quadratum millibus agmen,
Promoueo naues quas nequit æquor humo.
Vt stupeant facio mortales morsibus icti,
Vt toto miserum corpore membra tremant.
Discerno digitos, quod tandem deuoror ipso
A fœtu, offensæ Pallados ira facit.

XXII. Tiresias.

E mare sum mulier dissecto factus ab angue,
Accepi rursus de muliere marem.
Arbiter hinc lectus superum de lite iocosa,
Lis mihi damna data lege iocosa tulit.
Lumine priuato subiecit pœna futurum:
Scira futura Dei si est, Deus ipse fui.
A Laertiade pallente vocatus ab Orco
Vaticinans feci mystica fata palam.

XXIII. Echo.

Virginitatis amans, solem, auras, frigus & imbres,
Dum famæ vereor vimq; dolosq; fero.
Obseruo tenerum vitæ studiosa pudorem
Ex hominum cedens, vallibus, arro, grege.
Ore procax nusquam promo temeraria vocem,
Respondens alio pauca loquente, loquor.
Ærumnis animi tenuata fameque, sitique:
Antra cubile, thorus marmora dura mihi.

XXIV. Syrinx.

Paganum spreui, quod rusticus esset, amantem,
Nunc amo paganos rusticitatis amor.
Pagani si non animor complexibus oris,
Exanimis tota est mutaq; vita mihi.

XXV. Ars.

Sum puero magnum teneris ego pondus in annis,
Quod durus placido pectore ferre negat.
Verberibus parcis? subeundo pondere multo
Segnior, ac tolerans ponderis arcas equus,
Vt puero desum nullis in rebus: adulto
Sic mala fortunæ sum per acerba comes.
Per mare, per syluas, per terras, curro per ignes:
Nil vis, nil hostis, nil mihi liuor obest.
Non humeros onero, manibus non tractor, habenti
Hoc leuius, quo plus sustinet, esse probor.
Nudus vt incedat, secum gerit omnia diues,
Me nulla quisquis parte recusat onus.

XXVI. Somnus.

Pax animi, requies rerum placidissima, curis
Non vlla turbor conditione sinu.
Fessa ministeriis demulceo cuncta, labori
Sufficiant studiis vt reparata suis.
Incessus hominum, vultus, & verba loquendi
Exprimo, factorum non simulator iners,
Mille mihi terras nati populosq; pererrant,
Quos nisi componat lumina nemo videt.

XXVII. Adamus.

Quam prius ex vtero vitales natus in auras
Accepi vitam, iam mihi vita fuit.
Quam prius excessi vita, sum mortuus, at non
Sum tristi læsus morte sepultus humo.
Inuito vixi longæuam funere vitam,
Alterius donum quod mea vita fuit.
Vita quidem fuit, at mortem bis ferre coactus:
Est data bis rursum corpore vita mihi.
Computrui terris vbi triste cadauer humatus,
Accepto liber corpore viuo nece.
Amplius atra nihil mors in me iuris, Olympo
Dum mortis Dominus viuo perennis, habet.

XXXVIII. Leucothœ.

Grata Deo gratos ob formæ virgo lepores,
Sola patri moriens non ego grata fui.
Morte mea grato me surgere fecit odore
Ille: sed hic viuam contumulare solo.
Reddita defuncto melior pro corpore vita
Suauis odorato corpore surgit honos.
Quæ duram precibus nequii placare parentem
Nunc homines placo, concilioq; Deos.

XXIX. Zythum.

Non ego ſum vinum, ſed vini more cerebrum
Perturbo, vini dum vice fungor ego.
E puteo gignor madefacto farris aceruo,
Dum fouet alma Ceres, percoquit ignis edax.
Quo me cunq; fero comitem ſe ſpuma ſubinfert,
Vt ſit in aſpectu gratia multa meo.

XXX. Glans.

Creſcat vt humanum genus, vtq; examine longo,
Strenuus officium, multiplicetur, ago.
Nutrimenta dedi, quæ tempore deſpuit iſto,
Quod varia paſcit conditione gulam.
Ne tamen humanos deſint nunc prorſus ad vſus,
Bruta, quibus Bacchi feſta coluntur, alo.
Hæc ſuper in vita ne deducare pericla,
Deducens aluum, quæ nocitura leuo.
Vis cadat humanum letho genus, intereatq;?
Officio fungor rurſus vbiq; meo.

XXXI. Schola.

Sum labor aſſiduus, defuncti meta laboris
Nulla, nouum poſito fine recurrit opus.
Grata mihi fecit Graium ceſſatio nomen,
Ceſſandi verum non mihi cauſſa datur,
Vrgeor, impoſitum crebro ſimul vrgeo munus,
Res vt alat, florens publica pace, bonos.

XXXII. Nimbus.

Fundo merum quoties depoſcis, fundo liquores,
Vnguentumq; litum quo bene corpus olet.

Depluo

Depluo præcipites in tempestatibus vndas,
Perturbo magnis flatibus vsus humum.
Me comitante Dii descendunt axe frequentes:
Subsidiis homines cum recreare volunt.
Armorum celeri terras quoq; repleo casu,
Auertit patria quæ pietate Deus,

XXXIII. Amor.

Ignis in humano dispergens corpore flammas:
Ardeo, perpetuis non ruo pressus aquis,
Me non Arctoi corrumpit frigoris algor,
Non rigor, indomitæ non graue mortis onus.
Vt Deus ipse meo lætatur nomine dici:
Æternos ignis sic ego viuo dies.

XXXIV. Turdus.

Sum volucres inter mensis gratissimus, aluum
Exonerans, mortem corpore gigno mihi,
Exonerans aluum mortem dum corpore gigno,
Cur possum mensis gratus adesse cibus?
Mortem nonne tibi metuis quoq;, dum mihi mortem
Gigno, meo vesci corpore quisquis amas?
Humanas imitans produxi gutture voces,
Cæsaris Augusti coniugis acer amor.
Quæ nigra ruffescit, canit æstu, frigore balba,
Solstitio muta est, bis parit oua, me amat.

XXXV. Auis.

Bis vitæ fragilis vitales nascor in auras,
Quas mihi concessa conditione peto.

Me licet obiiciat multis fortuna periclis:
Morte semel tantum, cum vocat hora, cado.

XXXVI. Christus.

Qui sine principio, rerum sine fine creator,
Principium & finem rebus in orbe dedi:
Qui sine temporibus currentis temporis auctor,
Præscriptum quoduis tempus habere sino?
Principium & finis terrarum factus in orbe,
Temporis in spatio temporis vmbra fui.
Nunc sine temporibus superato tempore viuo:
Nec mihi principium, nec mihi finis adest.
Vt cum principio mecum sine fine morentur,
Temporis in spatio quos mihi tempus habet,
Quos non tempus habet mihi, mors detrudet in Orcum.
Vt sine morte ferant flebile mortis onus.
Temporis & ratio numeri non vlla feretur,
Quod sine finito tempore tempus erit.

XXXVII. Fomes.

Areo, quamq; meo prius vndet corpore gutta,
Torquebis leuius pumice victor aquas,
Subiiciens stimulum, segnes in rebus agendis
Accendo, faciant vt patienter opus.
Si tibi flamma deest, ignisue paratus in vsum:
Vt foueas tristi corpora læsa gelu.
Mox tibi flamma, mea tibi mox ope subsilit ignis,
Vt flamma, vt multo luceat igne focus.

LVIII. Centaurus.

Sum

Sum pedibus nullis homo qui vestigia pono:
Sum ceruice carens, cui caput, acer equus.
Totus homo sum, totus equus sum totus vtrumq́;:
Hic homini prodest, ille ministrat equo.
Nunc Meleagream, Nessi de sanguine saui
Infectus postquam sum, Calydona seco.

XXXIX. Ionas.

Luce carens, tenebris tumulatus viuo, nec vrna est.
Nec saxum, nec humus, nec mare tumba mihi.
Est caro, quam carnem Præsul negat esse Latinus:
At carnem veram Biblia sacra docent.
Nunc sursum tollor, nunc trudor ad ima deorsum:
Est animo, est requies corpore nulla meo.
Omnia conficiens quod me non conficit, istud
Gratia munifici commemoranda patri.
In tenebris ergo prece me sustento sepultus:
E quibus emergens denuo cerno diem.
Se qui sustentat prece nixus mente fidelis,
Auspice, non horret dura, necemq́;, Deo.

Aliter.

Sum, nondum dira confectus morte sepultus:
Haud vrna, haud saxum, non humus vlla tegit.
Et loquor, & sapio, & vitalibus abdicor auris,
Meq́; capit viuus, meq́; vehit tumulus.

XL. Nox.

Principium prima ducens ab origine mundi,
Duro: nec est terra terminus orbe mihi.

Non est, non & erit mihi terminus ante futurus,
Quam cœli iudex orbis ab axe ruet.
Obscura videar quamuis caligine cingi,
Res nulla constent vt ratione viris:
Prona tamen sum consiliis occasio dandis,
Plurima quæ dubiis commoda rebus habent.
Tranquillam placidæ sedem concedo quietis,
Vt reparent vires bruta hominesq; suas.
Non terras adiens Hyperione lustror, at astris:
Vnde meum raro surgit honore decus.
Vt pauidas multum formidine terreo mentes:
Sic animo vitiis me datus omnis amat.

XLI. Aquilo.

Non homo, non animal, non quæ petit alta volucris
Me, breuis vt superet vita, cauere potest.
Vnde veniam, & quo proficiscar tamen idipsum
Quantumuis sapiens nemo docebit homo.
Audior, auditu venientem percipit omnis,
Non tractor manibus, non oculis videor.
Non laqueis capior, vinclis non claudor ab vllis:
Sed vacuis penetrans occupo cuncta locis.
Est mihi magna quidem, cum robur tento, potestas:
At maius Titan lumine robur habet.
Cogo viatorem quando constringere vestes
Errantem, Titan exuit igne suo.

XLII. Venter.

Res decreta suos quæuis sapienter ad vsus.
Illicitis pereat ne violata modis.

Non

Non ius pera capit, sed panes, liba, canistrum:
Non lentem, vinum pocula, non carabum.
Diis inimicus ego nullo discrimine condo
Ius, panes, lentem, liba, merum, carabum.
Cetera præterea, totum manifesta per orbem,
Audeo nonnunquam quæ bonus horret homo.

XLIII. Spina.

Ex improuiso me contrectantibus, acer
In plantis violat vulnere mucro manus.
Fœminea decorans constringo tegmina cœtus,
Vt suus in cultu debitus ad sit honos.
Arceo pometis fures, fructumq; ministro,
Quem probat in mensis sæpe gulosus homo.
Me non ignorant pisces, non cuius imago
Est Deus, in Christo cui patet aula throni.
Confero caliacis cocta radice, cruentam
Et tussim, prohibens dira venena, leuo.

XLIV. Ignis.

Mobilis assiduo moueor, sine pondere, motu,
Et leuis ascendens nubila celsa peto.
Nutrimenta voro quæcunq; feruntur, auarus:
Nec Deus ipse meum nomen abhorret amans.
Principia vt rebus tribui ratione Sophorum:
In mundo rebus sic quoq; finis ero.

XLV. Ignis.

Illustro tenebras, obscurum quidquid habetur
Lumine mox lucem splendidiore capit.
Vt gelidum pulso recreetur frigore corpus,
Quæ concreta gelu membra tepore leuo.

Absumo rodens paulatim cuncta, ministrat
Quæ natura mihi cunq; alimenta solo.
Sordibus aspersis impurum purgo quod exstat,
Vt primum teneat pristina forma decus.
Numen adhæc maius concesso nomine signo,
Claudere cœlorum quam queat orbe globus.

XLVI. Aqua.

Arguo fucatos prodens medicamine vultus,
Quodq; sit in niueo dedecus ore loquor.
Os mihi cum non sit, perdens ego pellicis instar
Multiuora, quidquid traditur omne voro.
Omne voro, nulli me præbeo fronte fidelem,
In cunctis stulte, qui mihi credit, agit.

XLVII. Alucus.

Sum fluuii constans ab origine ductor ad æquor,
Principium sumit q[illegible]bet vnde suum.
Per fluuios idem traduco fidelis euntes,
Ne peregrinando forte moretur iter.
Pondera sustinui cum sat commissa per vndas,
Pauperis inuersus præbeo tecta casa.
Vt placidam capiant victi languore quietem
Infantes, oculos nocte sopore leui.
Vt fallas hilari spaciosum pectore tempus,
In lusus faciles area nostra patet.
Salsamenta cupis bene si condire, ministro
Egregium multa commoditate locum.
Ne pluuiis nimium lædantur ab imbribus ædes,
Ne vitium faciant robora dura, veto.

Vt ſalis abſq; vſu carnes ſeruentur, & vuæ,
Vt pyra, mala, meo corpore dona probant.

XLVIII. Aura.

Ventus ab Aurora veniens ſum rorifer, auri
Splendor, & in populo candidiore fauor.
A doctis habeor fortuna dieſq; poetis,
Me, ne plura loquar, nemo carere poteſt.
Nemo carere poteſt, Cephalus me dum vocat ore,
Exhauſti requiem meq; laboris habet.
Coniugis interitus ſaltu loca ſola petentis,
Non donum, facto vulnere cauſſa fui.
Coniugium felix, æquales pectora flammæ,
Quo coniungentes ſuſpicione vacant.

XLIX. Ratis.

Filia ſyluarum, ſyluis nutrita, volucrum
Attribui ſedis quæ loca grata gregi.
Erro per ignotum, veſtigia nulla relinquens,
A duce dum fido cæca gubernor, iter.
Sola vagor nũquam, comitũ mihi ſemper adhæret
Turba, ſinu geritur, quæ ſtudioſa meo.
In ſyluis vt ego liquidas ſum nata ſub auras,
Sic auræ curam proſperioris amo.
Proſperioris amo curam, quæ recreor, auræ,
Fortunæ tenuis ſpes, vbi nulla, meæ.

L. Pes.

In vatum certas præſcribo carmine leges,
Vt iuſto conſtet ſyllaba quæq; modo.
Do menſurandi res inſtrumenta peritis,
Ne menſis fallant arua domuſq; locis.

Tempestas nimio ne subruat impete naues
Contraho, vel sinubus carbasa trado suis.
In vita moduli suus vt cernatur & vsus,
Et cursoris item conficientis iter,
Præbeo suppetias, nullo quæ tempore præbent
Thesauri magnæ splendidioris opes.

LI. Cæcus.

Noxq; diesq; pares mihi sunt, color vnus & idem
Rebus, quas aer fert humus, ignis, aqua.
Vna eademq; Deo venturæ meta salutis,
In Christum recta quæ datur orta fide.
Hæc dum credenti contingit, noxq; diesq;
Nil dispar prodest ad bona vera color.

LII. Epistola.

Interpres mentis loca per disiuncta viarum,
Sensa voluntatis præmeditata loquor.
Erubeo nunquam, quod dicere quisq; veretur,
Excusso nulla profero voce metu.
Officio dulcis nonnunquam fungor amici,
Nonnunquam partes fortiter hostis ago.
Et belli & pacis sum caussa, boniq; maliq;,
Auctoris posita pro ratione mei.
Non ego, sic studiis cui seruio, quilibet auctor
Fortunæ faber est verus vbiq; meæ.

LIII. Gallus.

Naturæ solers productus munere vates,
Mendaci nunquam voce futura cano.
Quam prius obtueor solem, bis nascor in auras,
Nec baptisma nisi post mea fata fero.

Mor-

Mortuus ancipiti dependet corpus obelo,
Concilians hominum gaudia multa gregi.

LIV. Tormentum.

Cum calido frigus, cum duro molle, liquorq;
Cum sicco, pugnat quod graue cumq; leui.
Ore voro flammas, tonitru vocale supremi
In cœlis imitor fulmen & acre Iouis.
Destruo munitas celsis cum turribus vrbes,
A plagis tutum nil agit orbe meis.

LV. Follis.

Exspirans animam, non morte resoluor, at illam
Assurgens suctam protinus abdo sinu.
Abdo sinu, & remouens obiecta repello subinde,
Ne proprium teneant sede repulsa locum:
Ne cedam, caput & venter constringitur vncis,
Hinc anima obiectum quodq; repello mea.
Emissam repeto, repetitam mitto, facultas
Vt modo magna, animæ sit modo nulla mea.
Sic mediis fluctus haurit Delphinus in vndis.
Sic haustas iterum gutture fundit aquas.

LVI. Mens.

Intrepidus terris peregrinans erro viator,
Liber ab insidiis per loca cuncta vagor.
Non me præruptis remorantur montibus amnes,
Non mare, non ventis quæ nimis horret hyems,
Impedior nullo sudans Hyperionis æstu,
Non pluuiis misto grandine turbor aquis.
Saluus eo, saluus redeo, rerumq; nouarum
Absq; graui sumtu conscius esse queo.

Mollis aqua tremulum labris ita tumen ahenis
Absq; mora subito per loca cuncta volat,
Sole repercussum & splendentis imaginē Lunæ,
Tecta domus passim cum laqueata ferit.

LVII. Calamus.

Multiplices prosum, quãquam cõtemnor, ad vsus,
Inq; paludoso sto sine crine lacu.
Me nisi ducentem sequeretur scriba, legenti
Nil quidquam docta sciret arare manu.
Non horti præses multo cum fœnore fructus
Accipiet, custos si bonus esse negem.
Non viret arboribus fœcundis consitus hortus,
Si rigido munus despuit ore meum.
Captura volucrum solers frustratur & auceps,
Piscatorq; mea non bene fultus ope.
Lætitia nullo tibicen carmine signum,
Me cum præsentem non habet, vsq; canit.
Conficio celeri quem vult herus impiger ictu,
Lychnuchos templis ignibus armo sacris.
Non tenui fugiunt præsepia vimine texta,
Artifices teneo quando ego mellis apes.
Quid multis opus est referam mea cõmoda verbis?
Quod prosim multis, vsus vbiq; patet.

LVIII. Ferula.

Quidquid in humano latet vsquam pectore praui,
Quod disciplinæ tollere cura nequit,
Hoc fidei linquens vestigia corrigo, pectus
Vt prauum mutans præstet honesta bono.
Sacra vocor Baccho, moneo quod sedula potos
Inter, quæ cauta mente cauenda, merum.

Officii

Officii tandem fido pro munere, quærens
Optima supplicio, gratia flamma datur.

LIX. Testudo.

Arbor ego felix auium concentibus olim,
Ventorum syluis sum recreata sono.
Nunc meliore fruor fato deiecta securi,
Harmonicos varia voce susurro modos.
Quæ iucunda virens accepi gaudia syluis,
Mortua suauisonis gaudia fingo sonis,

LX. Inuidia.

Sum pestis toto qua non truculentior orbe,
In portentoso corpore pœna mihi.
Ex proprio lætor non prosperitatis honore,
Ærumnis animo non queror ægra meis.
Est amor alterius dolor, est ærumna voluptas,
Quo me conficio corpore semper adest.
Dum nihil alterius damnis gauisa reporto,
Alteriusq; bonis nil cruciata lucror.
Sola mihi noceo, pario mihi sola dolorem,
Conficio torquens membra furore meo.
Immensum proprio tormentum corde, meoq;
Alterius morior prosperitate sinu.

LXI. Vestis.

Turpe quod est visu, vita quod turpe decoro,
Congressus hominum quando subire placet.
Vt non offendas vlla ratione pudorem,
Omne quod est visu turpe nefasq; tego.
Numinis inuentum, mortalis cura celebrem
Me specie terris splendidiore facit.

*Vt veniam ſcelerum quæras, Chriſtumque ſalu-
tem,
Criminis admiſſi pectore viue memor.
Qui memor admiſſi reſipiſcens credit Ieſu,
Inq; fide præſtat munia, ſaluus agit.*

LXII. Campana.

*Eſt intra cœlos, intra mihi manſio terras,
Non cœlum tango, non quoq; tango ſolum.
Conſtringor vinclis, concludor robore duro
Vt nulla mutem conditione locum.
Os mihi ſemper hiat, petulanter & exſero linguam,
Nec niſi cum cogunt verbera multa loquor.
Cum loquor, aſſiduis repleo clamoribus aures,
Verbera cum ceſſant, tum quoq; ceſſo loqui.
Non vlli noceo clamoribus, hortor iniquos,
Contrito quærant corde ſalutis iter.*

LXIII. Molaris.

Ad Andream Berchtoldum.

*Andrea index gemmarum ſcite, fodinas
Qui terræ gnaua ſedulitate colis.
E quibus & gemmas & magno dona labore
Eruis, in Ponto qualia Lemnos habet.
Cum merito poſſim gemmarum gemma vocari,
Me quod multorum vita carere nequit.
Nulla mei ratio cur gemmas inter habetur?
Inferior nulli qui bonitate feror.
Pro digitis orno vario conuiuia luxu,
Ieiunii ſtimulans ne premat ora fames.*

Gaudia nulla quies, dat gaudia nulla voluptas,
Quas non perpetuas reddo benignus humo.
Natiuam fuco non turpis adultero formam,
Liber ab insidiis omnibus emtor abit.
Est mea praeterea passim miranda potestas,
Vno quam dignus praedicat ore fauor.

LXIV. Annulus.

Est mihi principiũ, fuit & mihi terminus, at nunc
Nec mihi principium, nec mihi terminus est.
Nobilium quoniam generoso stemmate natos
Atq; fidem signo prosperiore nota.
Contortos idem concinno vertice crines,
Vnde puella decens, gaudet & vnde puer.
Hinc in honore feror, meritoque hinc dignor honore,
Quos in honore memor pectus habere solet.

LXV. Eua.

Quam prius e matris suscepi corpore vitam,
Vberibus suxi nectar & ore meo.
Nullius exemplo, me quod docuisset amorem,
Quo nil terrarum sanctius orbis habet.
Corde virum toto comitans laetisq; malisq;,
Mater ego pariens pignora multa fui.
In mortis mea me coniecit opinio fauces,
Quam prius exiuit corpore vita meo.
Vita mihi postquam subtracto sole negata,
Corporis & massa, menteq; viuo polis.

LXVI. Aries.

Caesaribus multis monumentũ insigne, Ducumq;
Gloria, virtutis, militiaq; decus.

Insidians auidus latronis more carinas
Mergo, prius prudens quam sibi nauta cauet.
Portitor egregius fratris, caraque sororis,
Quæ merso fecit corpore nomen aquis.
Mortales ferio, quibus occursare voluptas,
Est per alternas cura ferire vices.
Armatus ferro muros sociaque cohorte
Tecta frequens pulso, dum labefacta cadunt.
Astrorum splendor cunctis vt commoda præstem
Orbe, diem nocti lumine reddo parem.
Vt sibi me proprium faceret satus Æsone, pressit
Æripedum vigili colla dracone boum.

LXVII. Vmbra.

Sum breuis in medio, capite ac in calce diei
Longior, vt surgit sole caditve iubar.
Vrgentes fugio, fugientes insequor, istas
Me videt alternis quisque subire vices.
Defessos recreo gratas dum largior auras,
Dumque fatigatis præbeo frigus humo.
Nil fraudes vereor, mala nil discrimina, meque
Sede, prior moueat se nisi, nemo mouet.

LXVIII. Pius.

Suspirans cœlum cum Diis commercia tracto,
Sum magnis verbo regibus orbe timor.
Astra mihi parent, pisces, animalia, venti,
Flamma, solum, tenebræ, flumina, pontus, aues.
Et Phœbum & Phœben prece sisto potente, nec Orcus
In me, nec quicquam Mors fera iuris habet.

Exanimata animo, steriles fœcundo, bonisq;
Apparens mirum maxima mira probo.
Exuuiis demum positis mortalibus, astrum
Fio, Dei carus filius, imo Deus.

LXIX. Speculum.

Nullus inest fulgor mihi, nulla figura tenebris,
Cum lateo, tibi nec visa referre licet.
Multus inest fulgor mihi, multa figura nitenti
Luce, tibiq; licet visa referre mihi.
Nil quidquam doceo, nisi protinus ante feratur
Vt videam, quam te forte docere queam.
Te si digna vides prudens virtutibus orna,
Sin minus, integra sedulitate caue.

LXX. Casus.

Grammatica formas accommodo vocibus artis
Multiplices, rebus multa pericla creo.
Quod neq; dat fatum, neq; sors quod blanda ministrat,
Spem præter spatio forte ministro breui.
Quid sim quærenti non possum dicere, verum
Ex coniecturis coniice mente tuis.

LXXI. Amor.

Inter aquas ardens in pectore nascitur ignis,
Intima qui crescens ossa calore bibit.
Ardet vt inter aquas ignis, sic crescit in igne,
Qui tandem nulla parte domatur aquis.

LXXII. Cippus.

Conseruo terris mentionem debitam

Inter superstites, boni tollat bonum
Obliuio lethaa nomen ne viri,
Corpus sepultura datum cuius sua.
Includo sontium pedes in ligneo,
Vitare discant cautiores vt mala
Exempla, ne sequi malorum diligant
Peccata, criminumq; naeuos, carcere.
Ostendo metas hac super via, suum
Viator vt cursum regat petens locum:
Directus interualla signis dum noto,
Dimensione terminosq; metior.
Romana sceptra vindicarem ne mihi,
Oblata, propter nata fronte cornua.
Qua sunt, aruspex sua si extis mystica
Vt arte consultis bidentum, quas sacra
Mactauit, vt Deos virenti cespite
Placaret ara, malui pauper rudi,
Quam magnus esse Rex, in agro viuere.
Tranquillitas iactatione gratior.

LXXIII. Spira.

Nubilis exorno frontemq; caputq; puella,
Gratior vt niteat forma venusta proco,
Impositos capiti sub mento necto galeros,
Denudet molles ne grauis aura comas.
Fundamenta loco saxosis firma columnis,
Instabiles dubia ne moueantur humo.
Inuoluo longos nautarum ex ordine funes,
Vt videar specie circulus esse tibi.
Non hominum fugio trepidanti pectore turbas,
Vt quotacunq; vocer pars legionis, ago.

Delicias super hac conuiuis pono facetis,
Appositos inter dum voror ore cibos.

LXXIV. Agger.

Oppono molem, torto ne gurgite nimbis
Luxurians pingues amnis inundet agros.
Munio cum castris arces, vrbesq; cruento
Vt teneat quiuis tutus ab hoste larem.
Ne peregrinantes labor aurigasq; moretur.
Et faciat læta fronte viator iter.
Non opera desum, studium non denego cuiquam
Tela datum feriant vt iaculata scopum.

LXXV. Pica.

Fœmineo stomachi pario fastidia sexu,
Humanos querulo proloquor ore sonos.
Thespiadas cantu stolidas superare sorores
Quæ tentauerunt, nomine signo meo.
Gestibus inconstans nunc huc, nunc proferor illuc,
Omnibus infamis garrulitate mea.
Corporis anterior pars albet, nigricat ipsa
Posterior, dubiæ mentis imago viri.

LXXVI. Sagitta.

Detraho iumentis reclusa pelle cruorem,
Vt morbi caueam pro ratione malum.
Damno reos, minus est doctis quod vatibus vnquam
Cantatum, certa respuo lege nothum.
Humani capitis cranium distinguo, quod ipsum
Me forma simili conditione refert.

Ex me nomen habet, subito quod sorbet hiatu
Flumen, quodq; nouo gurgite reddit humus.
Obtinet Hircanis fera qua non sæuior agris
Vlla, suo velox quæ pede, nomen idem.
Armatum caput est ferro, penetrare, quod obstat,
Vt valeam, & mittens me quod adire iubet.
Aera neruorum duplici peto viribus ala,
Descendens redeo nullius vsus ope.
Ex Asia, sociis triginta millibus, hostem
Oppugnans, moui Pallados vrbe Duces.
Quod satus Iapeto non sentit corpore pœnam
Caucaseas volucres, astra dedere locum.

LXXVII. Dens.

Verto solum, multo Cerealia fœnore dona
Spem det vt agricolæ, lætitiamq; suo.
Extraho submersum puteo quodcunq; resedit,
Sarmento vites luxuriante puto.
Naufragium faciat ne tempestatibus actus,
In medio dubias æquore fundo rates.
Multifidum discrimen aro numerosus eburno
Cum morsu, & famæ nomina rodo boni.
Ne quid homo vitæ super hac desideret vsu,
Quotidie fruitur, me moderante, cibis.

LXXVIII. Graphium.

Planta fui sterilis, sine fructu, frondis egena
Non pyra, non vuas, non quoq; poma tuli.
Consecrata Diis acuor, concisa labella
Vt riuum ducant protinus exiguum.
Quo poto quamuis mutescam, qualia dicis,
Ore tamen muto talia verba loquor.

Verba loquor, verum non cunctis, sed modo notis,
Suauis amicitiæ qui coluere fidem.

LXXIX. Cornu.

Duxq; Comesq; via quocunq; moueris eundo,
Arbitrii venio pro ratione tui.
Accendo bellis animos, exhortor in arma,
Præcipio cupida sumere tela manu.
Belligeros iubeo rursum pro viribus hostes,
Vt tutum quærant spe meliore locum.
Ne pereant temere progressi longius armis,
Suadeo progressis mox reuocare gradus.

LXXX. Tympanum.

Membranis claudor, baculis cum verberor, edo
Signaq; lætitiæ, signaq; mœstitiæ.
Exploro ventos radiis solaribus, inq;
Curru vectores imbre cadente tego.
Euomo quas hausi cupide reuolubilis vndas,
Me circum cursus quando rotatus agit.
Pondera vasta nequit, pedibus nisi calcer abunde,
Artificis sursum me sine ferre manus.
Insignes inter celebror non vltima gemmas,
Quæ medias inter præda leguntur aquas.

LXXXI. Imago.

Viua rudes doceo sine vita corpora signis,
Quodq; genus veteri nobilitate loquor.
Res imitor quod ego, dedit hinc imitatio nomen,
Officium prodit quæ manifesta meum.
Ne mihi diuini per templa negentur honores,
Sanctorumq; colar relligione loco,

Expers ſynceræ quod relligionis, honore
Diuino vulgus me veneratur iners.

LXXXII. Domus.

Diſtinctum caput eſt mihi coſtis vndiq; nullum
Cui cerebrum, nullus cui quoq; ſenſus ineſt,
Nec prorſus vacuum grandes cuſtodit aceruos,
Nutrimenta hominum mutuat vnde genus.
Corpore velo meo tibi corpus, veſtis ad inſtar.
Ne triſti noceat frigiditate gelu.
Corpus velo, tamen ne contingatur id ipſum
A me, contingas ni prius ipſe meum,
Nunc cute circumdor, rurſum mirabile viſu
Quod non eſt vlli, nunc cute deſtituor.
Amoueo pluuias, ventos & quidquid obeſſe,
Vnde laboris adeſt ſollicitudo, poteſt.
Paupertatis onus tego, nec non omne moleſtum,
Ne de te mordax gaudia Liuor agat.
Non oculi ſunt fronte, latus quocunq; moueris
Hos præbet, turgens oraq; venter habet.
Ora quibus certo recipit diſcrimine quoduis,
Quod non dimittens eiicit inde foras.
Si ſpectare pedes, nitor quibus, ipſe requiris?
Terra operit, ne qua parte videre queas.
Ne lateam, meus eſt cuiuſuis temporis vſus,
Commodo pauperibus diuitibuſq; ſimul.

LXXXIII. Termes.

Arborea lepido caſus de ſtipite fructu,
Humanos ſoleo qui recreare ſinus.
Infelix idem veniens examine longo,
Humanos, tenui tempore, perdo ſinus.

Ne

Ne foret agrorum confusio mutua, quondam
Distinguens fines terminus orbe fui.

LXXXIV. Acus.

Non substernor ego modo parturientibus apte,
Gallinis, augent cum bene chortis opes:
Fœcundo Ponti quoq; longo examine fluctus
Dum mediis vterus prole dehiscit aquis.
Vt quondam pinxi Babylonica texta superbis
Sic permulta mea nunc variantur ope.
Hæc super vt forma placeant meliore puellis,
Figo procis tortas sustineoq; comas.

LXXXV. Cento.

Carmina diuerso latitantia profero sensu,
E variis passim consolidata locis.
Sic, certum vt referant passim congesta poema,
Te studiis fessum quod recreare queat.
Vt melius constet tibi vultus forma requiris
Et faciem? signum certius istud habe.
Vim contra pluuia, vim contra frigoris, ipsum
Cum panno corpus versicolore tego.

LXXXVI. Sonus.

Non oculis videor, manibus non tangor, odore
Non capior, gustu non vagus ore feror:
Percipior sensu tamen, & non impiger aures
Afficio: sensu sim licet ipse procul.
Corpore colliso vel rupto nascor in auras,
Vanesco, atq; animam vix generatus ago.

LXXXVII. Arcus.

Sol quando radiis nubes fulgentibus atras
Intrat, & aduerso lumen ab imbre iacit:
Insigni splendens circumdo nubila cinctu,
Et picta cœli veste pererro plagas.
Ipse mea similem quandoq; ab imagine formam
Procreo, dat vultus quæ simulacra mei.
Conuexo structos firmo curuamine muros:
Vt rerum melius pondera queq; ferant.
Quam prius infestant dominos lethaliter, hostes
Eminus amoueo de statione feros.

LXXXVIII. Scopa.

Progenies syluæ resti restringor ab arcta,
In pessum vinclis ne resoluta ruam.
Per sola cum manibus, cum per laquearia ducor,
Quod non vult, ductu cogitur ire meo.
Omnigenas remouens sordes, delector amœnis,
Hinc pueros doceo recta minuta sequi.
Regia furtificos a carnibus arceo mures,
In propria tuta sint vt vbiq; penu.

LXXXIX. Corona.

Quisq; suis meruit veluti virtutibus Heros
Strenuus: ornatu sic caput orno meo.
A stillicidiis ædes defendo, periclum
Ne casu possit gutta creare suo.
Conuentus hominum doceo, congressibus apta,
Qui consultantes cum ratione monent.
Non raro præstans Hyperionis addo sorori
Egregium pulcra conditione decus.
Me duce quod Baccho Minois contigit vxor,
Sydereas inter luceo clara faces.

Con-

XC. Concha.

Aure cauum media donat mihi tortile nomen,
Vnguentum Syrio fundo liquore bonum.
Vox tempestatum mea sistit in æquore fluctus,
Littora quæq; videt Phœbus vterq; refert;
Iungo ministeriis operas tonsoribus aptis,
A mento barba est cum resecanda tuo.
Sex capio drachmas, præsens pictoribus adsum,
Icones pingit dædala quando manus,
Duritia silicum tegor, augeor, imminuorque.
Ceu variat corpus menstrua Luna suum.
In gemmam duro conceptum rore liquorem,
Cui similem formam lumina piscis habent.
In Cyprum veniens diuinos sumsit honores,
Ex me quam primum prodiit orta Venus.

XCI. Calix.

Præbeo potandi certum sitientibus vsum,
Cum grata calidum sorbitione bibunt.
Seruio conuiuis euulsum quando legumen,
Atque agreste cocis igne domatur olus.
Inuolucro quodam nascentem contego florem,
Quam prius egreditur vere tepente rosa.
Glandibus hinc durum syluestribus addo putamē,
Quæ suibus dantur grata sagina cibo.
Defendo cochleas in aquis terraque morantes:
In propria tuta sint vt vbiq; domo.

XCII. Buxus.

Quæ teneros olim deduxi funere manes,
Et luctus moriens tristia signa dedi:

Sollicitas hilaris passim nunc excito mentes,
Vt celebrent animi gaudia multa sinu.
Non cariem subiens operas, putredinis expers,
Pectinibus, cultris, pixidibusque loco.
Aera corrumpo, sit vt exitiosus: & ipsas
Flore neco pereant vt violenter apes.
Torqueor in gyros agitata subinde flagello,
Oricos in Creta, meq; Citorus amat.

XCIII. Clauus.

Dicor in arboribus damnosa perustio Solis:
In cute callosum tuber homille tua.
Viuendi signo rationem, claudo soluta:
Contiguo vt maneant corpora iuncta loco.
Mutuus æternis cor vt ignibus excitet ardor:
Alatus mecum pectora figit amor.
Distinguo tunicas Romani insigne Senatus,
A caligis super hæc est nota certa mihi.
Annales etiam nomen tribuere quod annos
Edocui certa conditione rudes.
In portum veniat felix vt nauta guberno
Tempestas u & .t cum violenta, ratem.

XCIV. Echinus.

Est in aquis mihi vita, quibus deuoluor in orbem,
Dum me pro pedibus spina tributa mouet.
In terris idem viuo, partumque morando
Difficilis, cunctor dum nimis, edo meum.
Rugoso tueor contra quod frigus amictu,
Ponit honorato mensa secunda loco.

Me

Me vice perfruitur ſedans ieiunia panis,
Carne mea duram qui leuat ore famem.
Poclorum purgans vini potoribus aluum,
Rite mea ſordes aſperitate frico.
Eluo nec quicquam gelidis ſino reſtet ab vndis,
Ex hauſtu ſtomachus nauſeet vnde tuus.
Hinc cibus apponor conuiuis gratus, aheno
Si mundet ſolita me prius arte cocus.

XCV. Apex.

In montibus, rebuſq; cunctis ſummitas
Appellor, inq; floribus ſtamen ſinu
Quod intimo, ceu fila quadam, proſilit.
Adhac acuminatus in coni modum
Aſſurgo pileus, velut faſtigium.
Hinc Flaminis lanata virga pileo
Pauonis, alitumq; criſta, & vpupa
Qualemue gallinaceum refert genus,
Cernor: ſtatas hinc dictionibus notas
Impono, ſit pronuntiatio ſuis
Æquabilis ne ſemper in progreſſibus:
Sed pro decoro, vocis vt variet ſonus.
Ingens ſenectuti verenda ſplendeo
Auctoritatis ac honoris dignitas,
Vbiq; gentium vt decoro ſeruiat,
Cuſtodiat mortaliumq; gratiam.

XCVI. Capreolus.

Erro per ſyluas conſperſis pedibus albo,
Dum curſu matrem per iuga multa ſequor.

Commoueo terram fodiens, dorsumq; bicornis,
Vt multo semen fœnore gignat opes.
Extremos idem circumdo fideliter aures,
Ambitus vt tereti postulat orbe sinu.
Præterea viti contortum præbeo crinem
Serpendo passim quo loca firma capit.

XCVII. Cœlum.

Humano dicor pars esse superior ore,
Sydereis gesto lucida signa polis.
Et cædo lapides poliens, & formo periti
Artificis docta lignea signa manu.
Ros, imber, nubes, tonitru, nix, grando, pruina,
Vitalisq; meo funditur aura sinu.
Præterea genero mutantes regna Cometas,
Incensusq; creat quicquid vbique vapor.
Nuntia Iunonis pictos delapsa per arcus,
Me fulgur, nebula, luxq; serena colunt.

XCVIII. Carbunculus

Vredo frugibus quod est campis malum,
Hoc vitibus sum, Sirius quando furit,
In vinea pestis feraci noxia.
E crassiore sanguinis putredine
Natus duos Romæ peremi consules,
Sub Lucio censore Paulo, Martio
Quintoq;, Narbonensium prouincia
Peculiaris, inter incolas frequens.
Ignem refero scintillulis ab igneis
Micans, sed ignem non adustus sentio.

Hinc terra multo sole cum perferueo,
Comburo radices satorum feruida.

XCIX. Iris.

Ambio pupillam, veluti vas circulus amplum,
Complexu pendat bella papilla meo.
Cærula conspicior iucundo picta colore,
Quod cœlis imitor mille coloris opus.
Pectoris & cordis sedo tussisque dolores.
Serpentum a morsu, phlegmate membra leuo.
Inter bis septem, Iunoni seruio, Nymphas,
Quæ prior officii maxima dona gero.
Ex me nomen habet quem pugno misit ad Orcum
Dulichii casum dextera dura Ducis.
Armenia penetrans diuersis flexibus arua,
Euxinum accipiens in mare flecto Lycum.

C. Ædon.

Quod doleo raptum mihi virginitatis honorem,
Perpetuo lugens nocte dieque nefas:
Et a tristitia factum mihi flebile nomen,
Non querulo dum mens ægra dolore vacat.
Quis ferat humana patiens indigna pudori,
Quæ venit indigne pœna, dolenda venit.
Non a tristitia, sed me dulcedine dici
A cantus alii nobiliore volunt.
Siue a tristitia siue a dulcedine dicar,
Ingens e cantu nomen habere decus.

C I. Reticulum.

Pastillos hominum variis e rebus olentes
Naribus admoueo, suauis vt halet odor.

A ventis cultu ne dispergantur inani,
Fœmineas vinclo stringo tenace comas.
In certos panes depono fideliter vsus,
Vt cum dura iubet, sint alimenta, fames.
Squamosos etiam conuiuis prabeo pisces,
Me reliquis addat mensa parata cibis.
Exercere tuos possis vt corporis artus,
Fundo pilam pugnans, amoueoq; comas.

CII. Fungus.

Appellat Nero me cibum Deorum
Cæsar, quod noceo frequens gulosis,
Qui nunquam patienter admoneri
A fidis aliqua volunt amicis,
Recte qui cupiunt suos monere,
Surdis auribus & gulam frequentant.
Tu ne qui Deus esse vis caueto,
Ne forsan Deus esse dum laboras,
Et gaudes anima subire cœlum,
Dæmon efficiaris: ac perennes
Pœnas Tartareo feras in Orco.
Prudens dicitur ille, quisquis omni
Conatu alterius malum cauere
Exemplo didicit suum peritus:
Ne quo nomine dicor ipse, cautis
Reuera stupidus videtur esse.

CIII. Tessera.

Orno pauimentum, quod si monstrauerit artem,
Elata multum mente superbit herus.

Nunc

Nunc refero acceptum, nunc expensum fero certis
Simpliciter prodens pro ratione notis:
Vt discernatur fido trux hostis amico,
Iam tibi vocalis, iam tibi multa loquor.
Cum sociis alacer fallo si tædia lusu
Damno canem, gratus senio, grata Venus.

CIV. Grando.

Innascor duro palpebris tubere summis,
Eximia videor dum tibi labe grauis.
At longe grauior cum vites nude racemis,
Ne mustum repleat spe meliore cados.
Pœna malis venio, peccatis mente grauati,
Qui nulla veniam conditione petunt:
Verum præfracto rident sacra dogmata sensu,
Spernentes magno iussa furore Dei.
Solamen contra sum dulce fidelibus orbe
Qui vera Christum relligione colunt:
Qui deplorantes contrito pectore culpam,
Auxilium rerum sub grauitate petunt.
Romanos ingens iumentaq; temporis æstus
Cum premeret, possent ne reuelare sitim:
Astra Melitensis Legio prece flexit, vt vndis
Non tantum explerent suauiter ore sitim.
Fulminibus strauit mistis quoq; desuper hostes,
Vt fracti peterent corde pauore fugam.
Deserit addictos nullo discrimine cœtus,
Vota pii cupida suscipit aure Deus.
Tunc diuina suas agit obseruatio partes,
Humana quando cessat asylon opis.

CV. Lupus.

Euinco noctis tenebras, Lunaque silente
Intueor visu quod latet omne meo.
Sum metus in terris homini, metus ille vicissim,
Concussu lapidum quando sonante strepit.
Non ferrum ac fustes, lapidum formido sed ictus,
Accepto putret pars quibus icta malo.
Cum pueris premeret schola quam prius orbe magistrum,
Exitio cuius quaque ruina dedit:
Accipiens morsu tabulas e morte puellum
Eripui, cum me persequeretur atrox.
Amittit vocem subito, quemcunque priorem
Cerno, eadem patior. si videt ille prior.
Natura quamuis a me dissentiat, acrem
Ipse tamen domito viribus asper equum,
Dentibus incidens seco, qua coniuncta fuerunt,
Et qua torrenti flumine mersa traho.
Piscibus infensus, quos possum venor in vndis
Ingluuieq; mea, quod licet, vsq; voro.

CVI. Elias.

Ioanni Strubino Theol. Concion. Heilpronnensi, compatri.

Mensa mihi tellus fuit, omnis cella, coquusq;
Qui tribuit victum, quem negat ille suis.
Heilpronna Doctor Strubine fidelis in vrbe,
Qui magno iussus tradis honore Dei:
Indigno proprios qui deserit impius ausu,
Externi mirum quod leuat orbe famem.

Quod negat ille suis victum natura ministrat:
Quod mihi dat, cogit vis aliena dare.

CVII. Salomon.

Ad Nicol. Reusnerum Leorinum.

Non possessio maior vlla terris,
Quam præstans sapientiæ facultas.
Argentum superat nitens & aurum:
Agnoscit liquido Deum parentem:
Res considerat intime latentes:
Virtutum bona debite ministrat.
Me prudentia dum poliuit vnum
Coniuncta Sapientia: sub orbe
Vt nemo fuerit mihi secundus,
Nemo sit, quoque nemo sit futurus.
Naturæ quia nulla pars latentis
Occultata: quod aeris, quod vndæ,
Telluris gremio fuit quod vsquam,
Id notum docui potens: fefellit
In rerum grauium explicatione,
Caussas ordine proximas, remotas,
Ortus, interitusque differentem.
Nunquam me Sapientiæ facultas.
Iam Reusnere Deo, nouemque care
Musis, Sphyngeque doctior, profare
Qui sim, promtior implicatiora
Nemo ænigmata te potest profari.

CVIII. Nemo.

Ad eundem Reusner.

Eſt nihil in toto nihil hoc eſt notius orbe,
Nouerunt pueri, fœmina, virgo, ſenes
Natura vt Nihil eſt, nec mas, nec fœmina, recte.
Si tamen hoc reputas, plus, vel vtrumq; refert.
Iuſtitiæ & Themidis prudens Reuſnere ſacerdos,
Hoc Nihil an mundi viuat in orbe, refer.
Si Nihil hoc viuit, ſine corpore nomen inane
Quod tantum, nullus corpore viuit homo.
Eſſe aliquid ſterile Polyphemus ſenſit in an[illegible]r[illegible],
Senſit & excutiens ſepta fuiſſe nihil.
Proſcidit, inuidia plenus Nihil iſtud, & ore,
Et diris, feci quod Nihil, vſque nihil.

CIX. Sol.

Ad eundem Reuſner.

Curſor in orbe, meo cunctis inſeruio curſu,
Officio requies non datur vlla mihi.
Obliquo ſolers abſoluo tramite metam,
Quæ data, diſcedo non vagus ipſe via.
Exſequar impoſitos mandato vt munere iuſſus:
Proſequor attritum nil remoratus iter.
Nil magnos curo ſublimi vertice montes,
In deſolatis nil ſalebroſa iugis.
Non mihi Cimmeriæ valles, mihi flumina terris
Non diuerſa [m]ouent, non quoq; latro metum,
Nil tempeſtatum facio pluuiæq; procellas,
Errans in pluuio tempore ſiccus eo.
Reuſnere in pluuio cur errem tempore ſiccus
Ne madidum fiat corpus ab imbre? refer.

Ira,

CX. Ira.

Ad Dionysium Enthemium.

Vt certum iudicium furentis orbe,
Audax atque minax in ore vultus,
Frons tristis, facies proterua rugis,
Versus sæpe color, gradus citatus,
Huc illucq; manus subinde iacta,
Et suspiria crebrius reducta:
Me produnt ita certa signa cunctis,
Flagrantes oculi, retorta labra,
Atroci rubor ore mulius, imi
Sinus pectoris æstuans eruore.
Dentes horriduli, rigens capillus,
Voto corpore spiritus coactus,
Torquens articulos sonus strepentes,
Mugitus, gemitus, minas agens frons,
Præruptus sine voce sermo plana,
Horrendo facies tremenda visu,
Complosi o pede concitata tellus:
Vt nescire queas, nec indicare
Detestabile vtrum magis nefas sim,
An deforme, bono quod exsecrandum.
Me cognoscere literis Ehemi
Consecrate sacris, Dei parentis
Qui mandata pio doces fauore,
A quo vera salus, aues? habeto.
Sum deforme nefas, & exsecrandum,
Exundantis atrox comes fauoris.

CXI. Senectus.

Ad Nicol. Reusnerum I.C.

Me puer impubes, & adhuc non vtilis auo,
Assiduæ iuuenum me prece turba vocat.
Me vocat, & votis nunquam non iugibus optat
Ex animo, compos possit vt esse mei.
Cum voti est compos, non vnius æstimat assis,
Me procul a massa corporis esse cupit.
Deuouet aduentum diris, ingratius orbe
Terrarum quidquam me nec habere putat.
Has ego ferre vices cogor: Sic qui modo gratus,
Ingratus paruo tempore triste gemit.
Est nihil in terris constans, sunt omnia fluxa,
Sunt odio cunctis quæ placuere prius.
Omnia complector, violentius omnia tollo;
Prætextu florent plurima sacra meo.
Te sequor, & cupio mihi te, Reusnere patronum,
Vt mihi contingas munus ab axe Dei.

CXII. Sal.

Ad Samuelem Hornmoldum I.C.

Donum Dei cœleste patris nuncupor,
Non quod docere debeo tantum pios.
Vt floreat doctrina missa cœlitus,
In qua Timor, Fides, & Inuocatio
Cum gratiarum regnat actionibus:
Persuasio penitus facessat impia:
Quæ fingit, externis Deum coli patrem
Mactationibus, remota quam procul

Consideratione legis tradita,
Euangeliiq;, filius quod protulit
Cœlo, fidelis absque cordis motibus:
Sed vt meis vbiq; prosim fructibus.
Amicitiæ syncerioris symbolum.
Præ ceteris, apponor hospiti, cibis,
Amoris vt constantia viuat memor,
Et gratitudinem reponat sensibus
Me nauta quamuis exsecretur fluctuans
Exasperatum: rursus attamen bonus
Propter saporem nemo non magni facit
Me, durus e molli calore cum sua
Subinde reddor arte coctus igneo.
Natiua nutricationem suauitas
Iuuat, sequatur ne qua putrefactio.
Absumit humores superfluos. Ad hæc
Abstergit, & corroborat mortalium
Corpus leui curatione, debita
In ventre dirigatur vt concoctio,
Cibique depellatur vt fastidium.
Hornmolde sacro mysta iure nobilis,
Heilpronna quem colit celebris Syndicum,
Tuo frequens dum versor ore, sis mihi
Rogo patronus, sim diu cliens tibi.

CXIII. Mola.

Sanguine nata caro, nullos informis ad vsus
Sum, mihi vitalis quod calor omnis abest.
Humanis iugi noctesq; diesq; labore
Vt victus habeant, commodo rebus opem.

Non mihi dant homines, non dant iumenta quietem,
Non aqua, mille frequens versor agorq; modis.
Ingrato mundi nil est dum peius in orbe,
Agnoscit nulla qui data parte bona.
Ante aras veneror quando cadit hostia diuos,
Munifico donent vt meliora sinu.
Gratia digna Deo meliora parente meretur,
Accepti memor est qua studiosa boni.

CXIV. Mens.

Ad Ioan Georgium. I. C.

Per mare, per terras, per cœles, erro per orcum:
Asperitas cœptum nulla moratur iter.
Quæ me constringunt ea nemo vincula cernit,
Non matronarum more, virumq; ligor.
Absq; mora sursum me confero, meq; deorsum,
Hæc loca nunc cursus, nunc tenet illa meus.
Nullius obseruant vestigia lumina vultus,
Progrediens leuiter quod premo nulla viis.
Vectigal numerant alii quocunq; feruntur,
Immunis penetro climata cuncta soli.
Iuris Ioannes iubar immortale Georgi,
Hoc quo nam fieri, dic mihi, iure putas?
Vectigal postquam coguntur pendere, terras
Qui peragrant, neruos regni vt vbiq; iuuent.
Cur nihil hic peragrans terras & regna viator
Pendit & immunis cur facit vnus iter?

CXV. Cimex.

Nocte

Nocte vagor petulās, mala, fœda, informis olensq;,
Nil mihi quod salsi est, nil mihi quod lepidi,
Sanguinis humani sitiens attento latebras,
Quis nec adire viris fas nec adire Deis.
Quemcumq; infesto, nemo non dira precatur,
Vmbrarum, mihi dent vt mala multa, Dei.
Rumpo leues somnos, iucundam rumpo quietem,
Candidulamq; premens signa relinquo cutem.

CXVI. Grus.

Ad Sebastian. Hornmoldum Sebast. F.

Vindex acer ego necis Poeta
Rhegini, violentus, obsecrantem
Me quem teste furor dedit latronum
Letho, cum nihil obtinere orans:
Per sublimia cum feror, nec vllum
Do signum, reprimens in ore vocem,
Index perspicua serenitatis,
Purum nuntio Solis orbe cœlum.
E contra pluuias, cadant priusquam,
Effusis caueas aquis vt imbres,
Festinans subitas minor procellas.
Neruis corpore qui meo potitus,
Hinc nulla ratione, censeatur
Quantumuis labor arduus, fatigat.
Opem pondere præsto subleuando.
Desim ne super hæc nouem Deabus,
Sancte quas colit intimo iuuentus
Solers pectore, digna literarum
Olim præmia portet ob laborem
Nauatum studiis vt ad penates.
Quædam ex ordine litera meorum

Quas ætas habet ista sunt reperta.
Ingens iuris honor Sebastiane
Hornmolde, eximium decus parentis,
In vestigia cuius ipse multo
Studes sedulus ingredi labore,
Fungor munere sic meo, cuiquam
Ne quid vita creet molestiarum.

CXVII. Casa.

Ad Ludouicum Munsterum.

Ob vtilitatem plurimis ludibrium
Insigne passim iudicor mortalibus,
Fuliginis custos perennis sordida,
Non splendide quod in oculis appareo,
Verum sua vi sorte contentus manet
Agrestis, atro pane victitans domi,
Præstantiorem dicit auro me sibi,
Splendore expers sobria durissimam,
Dentes suos ne Liuor imprimat nocens,
Abscondo paupertatis indigentiam.
Calore mentis incitatus feruido
Me qui fugit, stultus subit periculum.
Subire ne periculum necesse sit,
Munstere, cautus, cum fugis malum, fuge.

CXVIII. Lingua.

Ad Ioannem Strubinum Antistitem Theol.

Res vt succedant hominum, pessum vtq; ferantur:
Arbitrio pendent bellaque paxq; meo.

Con-

Concilio verum synceri cordis amorem,
Inuidiæ caussas dissidiiq; fero.
Solemni prauos extollo fidelis honore:
Occulta fallax opprimo fraude bonos.
Vis est tanta mihi, magnas exscindat vt vrbes,
Regna, domos, populos, relligionis opes,
Cum placet, hæc eadem turritas exstruit vrbes
Regna, domos populos relligionis opes.
Ius doceo magna iuris cum laude peritos,
Iniustique dolo mille nocente vias.
Ne multis vtar varians ambagibus ore,
Dum passim comitem me tenet omnis homo:
Æterni verbum, S trubine verende, parentis
Qui sana templis relligione doces:
Me qualem poscis, ne talem præbeo rebus:
Sum modo caussa boni, sum modo caussa mali.

CXIX. Mel.

Ad Ioannem Posthium.

Æternus rerum verbi virtute creator,
Me procul a sacris vult quod abesse, Deus:
Ad plausus hominum prohibet sua dogmata flecti
Ne doceant, ratio quod probat orbe sequi.
Non vult securitas damnosa licentia mentes
Confirmet falsa relligione solo.
Verum vt perpetuos pariat Metanœa dolores,
Qui veniæ, trito corde, precentur opem.
Longæuam Posthi conaris habere senectam,
Vt longos videas prosper honore dies:
Non oleo pingui, leuis exteriora perunge,
Meque fruens solers interiora riga,

In bilem mutor, iusto si crebrior vsus,
Quam decet exsistit, quod nimiũ omne malum.
Trinacria quidquid trux exspuit ore Tyrannus,
Assentatores me sapuisse ferunt.

CXX. Os.

Ad Dauidem Mederum Theol. Antistitem.

Domus figura duplices ob incolas
Tuis Aristander vocor sermonibus.
Suos habet domus velut domesticos,
Qui sunt domo nati, domus & incola,
Ne euocati ab exteris procul locis,
Hereditatis obtinent soli bona.
Suos habet velut peregrinos domus
Laboribus, qui traditi præstant datum
Quod munus exigit, statoq; tempore
Mercedis ablato recedunt præmio:
Sic ordines ego dum præfero duos,
Quorum prior summum tenens immobilis
Domesticos designat incolas, suo
Hereditate qui fruuntur in loco.
Qui possidet locum infimum depressior,
Dum mobilis mouetur e loco in locum,
Partes famulorum & aduenarum sustinet,
Suo domum qui derelinquunt tempore.
Laudo benignitate pro larga Deum
Digno piis congressibus præconio.
Ingens Hohenloensium Comitum decus
Medere sacris consecrate, diligens

Ecclesiarum cura cui credita,
Vt cum decoro cuncta fiant, cultibus
Et in piis, & in docendo, semita
Vt ad salutis vera constet gaudia:
Pro praestita benignitate conuenit
Dignum creatori Deo praeconium.

Ænigmatum omnium complexio Summaria.

Industria commendabilis.

AD HENRICVM RANZOuium Producem Holsatiæ.

Laudatione digna diligentia.

Nobilitate potens maioribus orte vetustis,
Ranzouii Aonii fama serena gregis.
Terrarum lato quem laudibus euehit orbe
Inter honoratos laus memoranda viros.
Ne latebrosa nimis turbent aenigmata sensus,
Quae titulo vates nominis edo tui.
Accipe quo sese comitantur in ordine paucis,
Vt casu fallas taedia nata graui.
Mors, 1. aenigma, 2. liber, 3. radius, 4. pons, 5 serra, 6. sepulcrum, 7.
Narcissus, 8. Clytie, 9. cochlea, 10. myrrha, 11. Tages 12.
Argentum viuum, 13. Saturnus, 14. araneus, 15. aurum, 16. (*lanx, 21.*
Sueui, 17. horologiũ, 18. capa, 19. Maria, 20. pha-

Tireſias,22.*Echo*,23.*Syrinx*,24.*ars*,25.*ſomnus*, 26. *Adamus*.27.

Leucothoe,28 *Zithum*, 29.*glans*,30.*ſchola*,31. *nimbus*,32.*amor*.33.

Turdus,34.*auis*,35.*Chriſtus*,36 *fomes*,37.*Centaurus*,38.*Ionas*.39.

Nox,40 *Aquilo*,41.*venter*,42.*ſpina*,43.*bis*, 44. *ignis*,45 *aqua*,46.

Alueus,47.*aura*,48,*ratis*.49,*pes*,50.*cæcus*, 51.*epiſtola*,52 *gallus*,53.

Tormentum.54 *follis*,55.*mens*.56.*calamus*, 57, *ferula*.58.

Dædalia pulcrum præbens ambage,toreuma,
Ingenuo ſolers dignus amore labor.

Obſequia grata.

Ad eundem Ranzouium.

Honoribus qui conſulit gratiſſimus.

Culte laboriferas Henrice diſerte per artes,
Ranzouiæ clarum ſydus in orbe domus.
Altera ſoluendis reſtat pars ſphingibus,illam
Hic quoque diſtringant ne tua ſenſa,lege.

Teſtudo,59.*liuor*,60.*veſtis*,61.*campana*, 62.*molaris* 63.

Annulus,64.*Eua*,65 *aries*,66.*vmbra*,67.*pius*, 68 *ſpeculum*.69.

Caſus,

Casus,70.amor,71.cippus,72.spira,73.agger,74.pica,75.sagitta,76.
Dens,77.graphium,78.cornu,79.tympanum,80 imago,81.domus,82.
Termes,83.acus,84.cēto,85.sonus,86.arcus.87.scopa,88.corona,89.
Cōcha,90.calix,91.buxus,92.clauus,93.echinus 94.apex,95.
Capreolus,96.cœlum,97.carbunculus,98.Iris,99.aedon,100.
Reticulum,101.fungus,102.tessera,103 grando,104.lupus,105.
Elias,106 Salomon,107.nemo,108.sol,109.ira,110.senectus,111.
Sal,112.mola,113.mens,114.cimex,115.grus,116.casa,117.lingua,118.mel,119.os.120.

Si minus arrident studiumq; laborq; placere,
Qua volui, placeat mens studiosa tui.
Mens studiosa boni, studiis seruire parata,
Non odiosa homini, non odiosa Deo.

Flos optimus pecunia.

Ad eundem Ranzouium.

Ænigmatum Vergilianorum Solutio.

Moneta flos mortalium gratissimus.

Ranzo Cymbriacæ clarissima gloria gentis,
Consulti quem Rex instar Achatis habet:
Scire Maronis aues latebrosa ænigmata vatis,
Quid doceant, nondum quæ resoluta patent?

Grammaticæ voluit quibus omni tempore plebs,
Perpetuam dubia figere mente crucem.
Non puteum voluit describere, non hyacinthum,
Grammatici vt passim, gens odiosa, docent,
Non cœli tumulum, qui perdidit omnia luxu,
Dum nil cognatæ conditionis habent.
Longe aliud quam quod dicunt quæsisse videtur,
Alterum in alterius conditione latet.
Et quibus in terris spatium non amplius vlnas,
Tres cœli pateat sub regione poli:
Et quibus in terris inscripti nomina Regum
Nascantur flores, sic puto certus eris.
Quæ fundunt aurum læta pete fronte fodinas
Argentiue, quibus suffodiuntur opes.
Ex his suspiciens tres & non amplius vlnas
Deprendes cœli sede patere locum.
His etiam flores insculptos nomina Regum
Argento ac aureo cusa moneta dabit.
Regum nomen habens, auri quam vena fodinæ
Quam dat, flos nusquam gratior exstat humo.

Epigramma.

Ad eundem Ranzouium.

Pax, artium, piique munus a Deo.

Splendidissime Rantsoui, columna
Syncera pietatis, optimarum
Æternum decus artium, Ducatu
Magni triplice Daniæ potentis
Regis, iure tenens vices: honore

Hoc, pacis, pietatis, artiumque
Custos Rex pius, eruditus, aequus.
Quem dignatur ob eruditionem
Insignem, ob Pietatis approbatam
Sane Christicolis professionem,
Famam nobilitatis ac auitam.
Syncera Pietatis approbatam
Defundas pius vt professionem,
Vt pacem, decus artium vt bonarum,
Famam nobilitatis ac auitam,
Hoc pacis, pietatis, artiumq;
Auctor efficiat Deus bonarum.
Pax, Deo Pietas parente, & artes.

Mors pii gloriosa.

SVB EFFIGIE STRENVI.

Ioannis Rantsouii equitis Aurati Trium Regum Daniæ consiliarii, &c.

Beatus est, cum laude qui pius cadit.

Rantsouium celebrem bellis Heroa Ioannem
Hic iubar Holsatiæ nobilitate, vides.
Militiæ aurati pubes donatus honore,
Difficile ad Solymas quod superauit iter,
Quod Syrus, Ausonius, Cres, Teuto, Britannus, I-
Militia docuit non rudis vsus eo. (berus,
Bis quater edomito victo seruatus ab hoste,
Regibus & ducibus iusta trophæa tulit.
Dania finitimis probat hoc regionibus, armis
Quas frænans, iussum ferre coegit onus.

Tres cinxit Reges patrio diademate ritu,
Pacis & obseruans & pietas opes.
Post tres & decies septem, mensem adiice, brumas,
Coniugis aspectum, prolis & ante ruit.
Extra Fortunæ viuens ludibria, cœli
In Christi moriens sede beatus agit.

Liberi parentum memoria.

IOANNIS RANTSOVII HErois & equitis aurati Genius ad filios heredes.

Ornat patrem domus piique liberi.

Non opus est tumulum, titulum, non ponere nati,
Mi posui viuens & tumulum & titulum.
Bredenberga solo tumulus, Bothcampia monte,
Quas Stora, Bissenus quas lacus ornat aquis.
Vos titulus rebus gestis, virtutibus, arte,
Vnde mihi multo nomen honore datur.
Qui tumulum viuens posuit, titulumq; parauit,
Non opus huic tumulo, non opus est titulo.

FINIS.

NICOLAI REVSNERI LEORINI COMITIS PALATINI CÆSAREI

Ænigmata,

AD NOBILEM GENERE, VIRTVTE ET DOCTRINA VIrum Dn. Hieronymum Arconatum Leorinum, Sac. Cæsar. Maiest. a secretis bellicis.



E COLLEGIO PALTHENIANO.
ANNO M. DCII.

AD HIERONYMVM ARCONATVM SAC. CÆS. MAIEST. a Secretis.

QVod tibi sit curæ mea res, Hieronyme: cordi
Quod mea sit vere gloria, vita, salus.
Tot rerum documenta probant, tot scripta, subinde
Quæ mittit Fidei (pax) tua plena manus.
Promtus es officiis, meritis studiosus amicis,
Et vere niuea simplicitate bonus.
Cana fides, veriq; placet tibi cura, boniq;,
Candor amicitiæ sat tibi dulce sapit.
Quæ tibi pro tanto studio, quæ digna rependam
Præmia, vix animus sufficit iste mihi.
Copia nec rerum mihi suppetit atq; facultas,
Demerear rursus me quibus ipse tibi.
Quod possum, memorem famam præstare laboro:
Perpetuus hic sum debitor usq; tuus.
Sit precor interea pignus breuis iste libellus,
Dum tibi se merito pignoret ipsa fides.

Nicolaus Reusnerus Leorinus.

ÆNIGMATA NICOLAI REVSNERI IC.

Deus.

PRincipium cunctis, cunctis do deniq; finem,
Ipse ego fine simul principioq; carens.

Iehoua.

Quinq; simul iunctis constat vocalibus vna
Dictio: nil maius magnus hic orbis habet.

Deus Pater.

Mater nulla mihi, nullus pater ipse deorum
Atq; hominum solus sum tamen vsq; pater.

Iesus Christus.

Sum, quod eram: nec eram, quod sum: nunc dicor vtrumq;,
Mater homo: pater est mi sine fine Deus.

Spiritus sanctus.

Nec gignor, nec gigno: sed exeo numine numen
De gemino: triplici est numine numen idem.

Aliter.

Matre carens, patris expers, expers sum quoque nati,
Ipse tamen nati spiritus, atq; patris.

Sancta Trinitas.

Tres, vnum, nec tres tamen vnus, at in tribus vnum,
Posterius nihil est hic simul, atq; prius.

Angelus bonus.

Quem cernit nemo, cerno, sed is omnia cernit.
Cerno alios, cerni nec tamen ipse volo.

Angelus malus.

Fontem nosco boni, bonus ipse creatus, at odi:
Factus & inde malus, fons vocor ipse mali.

Homo.

Terra parens: Deus ipse pater: simul orbe recedo.
Participat de me Terra Deusq; simul.

Aliter.

Sum terra: ex terra genitus: mox terra futurus:
Me terra genitum, terra recondet item.

Aliter.

Flens venio in terras: flens hinc discedo vicissim,
Pars vitæ fletus nulla dolore vacat.

Adamus.

Matris humi, genitus prius aluo: nomine dictus
Matris humi, condor viscere matris humi.

Aliter.

Terra fui quondam, rubra gero nomina terræ,
In terram redeo, dic mihi, qualis eram?

Eua.

Prima viri primi de carne virago, deorum
Fabrica, viuentum nominor vna parens.

Aliter.

Matre

Matre carens ego, nec dum nata, parens tamen vna.
Sum cunctis, vitam do ſimul, atq; necem.

Aliter.

Vnum virgo diem vix viua, fit vxor, & inde
Mater, & hæc nendum nata, prius moritur.

Aliter.

Quæ vitam & mortem ſimul vna propagat in omnes,
Dic mihi, vas vitæ num bene nomen habet?

Regnum. Rex.

Totum ſum vnus homo: caput idem ſum tamen vnum:
Partibus innumeris corporis vnus homo.

Christus, ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ.

Filius ipſe quidem, patris at ſum, matris & expers:
Mortalis quamuis corpore natus homo.

Idem Græce.

υἱὸς ἐγὼ πέλομαι ἀπάτωρ ἠδὲ υἱὸς ἀμήτωρ,
Μόρσιμος ἄνθρωπος, ὡς βροτὸς ἄλλος ἐών.

Λόγος ἔνσαρκος. Verbum caro.

Non Deus eſt, nec homo, ſine carne & corpore ſermo,
Sermo Caro factus nunc Deus eſt & Homo.

*

Sunt duo, quæ duo ſunt, & ſunt duo, quæ duo non
Quæ duo ſi duo ſunt, nulla duo duo ſunt. (ſunt:

*

Nempe Deus vere est, vere est homo, summus & imus,
Conditor ille hominum, spirituum ille Deus.

*

Sum mater, sed virgo tamen, maris inscia mater,
Spiritus est, salua virginitate pater.

Mater semper virgo.

Mater, virgo, Deus mortalis, vitaq; Morsq;,
Nunquam iuncta, sed hic fœdera pacis habent.

*

Virginitas, partus, discordes tempore longo,
Virginis in gremio fœdera pacis habent,

Phœnix.

Securus moritur, qui scit se morte renasci,
En! pereo vt viuam, me tamen ante cremo.

Enochus.

Mortali quamuis sim conditione creatus,
Haud morior, viuus sydera celsa peto.

Mathusalas.

Mors est cui gladius simul & victoria, solus
Et patribus viuo secula pane decem.

Melchisedech.

Sum sine patre satus, sine matre & gente, dierum
Principio, vita, fine carere feror.

Samson.

Mille manu sterno, dum viuo, fortiter hostes:
Mille hostes sterno mortuus absq; manu.

Ionas.

Ionas.

Me tumulus viuum capit, & vehit ipse sepultus
Viuo tamen, redeo viuus & e tumulo.

Ioannes Baptista & Christus.

Alter dat, nec habet, quod det, capit alter, habet-que
Ceu famulo dominus quod det abunde suo.

Aliter.

Quod præstare nequit, præstat præstare rogatus,
Præstari cuires vix tamen vlla potest.

Christus agnus Dei, & Leo de stirpe Iuda.

Mitis vt est agnus, Leo sic ferus, attamen idem
Agnus, & est, titulo dignus vtroq; Leo.

Flos Iesse Christus.

Flos refloresco ex flore, ipso tempore floris,
Flos meus, & floris flos sine labe mei.

*

In cruce vita perit: mage quod mirabere dicam:
Mors moritur, mortem mortua vita vorat.

Sol.

Quantus sum, sum oculus, semel occido, viuo vi-cissim
Quotidie, sine me nil nisi triste chaos.

Aliter.

Sum sine matre pater, perit ortus filius ex me
Quotidie, nata hinc me sine Patre soror.

*

Omnia qui video,per me videt omnia tellus:
Me sine nemo videt:me sine triste chaos.

Luna.

Paupera quamuis ipsa,tamen quoq; cornua sumo,
Lumine cæca meo,lumine fratris ouo.

Nox Dies.

Sunt geminæ germanæ, harum alteram & altera gignit,
Perq; vices sic fit,filia nata,parens.

Aliter.

Germanam germana soror grata vice gignit,
Mutua & ex alia nascitur vna vice.

Ignis.

Omnia consumo,foueo simul omnia,rerum
Caussa fui,rerum mox quoq; finis ero.

Aer.

Nusquam & vbique manens capior, capioque vicissim,
Intus & exterius,nec teneo,aut teneor.

Aqua.

Ex me orior,redeo ad me rursus,nocte dieq;
Curro,eadem atq; alia,& nescia stare loco.

Terra.

Pendeo,ceu pila,non vllo libramine fulta,
Omniparens pingui profero cuncta sinu.

Mare.

Omne

Omne latus terræ cingo, crebrisq; procellis
Exagitur, campus liberioris aquæ.

Ventus.

Sit vox nulla mihi, vel nulla sit ala licebit,
Persono, & immensas peruolo vbiq; plagas.

Fluuius.

Mira mihi vis est, citius sub nocte silente
Curro, quam lux cum clara sub orbe nitet.

Flumen.

Puluerulenta sit vt cunctarum meta viarum,
Pulueris est expers semita sola mihi.

Ros.

Lata simul, simul vnda breuis, rigat omnia late,
Pes tamen hinc nudus vix bene mane madet.

Nebula.

Noctis habet faciem, per se ipsa nigredinis expers,
Fert tenebras media sæpius illa die.

Stiria.

Mater me genuit, mox ex me gignitur illa,
Sed calor huic pater est, frigus at acre mihi.

Amnis concretus.

Molle prius, rigidum, firmum fit, debile dudum,
Stat cursu, multum iam incipit esse parum.

Iris.

Si fugio, sequitur: sed me fugit illa sequentem:
Res mira & varia est, dic mihi quæso quid est?

Nix a sole liquefacta.

Implumis volucris foliis, super arbore nuda,
Insidet, hanc subito deuorat ore carens.

Flamma.

Mater alit viuum, viuens mox deuoro matrem,
Matre tamen morior commoriente simul.

Cinis. Fauilla.

Mortua res vitam sepelit, manet illa sepulcro
Viua suo, viuis mollit & ipsa cibos.

Fumus.

Lacryma multa mihi, sed nulla est caussa doloris,
Cœli affecto vitam, sed grauis aer obest.

Aliter.

Me genuit pater, & sine me non nascitur ipse,
Scit puer, & lacrymas absq; dolore facit.

Aliter.

Lucilius ipse pater, sed ego sum filius ater:
Is lucem, sed ego nil nisi do tenebras.

Aliter (Fumus.)

Splendificat meus omne pater, quod lustrat: at i-pse
Lustro nihil, simul & cuncta tenebrifico.

Caminus.

Si propius steteris, flagras, si longius, alges,
Aulæ eadem ratio scilicet esse solet.

Alchymista.

Car-

Carbo, thesaurus, mea sic carbone crumena,
Inuisis nummis, linguaq; plena manet.

Hermaphroditus.

Ambigui sexus, nec mas, nec fœmina, neutrum
Aut vtrumq; ferar, nec duo, forma duplex.

Priapus horti custos.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum,
Furum sum Deus at nunc, auiumq; timor.

Laurus.

Nympha fui Phœbi quondam, nunc gloria belli,
Pacis honos, frontisq; decus, vatumq; corona.

Quercus.

Viuos pascit viua, tuetur mortua viuos,
Fert viuos: viuos fertur & ipsa super.

Aliter.

Dum viuo, viuos pasco, iam mortua, viuos
Porto: sed aqu'reas deniq; sulco vias.

Picea.

Frontibus arboribusq; viret tot consita sylua,
Et foliis arbor, syluaq; fronsq; caret.

Morus.

Alba fui quondam, rubram me fecit amantum
Sors fera, quæ miseri signa cruoris habet.

Iuniperus.

Quæ florem non fert, baccus nihilominus arbor
Profert, & fructus prorogat vsq; suos.

Rath rath Ritter gut/
Was kornt ohne Blut/

Lilium album.

Flos ego lac niueo Iunonis ab vbere natum,
Flos hinc ambrosius, regius inde vocor.

Lilium purpureum.

Si mihi lac Diuæ vitam dedit, vt dedit album,
Purpureo vertex cur mihi flore rubet.

Rosa purpurea.

Alba fui quondam, rosei quæ caussa pudoris!
Me proprio tinxit sanguine pulcra Venus.

Rosa Milesia.

Communis Paphie dea syderis, & dea Floris,
Ros vnus, color est vnus, & vnus odor.

Chelidonium.

Purgo caput, tenebras oculorum purgo fugoq;,
Ictericum, dat auis nomen hirundo mihi.

Papauer.

Ipsa expers somni, somnum do, plena sopore,
Grande caput, sed in hoc membra minuta gero.

Tigris.

Amnis nomen habet, Zephyrus cui virq; paterq;,
Ocyor at Zephyro cursus & amne suus.

Elephas.

Fulcra thoris, simulacra Ioui do, numen adoro,
Arma, viros, & opes in fera bella veho.

Monoceros.

Ceruum

Ceruum fronte refert, Elephantum sed pede; cauda
Aprum, voce bouem, corpore prodit equum.

Taurus.

Sydus ego cœlo, sed humi si cernis, aratri
Sum patiens, mons hoc nomen, & orbis, habet.

Caballus.

Sint bina leporis dotes, vulpisq; lupiq;,
Et dotes asini sint, totidemq; nurus.

Aliter.

Cui caput argutum est, breuis aluus, obesaq; terga,
Ardua cui ceruix, iste probatur equus.

Mulus.

Ex aliis nascor, nec quicquam nascitur ex me,
Dissimilis matri, dissimilisq; patri.

Gallus.

Bis natus vates ego sum: prænuntio quippe
Quæ sit tempestas quoq; futura die.

Aquila.

Sum volucrum regina, Ioui gratissima, lumen
Sollicitans proprio lumine, Phœbe, tuum.

Pellicanus.

Magnus amor, maiorq; fides, & maxima virtus,
Alterius vitam morte parare sua.

Phœnix.

Vt viuam, mortem patior: sed morte resurgo:
Igne senex morior: igne resurgo recens.

Aliter.

Vnica semper auis, pater & sibi filius ipsa:
Morte sua vitam dat sibi sola nouam.

Aliter.

Ipsa sibi proles, suus est pater, & suus heres,
Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi.

Gryps.

Igne micant oculi, curuatur acumine rostrum,
Sibilat & grandi lingua retorta sono.

Turdus.

Fronde meo fruticans celsa de stercore viscum
Me pascit procerum mox ego pasco gulam.

Picus viridis.

Colla virent, dorsumq; rubet caput, vtraque penna
Cœrula, luteolo pectora tincta croco.

Pauo.

Angelus in penna, pede latro, voce gehenna,
Dic, quæ sum volucris? sic mihi Phœbus eris.

Vespertilio.

Sola auium pario, soli vbera lacte tumescunt,
Aspera sunt soli dentibus ora mihi.

*

Nec mus prorsus ego, volucris nec glorior esse:
Sola tamen fœtum nutrio lacte meum.

Noctua.

Pellor ab alitibus si cunctis æthere toto:
Præsidio, Pallas, sum bene tuta tuo.

Nycticorax.

Cul-

Culta fugit, deserta colit loca, noctis amica,
Lucifuga, & celeris nuntia mortis auis.

Vpupa.

Rex fueram, sic crista probat, sed sordida vita
Immundam e tanto culmine fecit auem.

Cancer.

Membra hominum torret luis immedicabilis ardor,
Cœlum habito, fluuio captus adorno dapes.

Aliter.

Brachia bina, pedes octo, testamq; rubentem
Qui gero, regales sæpius orno dapes.

Apua.

Orta maris spuma Venus est, me spuma vel imber
Procreat, hinc Veneri sum quoq; grata Dea.

Harengus.

Aere non viuo, sed aqua, necat aer, at vnda
Oceani viuum me sinit esse diu.

Rana.

Colla tument, albet venter, vox rauca coaxat,
Terga caput tangunt lubrica, spina viret.

Locusta.

Terrigena, exsanguis volucrisque, loquaxque, sub æstum
Tristifico pastu rustica corda meo.

Cicada.

Pascor rore leui facio conuitia Soli,
Lætifico cantu rura virosq; meo.

Formica.

Oti inimica, hyemis studiosa, & messis amatrix
Parvula, Myrmidonum glorior esse parens.

Bombyx.

Inuoluor studiosa opere, infelixq; merando
Cum morior, sobolem semine linquo mihi.

Cochlea.

Terrigenam, excessam, domiportã, sanguine cassam
Aspice, cui sua quæ sit, domus vna placet.
Nec sanguis mihi, nec sunt ossa, pedesq; at ocelli
Cernua sunt: sal est exitiale mihi.

Euphorbus.

Me pater e nata genuit: mihi iungitur illa:
Sic soror & coniux, sic fuit illa parens,

Amor.

Odit, amat: fugit & sequitur simul: inde minatur,
Supplicat hinc: gaudet, tristis & inde redit.

Mus.

Nec mater mihi, nec pater est: progignor at ex me.
Incola sum cellæ, fur simul, atq; penus.

Pyrallis.

Viue tibi, quantumq; potes prælustria vita,
Splendida dum quæro, me fera flamma rapit.

Cimex.

Sum ligno genitus, depasco corpora morsu,
Sum grauis, at grauior, quando necabis, odor.

Sirena.

Fœmi-

Fœmina, piscis, auis sum, nautas fallere docta,
Sum scopulus, non sum fœmina, piscis, auis.

Fortuna.

Sum nihil, & vocor ipsa tamen Dea, cæca figuror,
Surdaq; & ima leuo, summa premo, omne rotæ.

Fama.

Viuo expers vitæ, totum vaga peruolo mundum,
Haud volucris, multi sunt sine patre patres.

Echo.

Non vox, alterna sum vocis imago, loquenti
Nil reticens, didici nec prius ipsa loqui.

Aliter.

Non homo, nec sum bestia, nō mihi vindico corpus,
Aut animam, nihilo viuo sed ipsa minus.

Aliter.

Non os est, aut lingua, loquor tamen ipsa, locuta
Sed morior, mecum commoriente sono.

Aliter.

Quæ nescis prius ipsa loqui, reticere loquenti
Nec scis: dic tandem quod, Dea, nomen habes?

Aliter.

Sum Dea, vel mulier: nec sum potis ipsa videri,
Aut nosci: tantum garrula verba sequor.

Aliter.

Garrula sum: sed non nisi te loquor ipsa loquente:
Non mea, sed potius quæ audio, verba loquor.

Semper hians os est mihi, pendens ferrea lingua,
Vox est nulla, nisi prodita verberibus.

Nola.

Transit aquas, nec aquas medio degustat in amne,
Dat sonitum, sonitum nec tamen ipsa capit.

Penna scriptoria.

Non caro, non os sum, sed carnis & ossis alumna,
Elinguis linguæ commoda mille fero.

Epistola.

Fœmina circumfert infantes, rite loquentes,
Sint mutæ quamuis, per loca quæq; volant.

Literæ consonantes & vocales.

Sunt iuuenes octo atque decem, sine voce vagantes,
Quinq; interpretibus sit locus, inde sonant.

Conscientia.

Ipse sui simul accusator, & est reus, atq;,
Iudex, & tortor deniq;, fare quis est.

Fletus viduæ.

Sit grauis ipsa licet, cœlos aqua tranat Olympi,
Illa potens superos cogit, & illa Deum.

Lacrymæ puellares.

Fallax vnda quidem per se, fallacior vna
Sæpe facit stultos sed tamen vnda sophos.

Vnitas.

Nec numerus, numeri nec pars, sed principiũ sum,
Si mihi nil addis, maior ero numerus.

Vites.

Quæris, quod optimum lignum sit, haud tamen,
Aptum ædibus? vites puto.

Ænigma e Thelxiope Nic. Reusneri.

Acropolis placeat magis an Noua, quæro Polisnâ?
Acropolin laudo, sed Polin ipse volo.

E Pisino e eiusdem.

Accipitri insidias parat Ardea: præda parata est,
Si prius hic sexum mutet, & illa suum.

Vinum.

Sol altor: Tellus genitrix, sator ipse bimater
Bacchus, me sepelit venter, & ante cadus.

*

Me tellus gignit, coquit & Sol: robur vt addo
Et vires homini mox iterum has adimo.
Dat vires adimitq; metu cor liberat, auctor
Ingenii: tellus gignit, Apollo coquit.

Filia Cimonis.

Filia cuius eram, mater sum deniq; patris:
Matris vir sic fit filius inde mihi.

Deß Tochter ich ward/
Deß Mutter bin ich worden/
Ich erzeugt mir einen Sohn/
Der war meiner Mutter Mann.

Scriptura.

Atra seges (viden?) hic in campo cernitur albo:
Prætereunt multi, nec patet illa seges.

Ein weiß Feld/darinn ist schwartz Saat/
Manch Mann fürvber gath/
Der nicht weiß was da statt.

Chelys.

Lignea materies: cantillat suauiter (audiu?)
Agnus in hac: saltem hunc ante titillet equus.

Cereuisia.

Æmula sum Bacchi, me Mulciber excoquit, haud Sol,
Neptunus pater est, mater & alma Ceres.

Ouum.

Sum, quod nec sum, animal, sine patre, at non sine matre:
Nec soboles matris sum, nec alumna tamen.

Caseus.

Non Heraclitus, non Argus sit, neq; Nestor,
Sic bonus & gratus caseus esse solet.

Pluma lectus.

Ipsa leuis, graue fert onus, & grauis inde sopore,
Fit leuis, & leue fit, quod graue fertur, onus.

Aliter.

Quod tollit, premit, ima petens sursum æra repellit,
At somno premitur, nec tamen ipsa capit.

Follis.

Ponderis eiusdem, grauius ne sit leuiusue,
Seu vacuum, plenum seu sit, vbiq; manet.

Furnus.

Inte-

Integrum reuomo, integrum quem deuoro panem:
Sub cœlo coctus sit tamen igne prius.

Ephippium.

Fert carnem, premit & carnem, dum fertur ab illa,
Sanguinis & carnis nil habet illa tamen.

Spongia.

Ipsa leuis, graue viscere condo, & promo vicissim,
Pressa tamen sordes tergeo, nata mari.

Pila.

Glabra foris, pilosa intus, specieq; globosa,
Exsilio, quanquam mi pedis vsus abest,

Speculum.

Cuiq; suam reddo faciem, mihi reddere soli
Nescia, nec vita prædita, nec facie.

Vulgus.

Bellua multorum capitum cur nominor? atqui
Cordatis nullum credor habere caput.

Monachus.

Cui rostrum porci est, asini dorsum atq; columbæ,
Cui cor ouis, cui crus est bouis, ecquis erit.

Matula.

Sim quamuis vilis, sim res abiecta fatebor,
Vsibus humanis sum tamen apta satis.

Lotium.

Fœda quidem, vilisq; breui; lus fœnerat hora,
Quam bene qua multo pisce natatur aqua.

Calculus.

Per se dura quidem lapidum compago, sed vnus
Est lapis, hic homines asperitate necat.

Podex.

Custos ventorum, elinguis loquor ore; traho q;
Ex sonitu sonitum; vulnera nulla fero.

Crepitus ventris.

Pelle carens nascor, non audio, sed tamen ipse
Audior, haud culpo, sed male culpor ego.

Latrina.

Quisq; meam quærit, seu vir, seu fœmina sedem,
Ipsa tamen lateo patre latente domus.

Clauis.

Per me clausa domus patet omni, rursus aperta
Clauditur, ipsa domum me sibi seruat herus.

Pecunia.

Ex Democrito.

μὴ κτηθεῖσα τρύχει, κτηθεῖσα δὲ καὶ βασανίζει,
φροντίσιν, αὐτὰρ ἀποκτηθεῖσα τ᾽ ἀπόλλυσι λύπαις.

Idem Latine.

Torqueo non possessa hominem: possessa fatigo
Curis: perdita mox ipsa dolore premo.

Aurum.

Blanditiæ pater, & sum filius ipse doloris,
Qui tenet hoc, metuit, qui caret, ille dolet.

Vmbra.

Maxi-

Maxima & occasu, simul ortum maxima rerum,
Maximus vt vigor est, sum minima ipsa tamen.

Aliter.

Quod nihil est, aliquid modo cernitur esse, vicissim
Cernitur hoc aliquid verius esse nihil.

Baculus. Scipio.

Cœcum cœcus ego duco atq; reduco, ferentem
Me fero, nec visu glorior, aut anima.

Somnus.

Dum nihil ipse vides, facio te multa videre,
Lumina ni claudat, me quoq; nemo videt.

Aliter.

Mortalis non sum, non immortalis, vtrumq;
Malo, parte hominis viuere, parte Dei.

Tempus.

Quod nusquam est, simul hoc & vbiq;, & idem est apud omnes,
Omne quod est (mirum!) non capit ipse locus.

Vita, mors.

Quod nihil est, perimit me, quæ sum tractus amparus
Temporis: exoptat me tamen omnis homo.

Cadauer.

Fœtens sperma prius: dum vixi, stercoris ædes:
Post mortem iam sum vermibus esca putris.

Sceletos.

Corpus ego, sed sum sine corpore: corporis ossa
Ipse tamen numeres carnibus ossa suis.

Capulus.

Alter quod fabricat, mox inscius vtitur alter,
Quique emit, haud cupit hoc, sed capit ipse tamen.

Terminus.

Non semel, aut non bis minus, at bis & semel, imo
Terminus existens, cedere nolo Ioui.

Ens.

Nil sub Sole nouum: manet omne: quid est, quod adhuc est?
Quod fuit ante, quid est, quod fuit? hoc quod & est.

A & Ω.

Prima rudimenti supremaq; littera Graci:
Soli sit laus & gratia Christe tibi.

ΓΡΙΦΟΛΟΓΙΑ.

SIVE.

SYLVVLA LOGO-GRIPHORVM,

Auctore

NICOLAO REVSNERO
Leorino Comite Palat. Cæs.

CVM ANALECTIS EIVSDEM generis

Iulii Cæsaris Scaligeri, Ioannis Lauterbachii, & aliorum.

PALLADÆ.

εἴ τι φέρον σε φέρει φέρε καὶ φέρου· εἰ δ' ἀγανακτεῖς
καὶ σαυτὸν λυπεῖς, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.
Si te fert, quod fert, Fer Ferreque ferre recusans,
Si male fers, quod fert, te quoque sed male fert.

EX OFFICINA PALTHE-NIANA.

ANNO M.D.CII.

AD ARNOLDVM HELIVM Flandrum, Martis & Phœbi alumnum.

Si nomen specto, nostri Sol Helius aui
Diceris, & veri nominis omen habes.
Sol es Musarum: sic vere es Delius, Heli:
Imples mensuram nominis ipse tui.
Helius es, Clariæ, Sol, Phœbus, Apollo cateruæ:
Per te Musarum gloria lausq; viget?
Quid? quod & es Martis pullus, Mars ipse vel autor:
Militiæ quoties grande tueris opus.
Te belli socium quondam Mansfeldius heros
Carolus, & comitem legit vbiq; sibi.
Pannonis hoc bellax, simul & scit Belgica tellus
Prædicat hæc nomen cum Duce sæpe tuum,
Cultor amicitiæ simul es fautorq; bonorum.
In quorum numero me quoq; semper habes.
Mutuus vt tibi constet amor meus: accipe griphos,
Sed viles: hos & consule quæso boni.

Nicol. Reusnerus D.



NICOLAI REVSNERI COM. Palat. Cæſ.

Gripbologia ſiue Logogriphorum Syluula.

NVMINI. NOMINI. HOMINI. OMNI.

Sit cura prima Numinis:
Sit Nominis cura altera,
Aut Ominis ſaltem boni:
Sit cura tertia & hominis,
Sed omnis. Ordo ſit triplex
Sibi conſtat optime: ſuo
Et numen, & nomen, & homo,
Sed omnis, omine cum bono,
Si rite fungantur loco.

MARS. ARS PARS.

Pars vitæ Mars *vna: ſed* Ars *pars altera vitæ eſt:*
Inſere cui medium, Mars redit alter ἄρης.
Tertia pars Veneris: Paris *hanc vocalior optas:*
Mars aliis, aut Ars, pars placet illa ſibi.

FERREVS. FER. FERRE RE. REVS. haud FERVS.

Symbolum auctoris, φέρε καὶ φέρε.

Fer *capite integro, ſimul & cum pectore* Ferre,
Sic animo totus Ferreus *eſſe potes.*

Ferrea cui solido mens est in pectore clausa:
Fer *bene principio*, Ferreque, *fine* Reus.
Fer *simul & medio, sed* Re, *non nomine solo*
Ferreus: & *sine* Re *diceris esse* Ferus.
Pectore disposito bene fortis erus velut heros,
Cognatoq; simul nomine verus *homo.*

De eodem.

AD HELIVM.

Fer *sic* Ferre, *placet* Reus *nostro symbolon, Heli:*
Qui bene fert alios, fertur & ipse magis.
Ferreus, *an potius sine* Re Ferus *esse putetur?*
Qui fert & Fertur, sed sine fine Reus.

MVSÆVM.

Mus, Musæ, Æuum.

Musæum sacer est Musis locus: hic tamen & Mus,
Et Musæ, *semper quo stabulentur, habent,*
Musa noster amor: apage hinc Mus improbe & æuum,
Æolico iuncto grammate, perstet amor.

MVSICA.

Mus Musa. Musca. Mica. Sica

Musica *dulce canit totum: sed ventre resciso*
Musca *stridet: simul &* Musa *perenne viget.*
Mus *rodit solido capite: hoc sine* Sica *trucidat:*
Aufert hæc homini sæpius illa caput
Vsus dimidium si tollitur: inde quod exstat,
In reliquo remanet corpore Mica *salis.*

MEN-

MENSA.

Mens. Ens. Manes.

Mensa *dapes promit lautas, & pocula Bacchi:*
Cauda aut fronte carens, Mens *regit,* Ensque *Deus.*
Quisq; suos patimur Manes, *si rite reponas,*
Arte Lycophronis indice, litterulas.

ROMA.

Maro. Amor. Mora.

Roma *caput mudi:* Maro *princeps nomine vatum*
Inuerso: retro fit modo noster Amor.
Grata sub hoc ramo mora *amantibus aureo habetur:*
Aptetur finis si bene principio.

ALEMANIA.

Alma. Almana. Lemana. Ala. Manna.

Marte ferox, belloq; potens Alemania *tota:*
Almana *hinc vidua, & virgo fit* Alma *tibi,*
Sic placet Ebrais hæc vtraq; vocis origo:
Hinc Lemana *palus nomen & ipsa tenet.*
Principio iuncto cum fine, fit Ala: *sed absit*
Cum capite hinc ceruix, Manna *fit, esca Deum.*

MEDVSA.

Musa. Dusa.

Sit metuenda licet trux virgo Medusa *capillis:*
Si desit ceruix, Musa *es amanda mihi.*

Scilicet ipse tuo de funere Pegasus ortus:
Aonias Musas qui pede fodit aquas.
Largiter has, vatum decus ingens Dusa *propinat*
Musicolis, demas si caput inde prius.
Musa *Medusæi cum* Dusa *gloria fontis,*
Promeret æterno laudis honore frui.

PARNASSVS.

Par. Nasus. Passus. Sus.

Parnassus *Phœbo mons est sacer, atq; Lyæo*
Par *honor est collis,* par *vtriusq; decus.*
Passus *ad hunc haud mollis, at asper sentib. hirtis,*
Passibus emensis gaudia multa dabit.
Tolle caput, nasus: *fit* sanus *nomine verso:*
Fine manens solo Sus *fit amica luto.*

CAMOENA.

Amœna. Cana.

Sis quod amœna, *caput si tollas, Diua* Camœna:
Et quod amœna *canas carmina, nomen amas*
Tempora sic aui, medio sine ventre, mereris
Cana *diu: comes est si tibi cana fides.*

Aliter.

Dulce Camœna *decens sonat & per amabile carmen:*
Deme caput, carmen rursus amœna *canit.*
Linque caput, ventre exciso, nec cana *senectus,*
Æui nec caries hanc abolere potest.

Charis.

Musa

Musæ fide comes Charis, *Aoniaq; Camœnæ,*
Aris, *non &* haris, *sed capite absq; vacat.*

AVRORA.

Aura. Aurea. Ara. Rora.

Quod Musis Aurora *vigil sit semper amica:*
Quod, sine ventre, easdem recreet aura *leuis:*
Nil mirum est: mens hinc viget ingeniumq; Poetæ
Aurea at aurora plus iuuat aura *tamen:*
Quisquis amat Musas, Auroræ diligat auram
Peruigil: hæc Musis culta sit Ara *sacris.*
Aurora, o rora, *roris cœlestis amores:*
Cauda caput absit, vror *amore tui.*

REX. LEX.

Si bene regna regis, *sis dignus nomine* Regis.
Doctor & es legis, *si bene iura legis.*

*

Si modo pauper eges, ne plus egeas, lege Leges,
Grandia lucra leges: *fertilis illa seges.*

Serui.

Dum puer es, Serui: *si vis, vt sint tibi* serui:
Seruus eris, seruus ni prius ipse diu.

Fides.

Ni sit nota fides, *ignoto non bene* fides:
Nunquam tu fides *quod sit in orbe* fides.

COMES.

Comes. Comis.

Si vis esse comes *mihi, mores accipe* comes:
Quam magnus Comes *es carior inde* comes.

*

Voce colore comis, *ne fallat fœmina* comis:
Ne careas care *semper amore* care.

VIRAGO.

Vir. Vira. Virgo. Virga.

Costa viri mulier, sit nomine tota Virago.
Illa viri *præfert nomen, & illa vira.*
Mas, vir: *& est mulier,* vira: *coniux factus vterq;,*
Masculus & totum fœmina coniugium.
Si neque vir, neque sit vira, iam sine ventre vocatur,
Semper adhuc expers, nomine virgo, viri.
Nupta viro, ventrem sibi virgo, virago *resumit:*
Ipsa virum, vt puerum virgo, *virosa domat.*

Meretrix.

Non est æra merēs, Meretrix, *pro crimine* mœrēs:
Quod meret, hoc mærēs, promeret hac veniam.

COLOR. COR.

De Baccho.

Sum Deus: is q; color *nam dum per guttura* color,
Mutaturq; color, cor *fugit inde dolor.*

Cordula.

Cordula cor cordis cordi cor corde ministras,
Excors absque tuo cordula corde vagor,

ANNA.

ANNA. AMA.

Anna retro citroq; venit: placet Anna; *quid inde?*
Rursus Ama, *citro nempe retroq; redit.*

MARIA.

Dulce quidē fit amari: *at inest quid semper* amari
Sic tuus o Maria *est dulcis amaror amor.*

*

Dulcis amaror, amor. quid tum? licet insit amari
Multum, mi tuus est, Lux mea, dulcis amor.

CYPRIANVS Cypri anus.

Cui dat nomen anus, *cui* Cypria *iuncta, sed vnum:*
Cypria *principio, fine sed exstat* Anus.
Quod si sit iuuenis, sit anus *cur* Cypria, Cypri
Forsan anus *demto vertice,* Ianus *erit.*
Ne sit ἄνυς, facit hoc νῦς. deniq; ventre remoto
Fit cyanus: *sparsus redditur inde cinis.*

TERTVLLIANVS

Ter. Tuli. Anus.

Integer & totus tu scriptor es optimus: inde
Demto ventre, ter es Tullius *ipse bonus.*
Tergeminus sed anus triplicis censere maritus:
Arguis hoc ipso nomine ter tuli anus.

IVLIVS.

Iulus. Ilus. Liuius. Ius.

Iulius es Caesar, & nomine mensis eodem:
Filius Æneae paruus Iulus *erat.*

Multipes hinc & surgit Iulus *ventre remoto:*
Litterula elisa duplice & Ilus *adest.*
Præposito mox ventre tibi iam Liuius *exit:*
Romanæ scriptor maximus historiæ.
Sublato capite (en!) prodit Ius *utile vitæ:*
Cui vis *inuerso nomine dira nocet.*

CÆSAR. Æsar.

Imperat Augustus Cæsar, *Deus alter vt orbi:*
Romani Cæsar maximus imperii.
Centum aufert fulmen: Cæsar *prius, Æsar Hetruscis*
Post centum repetens fit Deus astra dies.
Iure quidem dominum prohibet se dicier ipse
Maior eo Dominus tempore natus erat.

SCALIGER.

Aliger. Liger. Ager.

Aliger *es demto capite & sublimis ad auras*
Tolleris, ac reples laudibus astra tuis.
Scaliger *haud scalis opus est, vt ad astra feraris:*
Aliger *(en!) cœlum tu capite absq; petis.*
Nec Liger *ipse tamen patria vel moribus audis:*
Mores cui veros *patrius addit ager.*

BARBARVS.

Barba. Barrus. Arar. Ara. Rus.

Quantus es, es totus iã Barbarus *haudq; Latinus:*
Barrus *at exsecto ventre Elephantis adest.*
Crescit Barba *tibi sublato rure: vicissim*
Dimissa barba Rus *tibi dulce manet.*

Tolle

Tolle caput, ventriſq; notam, iam ſignat, ararus,
Fine ſimul demto Gallicus vndat Arar.

TAVRVS.

Vrus. Rus.

Taurus *mons:* Taurus *fluuius: bos deniq;* Taurus:
Maior & hoc Vrus. Rus *at vterq; colit.*

COLVMBVS.

Colus. Lumbus. Vmbo.

Sum Veneri volucris ſacer, at ſine labe, Colũbũs:
Tolle pedem, Pallas penſat amica Colum.
Ingemina liquidam, Collum: *capite inde reuulſo*
Lumbus, *& ex illo dicier* Vmbus *amat.*

ROSA.

Ros. Os.

Flos breuis eſt vita Roſa *Solis* roſa *calore:*
Si ros *non alit hanc,* oſa *fit, intus &* os.

ROSMARIS.

Ros Maris. Mars.

Thus rorem maris, & redolet thus Ros maris *at-
que:*
Par in vtroq; decor: par in vtroq; vigor.
Sic ros, *ſic* maris *eſt* ros: *abſit & hinc canis ira*
Fronte, fit os: *demto grammate,* Mars *fit herus.*

AMARACVS.

Ama. Amara. Acus. Acarus.

Crescit in excultis genialis Amaracus *hortis*:
Si nescis, Regis filius ille fuit,
Cautus Ama, *sine ventre & cauda: sed lege retro,*
Vno transposito grammate, carus ama.
Fine carens fit amara *Venus: si sibilet illa*
Deniq; fit Veneris prorsus amarus *amor.*
Si caput & caudam demas, fit Mara Maria.
Ebraeis hinc & nomen amaror habet,
Sin eadem serues: fit acus *Niloticis ahena*
Dente vel erodens retia piscis acus.
Militia vel acus, *quae praestat acumine teli:*
Frumentum vis aut vannere cedit acus.
Praecisa ceruice acarus *fortasse manebit:*
Pruritum manibus si volet vsq; dare.

NARCISSVS.

Nar cissus. Issus. Sus.

Narcissus, Cissusque *puer, flos factus vterq;*
Dum nimio flagrat caecus amore sui.
Cissaeus pater hinc Hecubae: sed fronte reuulsa
Issus [a] *& vrbs, Hecuba & filius* Isus *adest*
Sulphurea Nar *ardet aqua, si* Cissus *abibit:*
Cauda iunge caput, Nasus *odore sapit.*
Fine manet solo foetens & amica luto Sus;
Siue sit agrestis, seu cicur illa domi.

[a Nicopolis.]

Medicum malum.

Medica mala *tibi dono, cur respuis ista,*
Quae dono, sunt haec nec mala, *nec* medica.

LAV-

Lilium. Ilium.

Dictio tota facit florem: primaque remota
Litterula, Phrygii mœnia regis erant.

LAVREA.

Aurea. Area. Rea. Rhea.

Laurea *victorum, ſimul eſt & adorea vatum:*
Aurea, *qua vere, ſed capite abſq; nitet,*
Area *multiplici completur fruge beata:*
Si ſine diphthongo dictio prima ſonat,
Tolle caput totum, rea *ſic damnabere voti:*
Aſpiret, Rhea [illegible] *Syluia vel Cybele.*

LAVRVS.

Larus.

Pacis honos, vatumque decus viret integra Laurus:
Fit ſine ventre Larus *piſcis, auiſq;* Larus.

POPVLVS.

Polus. Pullus. Lupus.

Populus *vt fluuii* populus *ſic vrbis honore;*
Syderibus gaudet ſed ſine ventre polus.
Deme caput relegens, Lupus *exit more diauli:*
Ingeminans liquidam fit modo pullus *equi.*

ILEX.

Silex. Ilex. Lex.

Ilex *plena fauis decus eſt in montibus altis:*
Tolle caput, Lex *eſt vrbibus alma decus.*

Sibilet, ipsa Silex *subito iam redditur Ilex,*
Dura sat hæc, verum durior illa magis.
Si liquidam duplices (sed enim par semper amantum est)
Mutuus est Ilex semper amoris amor.

CVLMVS. VLMVS.

Vlmus *amat vitem: fert hordea* Culmus *in agro:*
Hinc vinum atque Zythum, potus vterque placet.

ÆSCVLVS.

Æs. Culus.

Æsculus *æthereas se vertice tollit ad auras:*
Æs *caput est: tetro denique fine* Culus.

CAPER.

Aper.

Rodit dente Caper *vites: caput aufer & inde;*
Omnia iam vastat dente timendus Aper.

CARPINVS.

Carpi. Pinus. Carus. Carinus.

Pro facibus tædas præbet tibi Carpinus *arbos:*
Deme caput, Pinus *pinea poma dabit.*
Carus *adest, ventre exciso,* Carinus *& alter*
Cæsar: carus *erit, quisquis amicus erit.*
Italiæ Carpos *vrbem sine calce videbis:*
Aut Capros, *vno grammate transposito.*

MORVS.

Orus. Mus. Rus.

Falsum

Falsum nomen habet sapientior omnibus arbor
Morus:*sed stulti* Morio *nomen amat.*
Tolle caput, sapiens hinc fit Niloticus Orus:
Pectore Mus *demto:* rus *breue finis erit.*

CORNVS.

Cor. Ornus. Cornu. Corus. Coruus.

Cornu more riget Cornus:*fit deniq;* Cornu
Fine carens: tollis si caput, Ornus *adest.*
Fons vitæ Cor *habet solidū caput: inde liquorem*
Eiice, nimbosus nubila Corus *agit.*
Auctus & Æoli[illegible] crocitat mox viscere Coruus,
Spes & alens, melius cras fore semper ait.

AMOMVM.

Cinnamomum. Amo. (haud) Momum.

Assyrium totum Phœnicem pascit Amomum:
Deme caput, Momum *liuor alit, nec alit.*
ἀμῶν *habet secum comitem:* Mum *deniq; restat.*
Vltima qua tropolis cernitur Arrabia;
Cinnama quæ fert læta: sed, Heli, fine reciso,
Te, si credis, Amo:*me quoq; rursus ama.*

SALVIA.

Sal. Via. Salua. Vi.

Saluia *cum ruta tibi pocula tuta ministrat*
Nomen habens, vi *quod saluia* salua *sua est.*
Diuide iam vocem: condimentum vtile mensæ
Sal *est principio, sed* via *fine patet.*

PAPAVER.

Papa- Ver. Aper.

Tota soporiferum tibi dictio promo Papauer.
Caudam si tollas, Papa *Latinus adest.*
Caudam si teneas solam, ver *prodit amœnum:*
Mortales recreat quod simul atq; Deos.
Si tollas caput, hinc Teuto iam Rusticus *ore*
Litterulis demtis sed tribus exit Aper.
Nec desunt Apuæ, *non lauta fercula mensæ:*
Quæ bene sic mecum consulis, hospes aue.

APIVM. OPium M.

Vis Apium? *pro Apio est,* Opiũ *tibi venditur: agro*
Impostor quid pro quo *dare sæpe solet.*

CVNICVLVS.

Cuculus. Cucullus. Culus.

Gaudet in effossis habitare Cuniculus *antris:*
Monstrauit tacitas hostibus ille vias.
Diuide, fac geminas voces, duplicaq; liquentem:
Proximus est Cunni, *(fœdus vterq;)* culus.
Ceruix si desit, Cuculus *cuculare repente*
Incipit: hinc aucto ventre cucullus *erit.*

CVCVLVS.

Cu- cul- lus. Cu- lul- lus.

Vere nouo cuculat cuculus : *liquidam adde* cucullus.
Fit monacho, aut piperi: sed sine ventre culus.

Com-

Cum muta liquidam muta, fit & inde cucullus:
Regales onerat sæpius ille dapes.

PANNVS.

Pan. πᾶν. Annus. Anus.

Pannus, *vestimen: caput aufer, nascitur* Annus:
At ventre eliso cernitur anus anus.
Pan *redit integro capite & notat* omne *quod vsquam est*
Græcis: si iungas, νᾶς *simul* omne *regit.*

PVRPVRA.

Pur- pura.

Purpura regales fulgens prætexit amictus,
Pura, *exsors c... atis, fit nisi, nulla placet.*
Purpura *capta nigro fundit cum sanguine vitam:*
Purpura *fit cuius tincta cruore rubens.*

*

Tincta nitet roseo conchylis purpura *fuco:*
Purpura *in Oebalio bis saturata cado.*

CORALLIVM.

Cor. Allium.

Cor allium *lædit, iuuat* Corallium:
Plus systole vocis dat, quam diastole.

ALLIA. LILIA.

Allia liliolis *intersere: iuncta vigescunt*
Illa simul, simul hæc viribus inde suis,

LOCVLVS. OCVLVS. POCVLVM.

In loculo, aut oculo, vel saltem poculo amicus
Fidus, is infidus cetera amicus erit.

Ex Hebræo.

In loculo, inq; oculo, vel deniq; poculo in ipso,
Si nescis, hominis noscitur ingenium.

OSCVLVM. CORCVLVM.

Seu corculum, *seu suaue dicas* Osculum,
Male cordi & ori proximum facis culum.
Commune quid cordi est oriq; cum culo?
Os *dulce,* Cor *serenum, fœtidus* culus.
Fœda culinæ nomen atq; fœtida
Natura formidat palam spectaculum:
Partem occulendo semper illam corporis.
Nam ne quidem recte vnitur ventri culus.

ADAMAS.

Adam. Mas. As.

Ferreus est Adamas, *& ferro durior ipso:*
Fine sed As *desit, primus* Adamus *homo.*
Mas *homo primus* Adam, *capiti si cauda supersit:*
Heu! si me adamas, as *fit amoris amor.*

IASPIS. ASPIS.

Iaspide *nil melius: caput aufer: &* aspide *peius,*
Aspidis aut morsu, iam nihil esse potest.

BELLVM. (haud) bellum.

Bello *cum* belli *prorsus nihil vndiq; subsit:*
Bellum *cur* bellum, *dic mihi, nomen habet?*

SVM. ES. EST. SVMVS.

Sum tuus & meus es: tuus haud sum, nec meus ipse es:
Sed Deus est noster: cuius vterq; sumus.

*

Totum vere viget, sine puppi crimina suffert:
Signum pigritiæ prima remota dabit.

PARIES.

Par. Paris. Aries. Æs. Pes.

Cui mater fuit alta silex, lignumue, lutumue,
Sum Paries: paries *fœmina fœta viro.*
Fit demto hinc Aries *capite, alti machina muri:*
Corniger aut Aries *dux gregis ipse sui.*
Quam bene Par *sine ventre* pares *amor vnit amantes!*
Pars *& amicitiæ summa sit illa meæ.*
Littera si desit, Helenæ Paris *intrat amator:*
Arbiter & forma creditus esse bonus.
Cum cauda mox iunge caput, pes *nascitur inde,*
Æs *hinc, & sponsor* Præs *simul æris erit.*

PASSER. ASTER. Asser. Ater.

Passer *auis Veneris: caput aufer, & inde fit* asser:
Aster, T*heta cadat, lucidus* ater *erit.*

PARVS.

Parus *vere nouo canit, at mox desinit ales:*
Paruus *& hinc nomen gaudet habere suum.*

FILIA.

Fila. Ilia.

Filia, *sed sine ventre, trahit subtilia* fila
Sub tilia, *apta colo, quæ sedet, apta thoro.*
Si caput huic desit, cohibent crassa ilia *ventrem:*
Ilia *vel tua iam, Romule, mater adest.*

FRATER.

Ater. Ate.

Frater *amas dici: nomen peramabile fratris:*
Candida cui mens in pectore fratris inest.
Sit procul hinc ater, *sine fronte sit & procul ira*
Fine canis, Ate *ne mala damna ferat.*

COLVMEN.

Sit columen *generis, sit* lumen *filius, absque*
Fronte: trahat demto filia fine colum.

SPECVLVM

Spe. Specus. Peculium. Seculum.

Spe *viuit capite integro: truncoque* peculium
Assignat, demto ventre cauere specum.
Eliso capitis medio, numerare licebit
Seculum: *at absq; illo cernere forte* culum.
Quod sibi si constat totum, *secum omnia lustrat:*
Cuiq; suam faciem dans, facie ipsa carens.

SPECTACVLVM.

Spe. Speculum. Specta culum.

Spe *lactat caput integrum : simul addita cervix,*
Quod spectare *lubet, te simul omne iubet.*

Cetera

Cetera si iungas, fœdum spectare iuberis:
Specta, *nempe sonat dictio tota*, culum.
Si non sit caput, aut ceruix: iam ventre relicto
Cum cauda, vox tunc exprimit illa culum.
Interpone culo ventrem, redit inde cucullus
Si liquida vna iacet, mox cuculat cuculus.

SALINVM.

Sal. Linum.

Mensam far decet, & purum sine labe salinum,
Sal *caput est*, linum *deniq; textor amat.*
Sal *si deficiat*, vinum *dant Æoles*, οἶνον
Graiugena, sanum *quod sine ventre bibes.*

GLACIES.

Glacies. Lacies. Acies. Cies. Ies. Es.

Sit glacies *quamuis* lacies *pene prouidus hostem,*
Dumq; cies acies, *victor* ies, *vt &* es.

VIRES.

Non probitate, vires, *nisi sint animi quoq;* vires,
Nil prosunt vires, *ni probitate* vires.

CLANGOR CLAMOR.

Angor, Amor.

Non clangor *reddit placabile numen, at* angor:
Non clamor, *sed* amor *regnat in aure Dei.*

APIS.

Apis. Lapis. Lais.

Mellis Apis *nutrix*, Apis *rex, huic caput adde,*
Fit lapis: *hinc demto grammate* Lais *amat.*

ARANEA.

Ara. Rana. ἔνη καὶ νέα.

Argutam texit sublimis aranea *telam,*
Principioq; sui thus amat Ara *sacrum.*
Tolle caput, ventre exciso, iam Rana *coaxat,*
Lunaq; fine suo fit vetus *atque* noua.

*

Musæ. Muscæ.

Musas, *quas celebras, tu verius accipe,* Muscas:
Carmen & *haud, Lolli,* crimen *inepte facis.*

FORMICA.

Forma. Mica.

Parua fit exemplum magni Formica *laboris,*
Forma *vacat medio, fronteq;* Mica *caret.*

TVBER.

Vber. Suber.

Tuber *dat soleas, caput aufer, crescit* & vber,
Sibilet hoc, in aquis suber *agreste natat.*
Fastus opum comes est, nihil omni ex parte beatum,
Scilicet vber *vbi,* tuber *ibi esse solet.*

VENTVS,

Venus.

Candidus ante fui, Ventus *cum Sole* Venusque,
Fuscata facie me facit esse nigrum,

AV-

AVLA. Caula.

Tutius in caula, *blanda quam viuitur* aula,
Aula *vale*, caulæ *sim magis ipse comes.*

AVLVS. Ollus.

Auli nomen habes, vis esse quod aulicus, *Aulo*
Olla placet, nam non Aulus, *at* Ollus *eris.*

CANNIVS. Caninus.

Cannius *es Romæ, quod mordes dente canino:*
Transposito vno apice hic forte Caninus *eris.*

LIBERIVS.

Liber. ius.

Liberum amans pater est, ius libera libra liberq;
Liber: Liberius, *Liber & ipse pater.*

De eodem.

Liber *amas dici, laudo, sed nullus amicus*
Crede, magis liber, *quam* liber, *esse solet.*

NEPOS.

Care Nepos, *mores si vis tractare nepotum*
Incipis esse nepos, *desinis esse* Nepos.

ALACER.

Ala. Acer Lacer. Lar.

Mente alacer, *simul ac* alis *pernicibus* acer,
Ex re consilium qui capit, atq; sapit.
Ala *fit hinc, si fine caret, si fronte, fit arbos*
Hinc acer: *inde* acer *Mars fit, &* acer *equus.*

Deme caput, manet inde Lacer *sed syllaba duplex*
Si desit, genius Lar *manet ipse domus.*

THESAVRVS.

Taurus. Aurum.

Nec tibi dat taurum *Deus absq; labore, nec* aurū:
Thesaurum *si vis: Ora simul absq; labora.*

CORPVS.

Totus homo Cor *& est* Corpus: Pus *ergo fit excors*
Corpus: *& haud constat iam sibi totus homo.*

ANIMA. Ama.

Mens anima est hominū: non est, vbi sese animat mens,
Ast vbi amat, medio tu sine certus ama.

IVS. VIS.

S*unt duo* Vis *&* Ius *sibimet contraria verba,*
Transpositum sed inest alterum in alterutro.
Curita?num iuris vis *est vt maxima, sic vis*
Maxima ius *summum sæpius esse solet.*

LEX. REX. GREX.

Lex *Regina, Magistratus* Rex Grex*q; popellus*
Si bene habent, tunc & publica res bene habet.
Lex *seu rex mutus,* Rex *ceu lex viua gubernat,*
Grex *Regi & Legi paret vtriq; volens.*

FAMVLVS.

Mulus. Mullus. Mus.

Fur domini famulus, *vel fure nocentior ipso,*
Abscisso medio grammate φαῦλ⊙· *homo.*

Appro-

Approbat hoc ipſum quoque Teuto : *ſed caput auſer*
Mulus, *& ex famulo ſit* malus *hinc aſinus.*
Iam duplica liquidam, liquida ſit gloria menſæ
Mullus, *& hinc exit* Mus *ſine ventre breuis.*

FVRCA. Fur. Furfur.

Fur *es, cauda exſors, cauda redeunte, miniſtrat*
Furca *tibi & titulum nominis, & tumulum.*
Furfur *edes capite hinc duplicato : eodemque remoto,*
Dignior haud te Fur, *ſit cibus, vt tumulus.*

LABOR.

Diſplicet iſte labor, *ſub cuius pondere* labor:
Virtutis labi neſcit vbiq; labor.

ORA & LABORA.

Lab-ora.

Sunt duo, quæ duo ſunt tamen vnum, ora, *atque* lab ora.
Scilicet haud fœlix eſt labor *abſq; Deo.*
Principio ſemper prius ora, *deinde* labora
Sedulus: & cœptum tunc bene cedet opus.

AD HELIVM.

Amore, More, Ore, Re.

Quæris, qua verus redignoſcatur amicus,
Heli? vis dicam? quattuor iſta nota:
Semper & his caput auſer verus amicus amore,
More *item, &* Ore, *ſimul* re *probet ipſe fidem.*

De eodem.

Si nomen spectas, Ernholdus amicus honoris,
Si cognomen, Apollo Helius alter eris.

NOMEN. Omen.

Omnibus est nomen, *sed non est omnibus* omen:
Felix, qui veri nomen & omen habet.

In Bambalionem.

Babalus, Batalus. Bacelus.

Cum babalus, *simul &* batalus *sis, corde vel ore*
Bambatio, Bacelus *sic potes esse mihi.*

SOMNIA. OMNIA.

Omnes feret, ferenda qui fert omnia:
Nihil moratur, quem morantur omnia.
Scit multa, qui nescire se scit omnia.
Parum capit, quicunque captat omnia,
Nil, omne: multa, pauca: somnia omnia,
Non ego omnibus
Nec mihi
Omnes, omnia.
Soli Deo placere studeo,
Et bonis.

IVLII CÆSARIS SCALIgeri Logogriphi

AD PETRVM NATALEM.

ASpice quam dubia splendescunt luce tenebræ:
Quam nitet ambiguis decolor umbra notis.
Qui patris decus es non uno nomine cœli:
Qui potes in media nocte ciere diem.
Lusibus arrisit studiis immista seueris
Quæsita in medio grata labore quies.
Tu tibi cara reges fido vestigia filo,
Dum tenet ancipites semita flexa pedes.
Fallor? an his vltro aeriis abstrusa tenebris
Vltro turba volet Sole patere tuo?

Lectori.

Hos centum griphos quam paucis lusimus horis,
Dicere non ausim: malo tacere pudens.
Non credis? leuitas coget te credere rerum:
Nulla trahent longas, anxia dicta moras.
Hoc volui: reiecta fuit cunctatio prisca.
O pereant grauibus vina seuera modis!
Ludimus: hoc satis est: atq; inter pocula: nec sunt
Tam leuia vt nequeant addere sæpe moras.

Cabbala.

Ne tibi sint nugæ hæ. Quid enim ille superbit ineptus

Perq; manus tradit sapientis nomen inane?
Quo labyrintheis anfractibus omnia versat,
Accipe vtrumq; lubēs ergo, aut vtrumq; relinque.

GRIPHVS.

Iosepho Scaligero, Iul. F. auctore.

De nassa [a] medium [b] aufer: auem Palamede notante
Aspicies. Caput [c] aufer, vbi hanc veneris, habebis,
Hunc lege Pharmacopae, notam si reddis [d] anhelum:
Totus [e] in amne latet: caput absit, [f] non erit vsqua.

[*a* Nassa idem quod Griphus *b* Grus, aues Palamedis. *c* Rus. *d* Rhus Syriacum notum herbariæ rei peritis, si aspires. *e* γρῖφος integra vox est nassa *f* ρῖφος, vox nihil est.]

Mens.

Quod sibi nolebant parci licuisse Latini
Exibit, primo si vertice millia tollas:
Omnia si sunt hic, cur omnibus addita mille?

Ablato M, ENS: si est ens, omnia sunt: cur mille addunt, id est, M.

Saturnus.

Sat a fuerit, si non toto contentus abibis:
Siue [b] es, seu non es: cum ventre hunc exime [c] Ianus.
Æneas capite [d] exciso, corpus quoq; tollit:
Aufer colla [e], canet. Natos vorat [f] omnib. auctus.

a Sat.

[*a* Sat. *b* Satur. *c* Sanus. *d* Turnus. *e* Sturnus *f* Saturnus]

Puer.

Tolle [a] *caput, simile ætati tum tempus habebis:*
Nenia Pontani sine cauda [b] *protulit audax.*
Temporis at capite [c] *ablato præponere debes.*

[*a* Ver. *b* Pue. *c* Per præpositio.]

Mars.

Deme fero [a] *galeam: reteget placabilis* [b] *artem.*

[*a* Mars. *b* Ars, M ablato.]

Sol.

Non sobolem gignit, ne proles vstulet orbem:
At si multiplicans [a] *quis forte* [b] *exsibilet: illinc*
Continuo tunc si quid oles tute ipse videto.

[*a* Soles numero plurali. *b* S ablato, oles.]

Venus.

Alma Venus, nulla ipsa dolis satis apta nouandis
Se nudam ostendit, nec vult prætexere griphos.
Ast opifex rerum solus, qui est [a] *vnus, habebit.*

[*a* Vnus.]

Iupiter.

Qui iuuat, & pater est: vera est via [a] *recta beatis.*
Partiri [b] *nequit æquato discrimine. Mirum!*
Maiorem superat minor vt plus iudicat esse.

[*a* Iter. *b* quia Ter non sunt nisi tres literæ. Iupi numeri nullius vox est.

Mercurius.

Non tuus a *est, si sustineat talare Galerum.*
Solus b *erit, comitem sibi si trahat ipse Galerum.*
Ast caput, & medium, & comes ad vestigia iuncta c
Ædificant. Animal d, *sed fur, sine viscere fiet.*
Vltima quinq; obiens linquet dictator e *aratrum.*
Et tenui f *exemta currus vehet inde triumphos.*
Tum peditum ostendet g *seruum, modo tolle secundam.*
Exciso capite exsiliet fera h *barbaricus bos.*

(*a* Meus. *b* Merus. *c* Murus. *d* Mus. *e* Curius. *f* Curus, antiqui non geminabant. *g* Crus. *h* Vrus)

Lucina.

Si lucis præses, si partibus apta leuandis
Ventrem a *deponat, vulgato nomine nota est.*
Atq; vnum agnoscas demta b *ceruice: sed illum*
Redde tribus dehinc postremis c, *tibi lina parãtur.*
Adde priorem distis, ciuilia prælia miscet.

a Luna. *b* Vna. *c* Lina. *d* Cina.

Horæ.

Quo plures a *numero, numero inuenio esse minorẽ,*
Admictum b *secuit vanus quas verna Canope.*

(*a* Quia numeramus quæ abiere. *b* Quia aiunt Ægyptios ad mictum bouis in 24. secuisse.)

Dies.

Lux in se regem tenebrarum a *includit, at ipse*
Plenus opum fac b *hoc, ibi quod tu diceris esse.*

(*a* Dis. *b* Des.)

Nox.

Nox

Mater consilii, sedes veneranda quietis,
Obscura est adeo, nihil a ut cognoscere possis.
(a Non potest hinc elici griphus.)

Ignis.

Tu si in a me venias, ne fac, quod diceris in me.
(a Inis.)

Spiritus.

Da laudam superis cum ventre a, & ventre remoto,
Ne totus, quod ego sum sis, si negligis aras.
(Da thus a Deo, secundum b ritum, ne sis a irritus. Spiritus antiquis geminabatur.

Muscatum ex veteri ænigmate.

Quod currit, a caput est: vẽter dabit additus alas.
Graculus haud comedet sex membra c externa gulosus.
Deme caput, metuent tria d prima: at iungitur hostis e
Iunge extrema f epulis, acues sine ventre poetam,
Cui caput g ab sumas, sic sit, male qui sibi dicit.
At cum ventre caput h nil sunt nisi tædia vitæ.
(a Mus. b musca. c σκατόν. d mus catum metuet. e mus cum cato. f mustum. g vstum. h musca.)

Paulus.

Est tuba a totus: at hinc caput exime, tibia b fiet
Plus c videas, duo si demas quæ proxima prima.

Vlcera[d] *differcit tamen huic exemta secunda,*
Tertia[e] *si pereat, stantum sit gurges aquarum,*
Producas,[f] *viti fiet, quod Scipio*[g] *patri.*

[*a* Paulús. *b* αὐλὸς. *c* plus. *d* pus. *e* palus. *f* palus. *g* baculus.]

Purus.

Haud temere inuenias hominem, sic si integer[a] *exstet.*
At multum inuenies in vulnere, ventre[b] *remoto*
At caput[c] *exime, trux tantoq; ferocior, at si*
Græce vis, cauda[d] *ex toto reliqua est animali,*
Nec minus a tergo[e] *ventos spirare videbis.*
Totius me[f] *cauda tamen bene pascit in vrbe.*

[*a* Purus. *b* pus. *c* vrus. *d* οὖρος. *e* οὖρος. *f* rus.]

Mares.

Tu, nisi sibilat,[a] *aufuge, res est perfida. Mortem*
Abscissa ceruice[b] *ciet concentus Homeri.*
Torque[c] *os, cauda tubam: Caput eius*[d] *disiice, patrem*
Romulus ostendet summa de sede Quirinum.

[*a* Mare. *b* ἄρης. *c* Æs cum diphthongo. *d* Mars.

Paries ex antiquo concinnatum.

Cui mater[a] *fuit alta silex, lignumue, lutumue,*
Excisa ceruice,[b] *ferox ad pascua regnat.*
Ventre imo exsecto[c] *Spartanos tollit honores,*
At frustra & pes,[d] *& hic patriam*[e] *defendit ab hoste.*

[*a* Paries. *b* aries. *c* Paris. *d* pes. *e* Æs.

Auis.

Exemto medio, fit [a] *totum: & credere possis!*

[*a* As, id est, totum & solidum, veluti ex asse heres, hoc est in solidum, aut ex toto, vel in omnibus bonis.

Dapes antiquum concinnatum.

Quinque [a] *placent ori; sed quattuor* [b] *aera scindunt,*
Tres currunt, referunt murmura rauca [d] *duo.*

[*a* Dapes. *b* apes. *c* pes. *d* Æs.

Fœmina.

Linque [a] *caput, non stet mundi tibi machina tanti.*
Tolle, [b] *nec hanc valeat,* [c] *reliqua est, quæ sola superstes.*

[*a* Fœminæ caput pessimum. *b* mina. *c* minam non valet.

Senex.

Hoc est, [a] *quod voluit, quodque est nunc, esse recusat,*
Est non est, quod [b] *cauda trahit, sed sentiet illud.*

[*a* Senex. *b* nex.]

Anas.

Tota [a] *volat, tota & graditur, quin tota natabit,*
Irritata apicem [b] *imponat canis, haud volat, aufer*
Atq; hinc atq; illum qui iam fuit, ipse [c] *natabis.*
Quod si dimidium tibi forte superuenit [d] *usus,*
Obtura, tetros si quando incendis odores.

(*a* Anas. *b* ranas, R litera apposita. *c* nas. *d* vs- apposito, fit nasus.)

Iulius.

Principium a *mœstum finem dat legis amicum,*
Legifera Cereri totum b *dat carmen honestum.*
Multipedemque feram, c *quam signat imago biremis*
E paruo d *fermentatum mirabere nomen*
Crescere, maiori maiora e *hæc debita regno.*

(*a* ἰȣ. *b* Iulius mensis. *c* ἰȣλὸς. *d* ilus. *e* Iulius Cæsar.)

Cæsar.

Centum Thusca deos vno sub nomine vox dat.

Scaliger.

Quo scandas a *tu, quoque voles*, b *gerit vnus & idem.*

(*a* Scaliger. *b* aliger.)

Aqua.

Ista mihi Herculeus a *riualis nomina fecit,*
Ne iam Grammaticos raucos sequereris ineptus.

(*a* Achelous.

Pluuia.

Exedit ipsa a *sibi caudam* b *cibi improba ritu,*
Interiora tamen caudata c *impensius augent.*
Dulcia quæ succo vincunt meliore d *parentem.*

(*a* Pluuia. *b* viam. *c* vu cum cauda A, vua. *d* aquam.)

Ros.

Quo minus os habeat, *caput* a *impedit hoccine*
credis?
Hoc tamen abscisso, inuitus tunc ossa relinques.
(a R impedit, ne sit os.)

Herba.

Diua faue, hunc vterum a *vt deponat filia terra.*
(*a* B est vterus.)
Hera Fortuna apud Ennium.

Leo.

Non faciam, capite abscisso a *quod velle videris.*
(*a* Eo, hoc est, non ibo ad Leonem.)

Porcus.

Totum a *malo mihi si syncipit* b *absit, abesto.*
In cauda c *gessisse cutem non miror. At inde*
Absit summa d *cutis*, *magnum* e *dabit India re-*
gem.
Vel quod pro fracto f *officium dabit osse, vel illud*
Tyrtamus ad Parium quod marmor comparat olim,
Qui si vera canit, quis dicat marmora tofos?
Corripe, g *corporeos alios quoque tende meatus*
Illi deme caput. Niloticus exstat h *Apollo.*
Decolla, i *inuenies vbi pinguior exit in vrbem.*
(*a* Porcus. *b* orcus. *c* Cus. *d* C absit. *e* porus. *f* πῶρος. *g* πόρος. *h* ὦρος, siue orus. *i* rus vbi quercus pinguior.)

Vita.

Carcer delitiosus, & vndique dulce venenum,

Ipſa ſui fatorum, ac cœli parte priore a
Pulſa ruit, tituli b *notulam ſi exemerit, inde*
Oſtendit, quid ſit, nil ni via, tuq; viator.
(*a* Vi. *b* T. c. via.

Mors.

Omnia quæ perimit, nil de ſe gignere poſſit.

Caper.

Cornua a *mi, ſed ſi caput* b *aufers, dente nocebunt.*
(*a* Caper. *b* aper.

Bos.

Si caput abſcindas, non deerit, a *quod mihi deerit,*
Atq; ipſo, quod abeſt, quadraginta b *intus in vno.*
(*a* Os non deerit, quod deeſſe debuit capite abſciſſo. *b* dentes in ore.)

Piſcis.

Icere a *ſcis, & ſcis etiam fortaſſe ciere,*
Qui latet, hoc vtinam prauus tingare b *colore.*
Dimidio turris c *culmen* d *ſi imponis, es illud.*
(*a* Iſcis. ſcis. cis. *b* picis. *c* tur. *d* pis.)

Aer.

Lenior hoc toto, cauda eſt, ſi Græcia curret.
(*a* ἀὴρ ἦς. ver.

Lilium.

Candida a *perpetuis nunquam peritura ſub annis*
Sacra vides monumenta, polo demiſſa ſereno,
Quæ gentis capiunt ſibi nomen b *originis altæ.*
(*a* Lilium. *b* ilium.)

Del-

Delphin.

Has etiam videas humanæ sortis a *amicas*
Tyrrhenas acies, quæ per maria humida nando.
Armigeræ b *reginæ æquant momenta volandi.*
Germanus c *patriæ iungat si voce Latinam,*
Esse dabit primæ d *soboli quod Iuppiter ipse est.*

(*a* Delphines. *b* aquilæ. *c* helfen, id est, iuuare quasi Deus elf. *d* primogenitus Franciæ.)

Vua.

Haud temere illi acidis a *imitantur vitea sorbis,*
Nam solo afflatu b *veram dedit Æolus* c *vuam.*

(*a* Versus Vergilianus est, acidis imitantur vitea sorbis *b* ȣ̂α sorba sunt. *c* Æolica litera facit vuam.)

Fœnus.

Inuersa furca, a *dum Græci vina coronant,*
Inuisas b *faciunt, quas nesciuere,* c *calendas.*

(*a* Ⅎ οἶνος vinum. *b* fœnus inuisas facit calendas. ἕνη καὶ νέα. *c* Græci nomen Græcum nesciunt Calendarum.)

Patria.

Salue diuinum, sanctum, venerabile nomen,
Quæ vna a *tenet, multis magnum caput imposuisti.*
Quæque suo capiti b *nihilominus, & tria subsunt.*
Æquum ius serua, & paribus nos legibus auge.
Aut tu iusta crucem mediam interpone proteruis.

(*a* Atria plura continet vna ciuitas. *b* P. caput est. Tria subsunt. Serua nos inter paria, aut malignis interpone T crucem.

Francus.

Inuictis animis inuictas robore gentes
Seruos, ac seruas dura eripuere catena,
Bellacisq; gerunt in pectore [a] *nomina Regis.*
[*a* Ancus.]

Pan.

Cornibus imperium, atq; Dei suprema potestas,
Et cerebro designatur sapientia summa,
Ast oculis nitidi lucentia sydera mundi.
Fistula septenis rite hinc compacta cicutis,
Tot calamis, totidemq; sonis discriminat orbes,
Disparibusq; rotis dat decrescentia signa
Ignem pactus habet, florem & genitabilis aura,
Aluus aquam, brutaq; pedes molimine terra,
Totum [a] *est, amisso capite* [b] *an dubitare videris.*
[*a* πᾶν. *b* An.]

Vina.

Integra [a] *lætificant animos, mutilataq;* [b] *robur.*
Conueniunt igitur duo sic ciuilibus ausis.
Rustice tu caput [c] *adde tuum, ruet acta libido.*
[*a* Vina. *b* ἶνα. *c* ruina.]

Ouis.

Imbellis tota est, caput exime, vis erit illi.

Osculum.

Ex nitido, vt fœdo quod constat tradis amicæ!

Nauis.

Cum [a] *capite, & capite* [b] *amisso fert ocyor alas.*
Idq; habet in cauda, [c] *quod ouis quoque cauda reponit.*
[*a* Naulis. *b* auis. *c* vis.]

Hir-

Hirquus.

In canthis [a] *oculi est animal, sed non ibi natum,*
Quin neque eo intrauit, neque eo indugredi valet vnquam.
Et facit ambiguum carmen cœleste Maronis.

[a Commune animal & canthis oculorum ex Seruio. Facit igitur ambigues Grammaticos in versu Vergiliano.]

Lusus.

Quod nos [a] *hic facimus, si lucis summa* [b] *relinquat,*
Exercendo animum nec ludus inutilis esto,
Mactandumq; suem de se ipso [c] *promet ad aram.*

[a Lusus. b vsus. c sus.

Gallina.

Magnanimam [a] *gentem imbelli de pectore promit.*
Tantum posteriora [b] *piger tibi textor habeto,*
Quæ tamen vt sapida hæc lurco sibi prima [c] *putabit.*

[a Galli. b lina. c posteriora gallinæ.

Columbus.

As assusq; [a] *atq; elixus proponitur vnctis,*
Pars duo [b] *sunt assis non contemnenda trientes,*
Namq; hæc posterior, meliorq; priore, [c] *superbit.*

[a Totus columbus. b duæ syllabæ, lumbus. c lumbus, quam collum.]

Pauo.

Litibus ignotam tibi dat vox Græca [a] *quietem,*

Æoliam tollas, b *reliquum tibi pascua signat,*
Ast obtruncato c *tibi dat Carthago salutem.*

(*a* παύω quietem signat. *b* πάω, pasco. *c* auo in Pœnulo Plauti.)

Vacca.

Virginis a *o Volsci sociam spectate Camilli,*
Æolis b *vxorem quam ausi sunt iungere Tauro.*

(*a* Acca. *b* Æolicum est V. vacca.

Taurus.

Si simplex semel haud torto a *sit nomen ab ore,*
Corniger b *est fluuius, tum corniger* c *integer alter.*
Ne sim ego quod fluuius, quodque intus corniger alter,
Toto vbi pars d *maior, tum sane est ignea cauda.*
Damna e *accusatū, caput* f *abscindas, onera* g *me.*

(*a* Quia diphthongus torquet os, vt sit taurus *b* Taurus fluuius. *c* Taurus animal. *d* vrus, qui tauro maior est. & vox vstionem significat. *e* pone in accusatiuo Taurum. *f* aufer T. *g* auro.

Consul.

Rustice vis, quod scis, vel vis quidnam esse mereris?
Ex prothesi a *prothesin disiunge, atq; eiice, fiet.*

(*a* Quia eiicies Con: & disiunge per ex, & fiet exsul.

Roma.

Si crudum a *excipias elementum, crudior* b *exit,*
Nam pudet inuersa voce appellare c *boacam.*

a R cru-

(*a* R crudum elementum. *b* ἀμυχ. *c* non digna est, vt appelletur amor.)

Rosa.

Si breuis a *est, Veneris teneros aspirat amores,*
Tempus b *vbi accessit, cariem sensisse videbis,*
Ossea c *sunt intus cuncta intestina. sed illis*
Exemtis d *purgare potest, si spiritus adsit,*
Si sine vertice e *erit, merita est conuitia coniux.*

(*a* Rosa correpta, flos. *b* Rosa producta, a rodendo, cariem sumit & ludit: quia tempore procedente, cariosa fuit rosa vetus. *c* os. *d* rha. *e* osa.)

Barbarus.

Ante bipennigeros duro sub consule fasces
Exsilio expulerat a *me Græcia sola superbo,*
Hoc ius post rapuit victor Romanus Achæis,
Rureq; b *mulctatus tum demisi mihi* c *barbam,*
Quæ media d *exsecta, Lucæ bouis horrida vox est,*
Quod reliquum est, radas; illi tunc sarcinæ e *restat.*

(*a* Barbarus. *b* rus. *c* barba, *d* barrus. *e* βάρος.)

Mel.

Infinita Dei pauxillo a *in nomine vis est:*
Vltimus b *at numerus diuinum nomen adunxit.*

(*a* El. Hebr. Deus. *b* M.)

Facies & vultus.

Hæc vnum duo sunt, muto vnũ est, altera perstat,
Intrunca a *est acies, in trunco* b *est vltio trunci.*

(*a* facie, acies. *b* vultu, vltus.)

Pomum.

Grammatici de me temere rixantur inepti,
Nos quibus elusis domitum a modico igne voramus.
Quin cocto caput b aufer, erunt reliqua omnia cruda.
Pectore c detracto, mediiq; abdomine ventris,
Belgica dat puerum tumidis Brabantia buccis.
Vltima in Arabia d propolim dat cauda e Melissa.

[*a* Pomum. *b* ὠμὸν. *c* pum. *d* Arabes propropolim vocant mum. *e* apis.]

Castanea.

Si sequeris a nomen, quod dat Prouincia ciui
Æquoreo, mirum tegitur sub nomine b monstrum,
Arma pedes, totum caput est, cœli c æmula gyris.
Non pedibus digiti, non dissita crušcula nodis.
Grallator sic ingreditur, Scythica d & fera, vt aiunt.
Si nomen e verum est, sum casta f iuuencula virgo,
Nec cœlum is velut, at fulmen crepitu æmulor atrum.

[*a* Castanea marina. *b* echinus. *c* quia rotatim ambulat. *d* machlia. *e* castanea nux. *f* casta via.]

Oua.

Terrigenis & pontigenis non denegat aer;
Singula sunt illis, pene infinita sed a illis.
Est animal, b non est, intus c stat vita cibusq;,
Sunt etiam sine patre satis d concepta Fauonii.

Quid?

Quid? quod matre satum, non fertur e filius eius?
Littera Græcula si desit, fit dictio,f Græca.
[a Piscibus. b ouum. c vitellum & albumen. d ὑπονέμια e quia ouum est æquiuocum cum gallina. f ὠά.]

Turtur.

Quod nomen a signare potest, sub tegmine falso
Non colo, quas trepidi b fratres, trepidaq; sorores.
Sum minor, at triplex culmen c pro corpore porto.
[a a turribus. b columbi turres. c Tur apex est turris.]

Intellectus.

Qui paucis datus est, omnes sed habere putant se:
Dimidium a tollit, quod toto significatur.
[a Lectus, id est, somnus, habetur.]

Cultellus.

Officio nostro a poteris exponere terram.
Ne iungas caput b ad caudam, prohiberis ab illa.
[a Secundo nomen erit Tellus. b Culus.]

Fumus.

Patri a dissimilis sum, oculis inimicus acerbis.
Corripe, b dilataq; tuum paulisper hiatum.
Et fac iusta c patri: Tum qui matre, & patre a nullo est.
Cum cauda e cauda exibit fur incola cella.
[a Igni. b humus. c humato. d mus.

Fellis.

Qui cum nomen habet commune celerrima vilis,
Dente a *mouet lites, cauda* b *quoque signat easdem.*

(*a* Fel. *b* lis.)

Nemo.

Nemo negat a *se emere, vt quisquis vult* b *vendere ve li.*
Augarii c *comes est, si currat more* d *diauli.*

(*a* Nemo est, neemo, non nemo, & non homo ita iussit, quia nullus dixit. *b* non emo, si vili prostet. *c* omen. *d* διαύλου δρόμους.)

Doletus.

Totũ promittit, tum operam, a *tũ munera truncis.*
At fraus b *dira subest; ne vel cum pignore credas.*
Prima tibi frons c *læta, necis vestigia cauda,*
Si accuses d *nequam, namq; est homicida, caput q;*
Amittet. Capite amisso, tum deuoret ille.

(*a* Dolare. *b* dolus. *c* do. *d* in accusatiuo. *e* oletum.)

Seruus.

Sum Gallis a *bipes, & quadrupes: comedo comedoreq;*
Quod si me accuses, caput b *aufer, me ipse vorabo.*

(*a* Quia Galli eodem modo pronunciant, seruus & ceruus. *b* eruum.)

Manus.

Cum caput a *est demtum, illa duos nos semper habebit,*
Quæ repræsentat rem tetro b *nomine spurcam.*

Millia

nem,
Vnum idem est veri princeps, & pn[illegible]
(*a ἄελφοι τέλος.*)

Furnus.

Integrum vt reuomam, integrum sic deuoro panē,
Vincla a *thori nequeo, nisi truncus,* b *ferre iugalis,*
Nec concors. Ignes gero mi, sibi flumina coniux.
(*a* Sexum. *b* Furna diceretur, sed non dicitur, nisi trunca vrna.)

Porcella.

Quæ me olim integrum genitrix a *gestauit in al-*
uo, b
Parte mei c *extrema dissectam in pondera condit.*
Tu fac sulcum d *in ea, nomen commune videbis.*
(*a* Porca. *b* Cella. *c* succidia. *d* Ell exemto, fit porca, nomen commune scrofæ & sulcis.)

Scrofa.

... ctor ... nditor urbis.

... na lumborum. *c* Ilia Romuli mater.)

Vlua.

Sum ſoror algæ ſaligena, dulciq; ſapore,
Æoles a infamem mundo fecere Mephitim.
(*a* Vulua, addito ſcilicet vau Æolico.

Facies.

Sex ſumus, a atque unum, & variis ſub partibus exſtat.
Multo maior b vis in vi, numeroq; minore.
Atque in ea verbum c inde minax, mage ſi minuatur.
Sic, d verbum antiquum, e quod nunc ipſo exſulat uſu.
Et verbum, f præ quo non ſunt tibi cætera turba.
(*a* Sex elementa. *b* acie. acies. *d* id eſt, ſi adhuc minatur. *e* ies, quod exoleuit. *f* es.

Iuno.

To

Alte

Vtra

(*a* l

Iunon

uit vtra

Mirum, quae ex

Ex se ipsa a nullam penitus renouare

(*a* Quia aliæ voces ex ea nequeant e

Maledicus.

Arrabicum a *articulum si tu post millia demas,*
Fies, quod pauci, fies, ex pluribus b *omnes.*
Si Ægyptum [c] *Græcam; aut arcum fugat,* [d] *Æolus;* ill*o* e
Deterius fiet, quod iam signarat aperte.

(*a* Post M. Al. fit Medicus. *b* medicus, quia omnes esse volunt medici. Plures autem sunt maledici. *c* Δ *d* digamma si expellat D. fit maleficus. *e* veteri, maledico, quod prima voce designabat)

Auris.

Principium, a quo nunc audis, si su
Atque alium b *Græcus mut*
sum.

ie,

udax.

quomo-
dem carere
plus addito sibi-
tum illud plus, quam dimidium al-
vna litera, via. *e* si desit vox puerilis, id est,
pueris peculiaris est, fit puuia, at puuire
est verberare, vnde pueri, ex Festo.)

Poeta.

Tuneq; si cogas abscisso vertice a vires,
Tum valeas reliquum pondus bene ferre Poeta.
(*a* Quia diuisæ sunt vocales in Poeta, & vnitæ in œta)

Stultus.

Tstum odere dei, sapientes quippe Catiq;,
atum capite acriter vlciscuntur.
a Verre cumulauit acerram.
ro non thus a suffitu, sed tus a

lus

Peste

Plus satis

Aptius

Non fru
Omnipoten
[a C. fit ca

Palma.

Victor [a] *idem quod habet, nimius cap*
poris,
Et caput [b] *abscindit, quo res sit tutior alma.*
Qua voce inflatus male litigat acer [c] *Hebraeus.*

{a Quia habet palmam manu. b Alma. c quia Hebraei pessimi in Italia litigăt super Alma, nos dicimus virginem; illi mulierem.

EPILOGVS.

Vina aperte sine Ænigmate petenda.

Hac hilaris centum tenebrosa epigramma
Tetrica dum lapidis soluimus or
Hoc triduo, cum cedit hyems *is,*
Et zephyri verna spirat ab arce tepor;
Fudimus. Ille etiam menti calor excidit audax,
Praecipiti ut ruerem carmina rapta manu.

ris,
o.
agros,
ncipium deserit omne mali.
aciem deturba Solis, vbiq;
ncies hominum, perniciesq; soli est.
Nil si bile sua cedit canis ira, videtur
Gratius esse homini, gratius esse Deo.
A ceruice caput totius corporis aufer,
Terrarum grauior non patet orbe locus.

II.

Naue Promethides enatans montis ad adem
Deucalioneas me duce vicit aquas.
onti nomen facti memor indidit, esset
dio vindex vt pietatis honos.
Con Latios partesq; fouere,
Ve me quoque qui merito.
Et ver accedens, & brumam prodo recessu,
Nam tempestates vito quietis amans.

Quaere

Si v

Stri

Noctua si v

Annulum,

Accedet ratio, qu

Et fiet septem,

A far

Mes

Contr

Q

Tu

...arvus,
...quos.

...m,

...o:

...s,

Sublimem
Et tristis
Exudi...
Æth...
F...
Vrban...
Placo dec...
Altera
Principium
Cernis
Displice
Hospit...

Porrigo dis...
Quos...
Tertia cu...
Impri...
Succedat...
Alth...

LO

Æ ...
Ex step...
Indiciu...
vt p...
Luna f...
Im...
Ira can...
Obseru...

Sublimem lenem in fum...
Et tristis ...
E medio ...
Æth...
Festinant...
Vibrans...
Placo deos, ade...
Altera uo...
Principium stri...
Cernis...
Displice...
Hospitium...

Porrigo distribu...
Quos tepidos gen...
Tertia cum medio...
Imperio supero...
Succedat prego...
Altitho surgens quat...

ria

ra

et igne focum.

uit.

a fuit:
Gyarumque re-

ote:
nec ather

nda, quod

ogogriphi.

OZÆ

Lucretia.

S

Sun
L
RE

S

CR

Sunt amen
Nili

Ver, ius cu
Ius

Ver qu
Ius re
Ver
Ius in
Ver

Di

Esse
S

...rū

...n

...r.

...quare-

...ather

...a, quod

...i.

E

S

Sin...
I...
RE...

S...

CI...

Sunt amen...
Nilk...

Ver, ius cur...
Ius das...

Ver qu...
Ius re...
Ver n...
Ius in...
Ver n...

Di...

Esse...

...esset
...ci.
...a.
...ent
...endi
...isca puta-
...nob
...est
...ate
...est.
CON-

L...

Sira iosi...
Litigi...
Aptius h...
Qui...
P...

Qui fit,...
Omne q...
Matrim...
Muneri...
Matrim...
Matris...

Dixeru...
Hinc...
Quam f...
Cuir...
Multa a...
Nam...

Qua tib...
Nam...
Qui tibi...
Nam...
Sic Rex...
Sed q...

CONIVGIVM.

Si ra[illegible]iosa suo cum coniuge litigat uxor:
Litigiumq; simul coniugiumq; locat:
Aptius hic poterat coniurgia dicere nobis:
Qui voluit quondam dicere coniugia.

PATRIMONIVM MATRIMONIVM.

Qui fit, ut patrimonium Latinus,
Omne quod pater in bonis habebat,
Matrimonia nuptias vocauit?
Muneris patrii domesticas res:
Matrimonia sic reor vocata,
Matris munia quod putaret esse.

VINVM.

Dixerunt lignum, domus, & quo vinea constat:
Hinc ligni iuncti formula prisca fuit.
Quam pulcre Iuris vetus id prudentia cauit,
Cui ratio vini, non secus atq; domus.
Multa domus nobis, sed profert vinea plura:
Namque domus vita est, vinea pars animæ.

LEX. REX.

Quæ tibi Lex, Rex est, [illegible]tera mollior exit:
Nam Regale magis Lege quid esse potest?
Qui tibi Rex, itidem mutetur littera, Lex est:
Nam legale magis Rege quid esse potest?
Sic Rex in Lege est: sic Lex in Rege reposta:
Sed qui Rex, Lex est asperiore nota.

Et cur id? Regi nimirum quod placet, istud
Omnino legis robur habere graue est.
Imperium quod si legum moderetur habenis,
Et Rex, & molli Rex erit ore suis.

*

Non Lex non placitum, non iudex, præmia pœna.
Antiquo retinent vulgus in officio:
Censuram nisi Rex propriis de moribus edat:
Lex, placitum, iudex, præmia, pœna nihil.

VVLGVS.

Bellua multorum capitum quia creditur esse:
Nullum ego crediderim vulgus habere caput.

LEX SALICA.

Lex Salica a Saliis assumsit nomen & omen
Nam Salios, Francos prodidit historia.
Ergo qui Salicam vult a Sale nomen habere,
Huic, peream, si sit mica vel vlla salis.

LVTETIA PARISIORVM.

Quæ dicta est olim Lutetia Parisiorum,
Nominat hanc vulgo dictio Galla, Paris.
Si tamen hanc Latio vertas anagrammate vocem:
Quæ tibi Galla Paris dicitur, ecce Rapis.
Ergo Parisiis ex rapto viuitur, estque
Galliæ Metropoli præda pudenda suæ.
Immo quod a Paride transumsit nomen & omen,
Hic quoque Priamides, cogit amare Paris.

Sed Rapere a Latio, non Gallo sumsit: eo quod
Si rapitur, nobis hoc dedit Italia.
Scire voles igitur quid agat Lutetia? amare
Gallo more docet, sed rapit Italico.

COR. CAPVT. CORPVS. RVS.

Cum Corpus capite, & caput cerebro,
Inter cetera membra nostra constet:
Et sedes cerebrum putetur esse
Mentis, iudicii æstimationis:
Qui fit, quod veteres putent in ipso
Corde sistere cogitationes?
Quod & pagina sacra iudicauit:
Et cum se meminisse ait Latinus,
Verbo a corde dato, Recordor inquit:
Et dum se memorem esse velle iactat,
Per cor discere Gallicanus vsus
Dicit significantiore voce.
Cordatum quoque corculumq; nobis
Olim pro sapiente prædicarunt:
Et vecordem itidem virum Latini
Pro bardo & stupido. An quod hi putarent
Cor nostrum Sophiæ domum esse solum?
At immo hoc ita credo dictitatum,
Inductos & in hanc opinionem
Nostros & Latios viros fuisse,
Quod si a corpore demseris Cor ipsum
Nil nisi saniem, exscreationem,
In summa nisi Pus tibi relinques,

IVS. NON IVS,

Si quod decreuit Prætor, ciuilia iura,
Quamuis iniustum, ius tamen esse volunt:
Nec ius iustitia metimur: quam male leges
Heu dubiæ, rebus consuluere malis.
Nam duce natura certum sibi bellua fixit:
Solus in incerto iure vagatur homo.

AMOR. CHAOS.

Ergo Chaos densum rupisse putemus amorem,
Qui nihil est, aut est nil nisi triste Chaos?
Spes, timor, ira, preces, bellum, pax, gaudia, luctus,
Et lacrymæ, & risus sunt in Amore simul.
Afficit his animum spectris male sanus Amator:
Nec quid amet, nouit prodigiosus Amor:
Odit amans etenim, quod amat, quod & odit, amabit.
Istud nonne potes iure vocare Chaos?
Quid? quod Roma, Maro, Ramo, Mora, quid quod & Armo,
Dissona quæque suo nomine gestat Amor?
Scilicet vt vani Chaos est effectus Amoris:
Sic Chaos implicitum nomen Amoris habet.

TVLLIVS. TILLIVS.

Dicite Tillius hac iaceat, an Tullius vrna,
Namq; hic sæpe nota labor in ancipiti?
Nec tamen id temere. quod enim fuit ille Latinis
Eloquio, nostris hic fuit historia.

CANAIVS. CAIVS.

Canaium dixi, volui qui dicere Caium,
Longius vt nomen, grandius ingenium.

CENOTAPHIVM.

Quis iacet hic? Nullus; nec quid nisi marmor inane
Quamuis sis aliquid, tu quoq; nullus eris.

SEPVLCRVM. PVLCRVM.

Tolle caput, quin & pulcrum si demseris abs se:
Quod reliqui tamen est, pulcrum restabit eidem.
Omnis ad hoc vergit iuuenumq; senumq; propago:
Nec quidquam est, quod tam timeant iuuenesque senesq;.
Et cum tam varie pulcrũ, mirabile dictu,
Nil rerum natura parens informius odit?

IOACH. CAMERARII.

S *Anguis, & annulus, & superaddita norma,*
O *quod vsquam*
L *Est rerum, his vitam tribuunt, augentq; tributam.*

CAROLI VTENHOVII LOGOGRIphi siue allusiones nominum.

DE IANO DVSA.

Medusa. Musa.

Mater equi volucris, mutilata parte, Poeta
Hoc tibi cognomen Dusa Medusa dedit.
Iudice Me quod Dusa nihil mellite Medusa,
Dusa, Medusaea gloria fontis, habes:
Quam quod es illius rarissima gloria fontis
Vnde Medusaeum fons quoque nomen habet.

IANI DOVZÆ NORDOVICIS Logogriphis similes allusiones.

FERNANDVS.

Et rigidum & dirum, cui litera mixta canina est,
Nil prater ferrum quod sonet, & chalybem:
Hoc tu nomen habes: non quod Fernande, bonoris
Ferramentorum mens studiosa tibi est.
Sed quia, praterquam totus quod ferreus ipse es
Nomine ne dicam, durior alba tuo:
Aurea te fugiunt viso modo secula: qua tu
Protinus in ferrum vertis, & in chalybem.
Vtque olim Phygius Rex aurea, sic potes & tu
Ferrea contactu reddere quaque tuo.

MARQVE DE CORIA.

Marchio de Coria scribi cupis hoc ne Latinum,
Aut dignum nostris auribus esse putas.
Non est, crede mihi: nec belle dicitur vsque:
Sit licet, Alba tuum hoc Marchio de Coria,
Errasti, sed litteralis Fernande duobus:
Pro quibus hanc mulctam dicit Apollo tibi.
Marchio qui Coria f[...]eras, vt Marsia fias,
Vtque tuo fiat de corio corium.

PAVLI MELISSI.

Ad Vitum Politum. Die Viti, nugę.

Vite, apprima vide, ne vite aut reste ligeris:
Dum Viti inuiti lux malefica venit.
Elige, vtrum malis, testem pro reste requires,
Aut pro vite fidem, nec sine lite, petes.
Victima pro vita nihil est, vitulam nisi vites,
Qua longes soles nudus arare soles.

Luce igitur Viti, vitulum dato Vite: vel hic te
Destituet testis, destituetque fides.

SEBASTIANI SCHEFERI.

Cura κύρα.

Cura tot ac tantos gignit Romana dolores.
Graia lætitiam sed mihi cura parit.
Dum tamen Argolica cupio leuitate potiri:
Ferre meo Latiæ pectore cogor onus.
Expositum tristi cor idem sit in omnia curæ
Tempora: sim curæ dummodo Cura tibi.

Aulicus. Caulicus.

Aulice Linacri te Caulice pace vocabo:
Nam cunas habuit caula, nec aula, tuas.

Rosa. Viola.

Cur roseas mittis Pastana Rosina corollas?
Rodar vt ipse rubris o generosa rosis.
Vt seris violere meis violentius ardens,
Nempe tibi violas o violenta feram.

Malum.

Hippomenes quali cepit Schœnida poma:
Cydippes niveæ quale tulere manus:
Blanda suum quali Galatea petebat amantem:
Aut vir ab Hesperio quale dracone tulit:
Tradere debueras etiam mihi tale. Sed offers,
Putre quis effectus muneris huius erit?
Malo malo malo vesci, quam figere malis
Oscula morosæ virginis vda malis.

ALAVDÆ.

Nobile vocales a laude videntur Alaudæ
Nomen habere, Deum qua super astra vehunt.

NATHANIS CHYTRÆI.

Pecunia. Pecuina.

Quod pecudum inducat pecuina Pecunia mores:
An brutum a bruto nomen habet pecore:

CAROL. VTENHOVIVS

In Lullium Alchumistam.

Dum lapidem, Lulli, quæris, quem quærere nulli
Profuit, haud Lullus, sed mihi Nullus eris.

*

In eundem.

Tullius Ausoniæ linguæ reparauit honorem:
Lullius hunc pretii nullius esse facit.

Alchumia.

Mercurius donis ditare solet Salomonis:
Ars est digna legi, lectaq; digna tegi,

ἄδηλον.

Est & est.

Qui semel est, Deus est: bis, homo: sed bestia, qui ter:
Dæmon, qui quater est: qui sæpius, est sua mater.

FRIDERICI TAVBMANNI.

Barbara.

Ad Ioan. Specnerum.

Scire voles, nostra fruticent quo germine mala,
Queique marem mulier dignoscat? reiice caudam.

Reie-

Reiecta cauda propone extrema priorum,
Est vbi sacrufices, vel ara mihi rusticus agrum.
Totius tria prima vide, stat filius Ebri.
Inuerte hæc, poteris Germano prodere coruum.
Tolle caput, ventrique suum distringe tumorem.
Rara auis exibit, quam nolo dicere, quando
Iunius id fecit. Iam tandem collige totum
BARBARA fit, qualem Specneri cernis in vlnis.

CONRADI BREDEBACHII.

Æquum. Equus.

Non ideo gaudebis equo, si feceris æquum,
Æquum qui faciunt, his male currit equus.
Æqui hostes vectantur equis, pedes ambulat equus,
An spernas æquum, ne tibi desit equus?

P. Paganus F.

CORNIX.

Nix.

Res volat in syluis, nigro vestita colore:
Si caput abstuleris, res erit alba nimis.

*

S[illegible]des.

Si qua sede sedes, & ea est tibi commoda sedes:
Illa sede sede, nec ab ista sede recede.

MVSCATVM.

Mus. Musca. Muscatum. Mustum.

Si caput est, erit: ventrem coniunge, volabit:
Adde pedes comedes: & sine ventre bibes.

LVDOVICI AREOSTI.

De Veronica virgine.

Es Veronica ne? an potius vere unica? quæ me
Vris, quæ mihi me tam cito surpueris.
Vnica nimirum cui sola est forma decusq;,
Gratiaque, & quantum est & salis, & Veneris:
Quæq; simul casta es, simul es pulcerrima sola,
O sola, o vero nomine digna tuo!

Aue. Salutem.

Mitto tibi nauem prora puppiq; carentem,
Mitto tibi metulas, erige, si dubitas.

*

Dictio scindit aquas, resecesfrontem aera findet,
Tolle caput, ruri non locus ullus erit.

CVRSVS. Cur sus.
Vrsus. Sus.

Dictio lassat equum, mel diligit, abstrahe primum.
Tolle duos, socium fit sibi dulce lutum.

Alpes. Apes.

Sunt montes celsi, si litt[illegible] demitur una,
Viuunt, iamq; volan[illegible] ædificantq; tibi.

Castanea.

Arbor inest syluis, quæ scribitur octo figuris,
Eine tribus demtis, vix unam e[illegible]ille videbis.

In Curionem vere Dromon[illegible]em.

Non

Non venit a cura, quæ nulla est, Curio, nomen:
A curro melius Currio dictus erit.

THEODORI BEZÆ.

Clauus Clauis.

Magna inter Clauum & Clauem concordia vocum:
Sed maior in re affinitas:
Clausa aperit Clauis, penetrat quæq; obuia Clau⁹:
Magno illa, magno hæc vsui.
Sic quot transfossus Clauis palmasque manusq;
Est Christus olim pensilis:
Ecce patet misero totidem ceu Clauibus orbi
Reserata cœli regia.

GEORGII CAROLIDÆ.

Malum Medicum.

Planus iners, Chiron medica doctissimus arte,
Curabant ægrum dispare sorte senem.
Scribebat Chiron, faciebat pharmaca Planus:
Pro vetulo Chiron, Planus et in pretium.
De medico malo fieri vult pharmaca Chiron:
At Planus medicum se putat esse malum.
Et fugit, & fugiens risum mouet: illico Chiron
Re dicta, risu curat agitq; senem.
Sic sese indicio Plani ignorantia prodit:
Sic sceleris semper conscia corda pauent.

ANONYMI.

Iustitia. Ius. Vis.

Dic mihi quid quæso toto iam regnat in orbe,
Dic tribus hoc verbis, litterulisq; tribus
Resp. *Non verbis tribus, ast vna respondeo voce:*
Ius, vel transpositis, Vis, male litterulis.
Ius & vis apices, paruo discrimine distant:
Ius nunc mundus habet, vim quia semper habet.

*

Cui vis est, ius non metuit: ius obruitur vi.

MATTHÆI GORINGII.

CÆSARIVS.

Quando pedem capiti postremum iungis, in orbe
Reginam cunctis quæ dominatur, habes.
Hæc si iura tua dederit, regnarit in aula:
In quouis semper te comitata loco:
Et fronti pectus, ventri quoque iunxeris ambo
Crura, his transactis dic mihi, qualis eris?

Musica Augustini.

Non vox sed votum: non musica chordula, sed cor:
Non clamor, sed amor clangit in aure Dei.

Medicus. Mendicus.

Dicis te Medicum: nos te plus esse fatemur:
Vna tibi plus est littera, quam Medico.

Fragilitas vitæ humanæ M. Lutheri.

Dat vitrum vitro Iona vitrum ipse Lutherus
Vt fragili vitro similem se noscat vterque.

Mane

*

Mane virens flos est: cinis est sub vespere, vita:
Fide, cinis rursus flos generosus erit.

*

Mors. Vita.

Frigida mors vitam, mortem rapit altera vita:
Mors vana vitæ finis, origo bonæ.

DOMINVS.

Do-minus.

Omnia credenti Dominus dat rite petenti:
Omnia dat Dominus: non habet inde minus.

*

Omnia des cupido: sua non perit inde cupido:
Tu nihil es, nisi des, ergo des: respice cui des.

DVX.

Duc me: nec sine me duci, Deus optime, per me:
Me duce damna fero: te duce magna gero.

*

Docto crede duci, si vis ab eo bene duci:
Nomen habeto Ducis, si militiam bene ducis.

LEPVS. LEPOS.

In niuibus lepores, in verbis quære lepores:
In syluis cuculos, in claustris quære cuculos.

VENVS. ÆS.

Lauta domus Veneris: sub quam si veneris, aris
Plenus, & haud dederis, inde repulsus eris.

*

Quid facies, facies Veneris cum veneris ante:
Ne sedeas, sed eas, ne pereas per eas.

*

Æris servus eris, si te species trahat æris:
Æri cur hæres? cras æris non eris heres.

*

Cum miser iste venit? nummis hæc fœmina venit:
De re, quæ venit, gratia nulla nulla venit.

*

Si tibi deficit as, miser es, prapinguia non es:
Post res egestas, multos comitatur egestas,

*

Stans mola: surda nola: sterilis vola: stans schola sola:
Quattuor hæc dominis non placuere suis.

Eine Mühle ohne Gang/
Eine Schelle ohne Klang/
Ein Hand ohne Gaben/
Ein Schul ohn Knaben/
Da kan man nicht viel liebs zu haben.

*

Vt pyra non noceant, extra mundentur & intra:
Mox immerge sali: proiice deinde foras.

*

Dum pyra manducas, pro consuetudine ducas,
Vt citius potes, quicquid habere potes.

*

Nux asinus, mulier simili sunt lege ligati:
Hæc tria nil rectum faciunt, si verbera cessent.

*

Latrat in æde Canis: nat in æquore, fulget in astris.

*

Cantat hirudo:
Floret Arundo:
Natat hirundo.

*

Cana Galilææ.

IOACH. MEISTERVS.

Cana sonat calamum: celebrat connubia Cana,
Et thalami & cœtus, Christe, tuus calami.
Perflant vt calamos venti, franguntq; feruntq;,
Sic sua Christigenis, estq; procella thoris.

ἀσηλοι.

Dum pario, pereo: sed cum tibi pareo Christe,
Cœlica sunt per te regna parata mihi.

*

Damna fleo rerum, sed plus fleo damna dierum,
Quisque potest rebus succurrere, nemo diebus.

Dapes.

Quinque [a] *cibant, bis bina* [b] *volant, tria* [c] *stant, duo* [d] *pulsant.*

[*a* Dapes. *b* Apes. *c* Pes. *d* Æs.]

Cor.

Dimidium sphæræ sphæram, cum principe Romæ,
Postulat a nobis conditor ipse Deus.

Idem.

Redde Deo mediam Lunam, Solem, canis iram.

*

SOL.

Anguis & annulus, & superaddita norma, quod vsquam,
Est rerum, his vitam tribuunt, augentque tributam.

Anguis. Sanguis.

Qu an di tri fu stra
os guis rus sti de nere uit,
H san mi Chri vul la

Aliter.

Anguis peccatum & mort[em] generauit in horto:
Sanguis iustitiam & vitam [p]parauit in ara.

Aranea. Murus.

Si tibi Christus adest, tibi fi[e]t ar[a]nea murus:
Si tibi Christus abest, tibi mur[us a]ranea fiet.

Mel.

Vox quædam ruris tribus [a] *est conscri[pta] figuris:*

Fronte

Fronte Deum demta b *signant: aluoq; remota,*
Millia c *præcedunt; sed quinquaginta supersunt.*
Quæ tu si demas, certum d *pronomen habebis.*
(a Mel. b Et Hebræus Deus. c M.L d Me.)

Dux.

Qui de quingentis, de quinq; decemq; fit vnus:
Ille meis precibus dignum poterit dare munus.

Griphus Arithmeticus.

Ter tria sunt septem: septem sex: sex queq; tres sunt:
Quattuor octo dant: quatuor septem tibi donant:
Hæc numeres recte; facient tibi millia quinq;.

Griphus Musicus.

VT RElevet MIserum FAtum SOLitosque LAbores
Æui: sit dulcis Musica noster amor.

*

Virtus  *cat.*
vt Sol mi

Carmen Cantabile.

Cælius.

Ex minimis, vitium, cœlum, modulamina, castra
Venit, alit, penetrat, mitigat, exsuperat.
Seditio requies, oratio, cœna fauilla

Maxima, Longa, Breuis, Semibreuis, Minima.

Gryphus Musicus.

Lætitia, & vina, & ira

Crede mihi ista tria bene sunt cantoribus apta.

Lang frölich / Wein gnug / kurtzen Zorn
Haben artige Singer außerkorn.

Griphus Musicus & Astronomicus.

In ♂tis ♀risq; acie esse voluptas
Fertur: crux luxuries.

Quod ita legendum.

In Martis Venerisq; acie breuis esse voluptas
Fertur: crux maior: maxima luxuries.

Griphus Geometricus.

Deus.

Sphæra immobilis, cuius centrum est vbiq; circumferentia vero nusquam.

Griphus Anatomicus.

En! quid superbis, terra & cinis inter excrementa natus cinis.

Griphus Theologicus ex Chrysostomo.

Si publicanus es, potes fieri Euangelista: a
Si persecutor es, potes fieri Apostolus: b
Si latro es, potes fieri colonus Paradisi. c

a Mar-

(*a* Matthæus. *b* Paulus ex Saulo. *c* Latro in cruce pœnitens.

Mirum de Deo.

Deus altus est, si te extollis, fugit a te: si te deprimis, venit ad te.

Griphus Arithmeticus, sed Theologicus.

Non Rhetorice, sed Arithmetice orandum est: vt qui per ADDItionem peccatorum Deum multipliciter offendimus, & pœnas diuinas MVLTIPLICAuimus: credamus per DIVISIOnem sanguinis Christi, nobis SVBTRAHI omnes REGVLAS FALSI.

In Nostradamum Mathematicum.

Nostradamus, dum verba damus; quia fallere nostrum est
Et cum verba damus, nil nisi nostra damus.

Ceterum ad Ænigmata & Griphos non incommode referri poterunt Grammaticorum illæ cruces vulgatæ, ob constructionis difficultatem, aut vocum ambiguitatem nobis quoq; pueris agitatæ in Scholis.

Sunt oculis clari qui cernis sydera tanquam.
Oua hodie præstant quos dat lux crastina pullis.
Mea pater in syluas, filium tuum lupus est.
Non licet asse mihi, qui me non asse licetur.
Filia sub tilia mea net subtilia fila.
Tu canis es, canis & de canis, cane Decane.
De cane decano. cane Decane cane.

Cane Decane cane, far mole molle mola.
Et si tu bene vis vade vadare vadis.
Fronte caput celebrent viridanti fronde sed arbor.
Deuorat os oris, quicquid lucratur os ossis.
Grandes fac torres, cum cruda cibaria torres.

LOGOGRIPHI.

HERMANNI KIRCHNERI P. Cæsarei.

MAVRITIVS AGNES.

ADde tuam galeam, Mauriti Martie, sponsæ:
Gemma tuam mẽtem fortior illa trahet.
Pectoris in medio calor est merus; iuris ibidem:
Sentit casta graues has tua costa faces.
Vi petit abiecta te amplecti sponse, virago,
Illo Mauritius more Maritus erit.
Vi simul abiecta, Mauriti, Martius esto,
Vt grauiore ferit qui leuiore furit.
Galeam) M Gemma) Magnes. In medio) vrit Vi abiecta) I. Vocali V ex prima & I ex penultima syllaba fit Maritus: vel I ex antepen: fit Martius.

IOHAN. PISTORII TRIBV-riensis. I. V. D.

IOANNES.

Crista canit veterem solemni voce triumphum,
Teutonicæ, resequens quam notat aluus, auis.
Iuris habet vigilem tua autem vigilantia testem:
Vix etiam pompæ congruit illa tua.

Pallas

Pallas vt e capite est, capite hoc ita virgo resultat
Quæ placuit magno iuncta per oscla Ioui.
Vt placet illa Ioui, placeat Themis aurea virgo
Principibus, studium qui coluere tuum.
Illa Iouis lateri velut alto proxima sedit,
Principibus sedeas virginis arte tua.
Iunge Iouis vaccam postrema parte volucri,
In Græca violam valle puella leget.
Accipe te dignum, iuris flos martie, florem:
Laus vigeat, violis inuiolata tuis.
Iunge caput caudæ referet coniunctio gentem,
Fallor an in lingua semina gentis habes?

Crista Io! Vox Triumphi. *Aluus* (hau *Virgo* Io, Inachi filia Ioui amata & in vaccam mutata. *Iouis Vaccam* Io. *Postrema parte*) N iunctum Ion. idem quod viola. *Caput Caula*. Io, nes, Iones.

PISTORIVS.

Quod caput est & cauda tui cognominis; tui
Sit caput & finis metaq; prima tui.
Nata per hoc virtus pedibus fundamina ponat:
Et quod ait venter nominis, illud agas.
Illud ages siquidem, medio radice ligata
Et recto constans pectore Stous eris.

Caput Pi. *Cauda* us. iunctim, Pius *virtus* Pietas. *Venter* Sto. *Medio radice ligata* sto syllaba adiecta extremæ us fit stous, idem quod Stoicus.

DANIEL ANNA MARIA.

Nuptiis Danielis Vigelii Nic. Vigelii ICti. Profess. Marpurg. filii.

Iunge tui medium media cum Virgine, sponse,
Optima pars hominis iuncta duobus erit.
Qua precor in socia nunquam sit dissona carne,
Chorda sed e geminis cordibus vna sonet.
Virginis enixa Matri caput adde priori,
Fiet sydereus iam tibi sponsa cibus.
Ille tibi plenis cumuletur sponse, canistris,
Pars si posterior sit tibi prima tui.
Quod si quaeris habes Hebraeum in nomine numen,
Coniugii felix omen id esto tui.

Tui medium,) Id est, E medio Daniel cape ANI. *Media cum Vir*) Cum syllaba MA quae in sponsae iuncto nomine media, fit inde optima pars hominis: ANIMA. *Caput Adde*) i. M prima litera in nomine MARIA. *Priori*) i. dictioni ANNA fit Manna coelestis cibus. *Hebr. Numen*) Vltima syllaba in Daniel EL. quod est Hebraeis Deus.

ERICVS. VRSVLA.

Ex cauda numerum si demas, Pestis, ERICE,
Sibilat in thalamum saeuior vna tuum.
Illa precor nunquam vestrum conturbet amorem:
Appositus sponsae sibilus esto tuus,
Inde Deam cernes melior semine nasci,
Vertice si tenus est sponsa relecta retro.
Orta salus Erin expellat, Caput adiuuet illam,
Vrsula quo flammam, nil feritatis habet.

Consule Chaldæos, sponsæq; doceberis ignem,
Hunc tamen vt malis, esto Magister Amor.

Ex cauda Num) Cu, fit ERIS, id est discordia. *Appositus sibilus)* S, adde nomini sponsæ & retro lege vltimam & penultimam syllabam, fit Salus. *Caput)* i. VR. Ignis.

CATHARINA.

Parte sui posita fiet Catharina Carina.
Sit precor in vitæ prora secunda freto.
Naua sit, & lucrum nauis de more reportet,
Atq; ferat placidis prospera vela Notis.
Aspera tollatur, Capiti des pectora tota;
Iam Cata, iam prudens rexerit illa domum.
Vis geminare Crucē (crux omnis abesto maritis:)
Fronte refert patrium, Catthide nata solum.
Addas principio finem: locus, ecce, paratur
In quo coniugibus vina dat vnda nouis.
Omen inest felix: Cata sit, sit Catta, Carina,
Sitq; sacro Christi munere plena Cana.

Parte) i. Syllaba THA. *Aspera)* i. litera H. *Crucem)* i. lit. T.

VRSVLA.

Sponse caue tangas gestantem cornibus Ignem,
Esta Chaldæo tracta fauilla foco.
Sponse redi, nihil est fugias vt territus Ignem,
Non ferit, aut illo quem gerit igne nocet.
Ignis amor tuus est, gestet quem mentibus imis:
Ad gelidum maneat viuida flamma rogum.

Sibilet extrema tibi cauda longior vxor:
Quamq; inuersa dabit sit tibi recta salus.

Ignis) VR Ignis est. *Sibilet*) Adiice extremo nomini S & retro legetur Salus.

RODOLPHI GOCLENII P.P. Marpurg.

VINCENTIVS.

Quod non habent alii vel toto corpore nixi,
Hoc Caput & Cauda pars habet vna tua.
Venter habet numerum mutili mutilarier hostis,
Sed tamen hoc plene litera prima notat.
Hoc age Vincenti transfixeris ilia caussa
Qua contra caudam suscitat arma tuam.
Nec Capitis stimulo stimulum sed calce repelle;
Fortius hic mutile vertice cauda ferit.

Caput Vi, & *Cauda* I. S. coniunge erit VIS. *Numerum* I. Cent. *Litera prima* I C. *Caudam* Ius. *Capitis stimuli* VI. *Calcei* I. Iure.

RASOR.

Ecce quid inuersa radice renascitur horto,
Proxima frons oculum si retroiuncta dabit.
Si mutiles caudam roris Rosa combibit imbrem,
Conuenit hac studiis nunquid imago suis?
Vt Rosa dulcis agri decus es tu stirpis auita,
More Rosa studium floret odore tuum.
Vt Rosa de succo, studii tu Nectare viuis,
Ingeniiq; tui flumine quaris opes.

Radi-

Radice) inuersa SOR fit ROS *Oculum*) 1. litera A. iunctim fit ROSA. *Mutiles cauda*) 1. abiecta A fit ROS.

CATHARINA.

Sigfrido Clotzio Cancellario Marp.

Tolle elementa duo primo subiuncta CHARINA est
Relliqua: ne dubites: hæc Catharina tua est.
Sponsa Charina tua est socii pars altera lecti:
Hic habitant Charites: hic habitant Veneres.
Subduc, vt toti penultima portio desit,
En reliquū Cathara est: hæc Catharina tua est.
Hæc Catharina tua est: hæc mente & corpore PV-
Vtriusq; decus Virginitatis habet. (RA
Quattuor adde notas misso adspiramine primas,
Totum, Sponse, CATA est: hæc Catharina tua est.
Ingeniosa tuos nutus se flectet ad omnes,
Prouida curabit remq; laremq; tuum.
Syllaba prima tibi & bis tertia littera iuncta
Extrema, facit vt Cara sit illa tibi.
Ergo tibi Catharaq; Cata Caraq; Charina
O detur longum coniuge posse frui.

IOAN. VRSINI DEISSEL.

CATHARINA.

Per sex Onomatographos explicatur.

Quam præstans, quā sit, quā deperit, inclutа virgo
Ipsius ex pulcro nomine sponsus habet.

Iunge Caput Sextæ dein quintæ, Cara resultat,
Sit Catharis rutilo carior ære viro.
Abiice Quinq; tene Quatuor: fit Caia: mariti
Conscendet thalamos Caia pudica sui.
Iunge Caput Calci, Cathara est: sit purior auro,
Iungitur optato quæ Catharina thoro.
Iunge Caput Calci, promerget Cana: puellæ
Quæ datur, vxor erit tempore Cana suo.
Iunge Caput Calci, nascetur amica Carina;
Te vehet in portus sponsa Carina bonos.
Iunge Caput medio: surgit Cata: quam bene! sponse,
Sit Cata sit prudens quæ modo virgo datur.
Sit Talis, Qualem dant ordine nomina: Cara,
Caia vetus, Catharis, Cana, Carina, Cata.

Hieron. Treutleri Icti.

A M O R E.

Dictio quinq; notis, quatuor dat munia sponsæ:
Vix aliis insunt singula, cuncta Tuæ,
Quinq; placet sponso: quatuor Concordia crescit:
Cura tribus tolli, noxa duobus amat.
RE iuuat, O R E leuat, stat M O R E, probatur A-
Augurio Pietas addere vota iubet. (M O R E,
Vos cui Amore Deus priscorum more parentum
Vinciat, Ore preces edite, Req; fidem.

R. Goclenii. A M O R E.

More tibi placido placeat, te recreet ore
Re iuuet, & nulla sint in Amore Moræ.

Logogriphica quædam Disticha & Monosticha

ALA

A. LA.

Vertice principium, planta sed denoto Cantum,
Integra dum fuero nubila vasta seco.

TEGVLA.

Gula Vla La.

Integra dum tecto, multos sine vertice damno,
Et tria dum volitant, posteriora canunt.

LATER.

La Ter Tal (Numerus.) Westphalice: Re vox musica.

Vertice dum cauto pedibus numerauero: verum
Vertice dum numero, posteriore cano.

POLLEX.

Pol Lex.

Robore comparilis quatuor qui vertice iurat,
(Nobis grande nefas) fine nefanda vetat.

FORNIX. Nix.

Artificis studio Cœlum dum tota figuro,
Telluris faciem posteriora tegent.

FLEO.

Leo, tria significat. 1. Christum. 2. diabolum 3. Animal.

Fle.

Vertice sublato tria diuersissima signo:
Sed sine Postremo, tristia mando, pede.

DOMVS.

Do mus.

Principium amplificat, finis vix cernitur vnquã,
Tota tenet gazam sollicitumq; gregem.

LABORAT.

La Bo Rat t. Rota.

Ore canit sed ventre boat, pede turbinis instar
Voluitur, integro quærit auarus opes.

SVMMVS.

Ante retroq;: SVM verbum anomalum. Mus.
Sum cerebrosa Caput, plantis sed quæro latebras,
Dum cerebrosa pedes, diligit antra caput.

LANA.

La Na.

Principio cauta, superato flumina planta,
Membra sed integro nudificata tege.

EVA. Aue.

Dextra tuli toti malo mala plurima mundo:
Laua sed e contra gaudia mille tuli.

FALERNA.

Fa Lerna.

Ore canit: Toto sed dirum corpore monstrum:
Integra mortales stultificare queunt.

MVLA. Vla la.

Integra sum quadrupes, sed vertice cassa volucris,
Expers dum capitis ventre latente cano.

REGVLA. Gula Vla La Re.

Vertice dum Psallit, permultos corpore damnat,
Sunt alæ ternis Psallere bina parant.

CLAVIS. Auis.

Integra quod dein nequeunt, hoc transigo sola,
Si duo præscindes Celsa volando peto.

Demens. Dens.

Dum Totus, toto deflebor tempore vitæ,
Dum medium perdo lautæ ministro gulæ.

Nauis Auis, Vis.

Integro sulco Salum, vario sine vertice cantum:
Contumulant leges posteriora bonas.

DAPES. Apes Pes.

Integra lætificant stomachum, sine vertice flores
Ardent, si collum dempseris ire parant.

Spira Ira.

Integra vel mando flatus, vel cingo galeros,
Si duo sustuleris perfuribunda fremo.

SATVRNVS Turnus.

Integer horribili depascor viscera morsu,
Verticis experti tela tulere necem.

Vulturnus. Vultur. Turnus.

Flauero dum totus, siue plantis cruda vorare,
Infaustum truncus constituetq; ducem.

Ardea. Dea.

Integra squamigeris bellum denuntio mutis:
Verticis experti victima sæpe data.

Adamas. Dama,

Integer indomitus, tollas cum vertice plantam,
Iam fera syluigenas quæritat vsq; dapes.

Manus. Anus.

Integra plus quam ter millenis vsibus apta,
Deme caput, senio curua resultat anus.

Mirus. Mi- rus.

Vertice dum canto, complent granaria plantæ.

Modium. Odium.

Integra mensuram, sine vertice denoto Crimen.

Aureus. Reus.

Totus flauesco licet vltima sæpe rubescant.

Aula. La.

Integra splendescit luxu sine vertice Psallit.

Nummus? Num? mus.

Dum totum recreat, vertex rogat, vltima rodunt.

Sanguis Anguis.

Dum

Dum totus rubeo, sine vertice spiro Venenum.

Clauus. Auus.

Pangere dum totum geminis sine canere cernes.

Passer. Asser.

Aut natat aut volitat: regit aut sine vertice tignos.

Currus. Cur? Rus.

Principio rogitat, Cererem sed fine ministrat.

Passus. Sus.

Dum totus spatium, signat sine vertice porcum.

Eremus. Re- mus.

Integra ramuero, canet aluus, at extima rodunt.

II. LOGOGRIPHI HERmanni Kirchneri P. Cæs.

I. ECHO.

Iunge Caput cauda, pede se caruisse negabit.

Vel.

Ventrem si demes, solues huic vincla Podagræ.

II. POETA.

Sustuleris Ventrem, positoq; ad pocula, Potæ
Dixeris, inuenies non ventre carere Poetam.

COROLLARIVM SIVE Appendix.

MVlta ſunt & varia Luſuum præſertim Poeticorum genera: quæ partim Ænigmatis, partim Logogriphis accommodari poſſunt. De quibus in calce opuſculi huius quædam monere operæ pretium fuerit.

Sunt vero ex his perſimiles Logogriphis primum verſus deriuati: cum ſcilicet caſus caſum, & ſimplex ſuum compoſitum ſequitur: vt

Inuia virtuti nulla eſt via: Item.
Longa procul longis via diuidit inuia terris.

Cuius generis ſunt & illa Græcorum: γάμος ἄγαμος, ξένος ἄξενος, φίλος ἄφιλος, & id genus alia.

Deinde & verſus ſerpentini (quos vocant) huc pertinent: qui in ſe recurrunt, initio conſentiente fine: vt in illo Horatii:

Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Item verſus declinati ſiue coniugati, cuiuſmodi ſunt hi:

Mala mali malo mala contulit omnia mundo.

*

Mors mortis morti mortem niſi morte dediſſet:
Cœlorum nobis ianua clauſa foret.

*

Mors mortis morti mortem mors morte redemit.

Morti-

*

Morti morte tua mortem moriendo dedisti:
Mors tua sit mortis Christe medela mea.

*

Esto quod es quod & est alius, sine quemlibet esse:
Quod non es, nolis: quod potes esse velis.

*

Nescio quid sit amor, nec amo, nec amor, nec amaui:
Hoc scio, quisquis amat, vritur igne graui.

Præterea versus retrogradi, seu (vt Sidonius vocat) Recurrentes, retrouersis scilicet scandendo dictionibus, vt in illo Maronis:

Musa mihi caussas memora, quo numine læso.
Læso numine quo memora caussas mihi Musa.

Cuiusmodi est quoq; hoc de Abelis & Caini sacrificio vulgatũ distichõ, sensu plane diuerso:

Sacrum pingue dabo, non macrum sacrificabo:
Sacrificabo macrum, non dabo pingue sacrum.

Item illud.

Saluificas quia nos profuso sanguine Christe,
Pectore nunc grato te pie prosequimur.

Et alterum hoc Artomedœum.

Thariade tibi cum sancto par gloria cedet:
Pectore par sancto sis modo Thariade.

Item hoc alterum.

Patrum dicta probo, nec sacris belligerabo:
Belligerabo sacris, nec probo dicta patrum.

Cui respondet illud Bellaii de Carolo Cæsare & filio eius Rege Philippo.

Cæsareum tibi sit felici sydere nomen
Carole: nec fatum sit tibi Cæsareum.

*

Coniugium tibi sit blandum: nec fœdera iungas
Irrita, sis fœlix nec cito dispereas.

*

Coniugium tibi Rex fœcundent numina longo
Semine: nec sterilis sit tua progenies.

Item & hoc:

Es bonus, haud malus es: cœlos non Tartara quondam,
Gaudia, non planctum dent tibi cœlicolæ

Cuius generis est quoque versus Sotadeus: de quo est apud Martialem.

Nec retro lego Sotadem Cynedum.

Cuius exemplum hoc ponit Scaliger.

Fata sibi Medulus fabricans est perfidus hostis.

*

Tale est item Murmellii illud.

Donet munera mel, non fel, pax candida nobis.

Idque siue in eodem siue alio recurrant versus genere: vt in illo exemplo, vbi ex Pentametro fit Iambicus.

Altera regressu metra recursa meant:
Meant recursa metra regressu altera.

Item

Item in illo, vbi ex iambico fit Trochaicus.

Diserta vox, amica lex, ius optimum:
Optimum ius, lex amica, vox diserta.

Quibus multo etiam operosiores & difficiliores sunt versus illi retrogradi, κατὰ τὰ γράμματα παλίνδρομοι, qui singulis retrocurrunt literis: in quibus singulare est artificium: vt in illo Milleartificis.

Signa te signa, temere me tangis & angis: Cancrinum carmen.
Roma tibi subito motibus ibit amor.

Et conuersi vel eadem verba referunt eundemq; sensum, vel cum aliis verbis aliũ sensum.

Idem sensus iisdem verbis, vt in his:

Tetrastichon. Ad Christum Iesum, cuius posteriores duo versus sunt contrario literarum ordine ἀντιστρέφοντες.

Pestis atrox & Turca furunt, quid, Christe, moraris
Adesse fidelibus tuis? Cœli Deus,
AXE VENI MATVTINI TVTAMINE; VEXA
VNA MALOS SVB INANIBVS SOLA MANV.

Marp. meditabatur M. Conrad. Bachmannus 10. Septemb. Anno 1597.

*

Roma tibi repara cara peribit Amor.

*

Roma Sinonis Amor. Ibis inanis ibi.

*

E Roma nemo te diuidet omen amore.

*

Arida in motu sumemus vt omina dira.

*

Nemo tenet noctu solos vt contenet omen.

*

Si bene tale moues tot seuo mela tenebis.

*

Nemo re pallida ad illa per omen.

*

Spes, vt tela, valet; tu seps.

*

Otto tenet mappam madidā mappam tenet Otto.

Qui versus etiam est reciprocus vocum serie.

*

Si bene te tua laus taxat sua, Laute, tenebis.

Et hi quatuor Michaelis Meieri P. Cæsarei.

Nemo Nepen omeN
E re ferre ferE.
Videt non; Te diV
Sol attigit taloS.

Exstant & bina disticha eiusdem artificii in altera fætura Iac. Fabricl, Poetę L.

Arua subi: Cultis oro sit lucibus aura.
O Votis date, Res seret adsit ouo.

Aliud in Musarum laudem.

Si bene Te Musis sanas si, sume, tenebis,
Mitis ero, ore geras, a regero ore sitim.

Cuiuſ-

Cuiusmodi est & hic Magnētii Rabani Mauri de sancta Cruce, figura XXVIII.

Oro te Ramus aram ara sumar & oro.

In hoc genere alia verba alium sensum referunt, vt in hoc eiusmodi Rabani, figura XXVII.

Si dote tibi metra sono his te Iesus in odis.

Qui a fine vsq; ad initium relectus, ita sonat:

Si do nisus ei & si honos artem ibit & odis.

Et hi cuiusdam, in nuptiis vbi sponsa oriunda fuit e nobili prosapia Ridefeliorum, id quod per Mulam innuitur:

E Roma (B) abit ira, malum te diuidet omen.

Qui votum nuptiale indicat, solutis tamen verbis:

Nemo Te diuidet, Mula mariti ab amore.

Itemq; illa sensus obscurioris: in quibus tamen plus operæ & difficultatis, quam ingenii aut vtilitatis esse videtur.

Nemo si diri subsis Busiridis omen.
Rara teres animi lumina feret Arar.
Vt sero memores, oro sero memores tu.
Sacco tu suberis, sanas si rebus vt occas.
Et necat ager amor non Roma rege tacente.
Roma reget vna non anus ages amor,

Quale est & hoc Iacobi Peletani Medici de seipso.

Ira te lepide si vis edi Peletari.

Fere oblitus eram cuiusdam distichi παλινδρόμου a Iacob Fabricio ad me ex Thermis reuersum scripti.

Arua subi: cultis oro sit lucibus aura:
O votis da te: Res feret, adsit: ouo.

Explicatio.

Arua subi Ienæ: in qua te Deus ipse locauit:
Quem precor, vt niueis lucibus aura micet.
Atq; meis da te votis: nihil amplius opto,
Vt Phœbus mihi, qui res feret, adsit ouo.

Sed & idem Fabricius alia duo Epigrammata eiusdem generis καὶ τὰ γράμματα παλίνδρομα ad me misit: quæ & ipsa huc adscribere libet.

Si bene te Musis sanas, si sume, tenebis,
Mitis ero, ore geras, & regere ore sitim.

*

Iura teget si vir summus, riuis teget arui
Arca, saluat & ut sistit, & aula sacra.

Tales versus retrogrados Græci appellabant καρκίνους, hoc est, cancrorum instar recurrentes: quorum exempla leguntur ista apud Ioannem Tzetzem in singulis versibus.

Ἀθλήσας ἤδη πώλῳ πηδήσας ἦλθε.
νόσον ἔβαλεν ὁ λιμὸς ὃς ὅμιλον ἔλαβεν ὅσον.
ἀμήσας ἄρδην ὀρθοφηφόρον ἤδρασε σῆμα.
ἀλύξας ὥρην ἠνεμωμένην ἤρωσε ξύλα.
ἤδη μοι δὸς ἄρτι πηγὴ παρά σοι Διομήδη.

Item

Item hi Prochoprodromi.

Σοφὸς ἐγώγε ἤδη ὢν αὐτῷ ἤδη ἐγώγε σοφός.
ᾧ σου ἄναρχε νόμον, ἔξεανα νόσῳ.
νόσῳ σὺ ὃς ἢ ἴαμα Ιησοῦ σῶσον
ἔλεσυ δὴ ὁ σοφὸς, ὁ ἡδὺς ἔλε
Σολομῶν φήσω, Ιωσήπφ νῷ μέλος.
νόμον ὁ κρινὸς ἔχε σὸν οἰκόνομον.
εἶρα σοὶ παρὰ χείλη, ἥλιε χαρὰ πᾶσα ῥεῖ.
νίψον, ἀνομήματα, μὴ μόναν ὄψιν.

HÆC EPIST. CANCERIS IN MODVM RETROGRADA, INGEnii exercitio ab insigni Franc. Petracha conscripta, lecta siquidem in genere demonstratiuo versatur, a principio decursa laudat, a fine incepta, vituperat.

Francisc. Petracha Amico S.

IVcunda ipsa felicitate, letisq; iisdem successibus te prosperis potiturum, nunquam qualibet te passurum aduersa probata re vera fide & operibus amice non ficte, vir intimis affectibus gestio, ac iugiter Deum oro. Prolongentur dies tui, nec tibi sit vita breuis. Diuitiis affluas, neq; careas ergo cunctis optatis, debita quapiam hac tua virtuti non vitiis. Versus ad commendationes tui, promere nolui, stylo sonante dispositus fidelitatis in tua laudes non iurgia criminandum, si quid fuerit, tegens de tui rubore, pandens tua tamen egregia, non infima opera prædicanda. Cognoui te moribus perfectum, in cunctis quadruplici virtutum cardinalium ra-

dio, absq; vitiorum maculis aspersum, sic iugiter exstitisse. Virtutum ipsarum ordinem seruandum non iam praeposterandum ideo duxi, singula ordinata in te facere, quoniam semper noui. Probas te prouidum in futuris, caues semper pericula, neque prosperae fortunae nisu animi complecteris. Disposita in te praesentia, solerti non segni studio, certa in actibus tuis ostendis, compositum hic animũ, nonque rudem affectibus monstras. Amplectenda sunt vtiq;, non aspernenda operum tuorum gesta, probanda reipsa exemplorũ veterum illustrium memorem, non excordem, namq; te fuisse prorsus, & esse homines proclamant, promta non disgregata memoria. Tribus itaq; temporibus tuus animus manet, dispensantibus in singulis, prudentia omni ac peritia rerum absq; cordis ignorantia quorumcunq; naturaliter insita tibi dilectam te iustitiam in iudicando foues, praemia bona, non supplicia iustis, iniquis poenarũ discrimina non coronas, dudũ tribuere didicisti. Veritati similis, abdicatis tibi flagitiis reddis, hominibus omnibus sua, non piger, aut iniquissimus censor, seruas dubio procul misericordiam in seueris, & pietatẽ in rigoribus, semper tuis cedens ex animo clementi in adductionibusque poenarum. Donator liberalis, nemini parcius, largitor munificus, non auarus. Exsecraris vitia non virtutes, mores honestissimos insectaris, honestum nilq; penitus est, iniquum quod optaris, iustos & bonos sequeris, per omne tempus, pius in consiliis, iustus in omnibus operibus tuis. Constantem in

animo te certe noti ferunt, felici statu humiliari non exaltari, aduersis euentibus fortem non depressum te reddere. Fortitudinem ac virtutem omnibus temporibus inuincibilem, sic seruans agnosceris. Declamaris animo probo, revera, famaque publica longanimis non trepidus, feruidus non remissus, strenuus non vecors, diceris apparere. Sancta modestia, pulsa gastrimargia fungeris, castimonia reiecta lasciuia, delectaris. Temperatum in verbis & actibus cibis & potibus, te die ac vita experti manifestius attestantur. Deo atque hominibus gratia omnibus opera tua patent. Meditaris nam iugiter quodque fas & pereas anima mala nece. Felicem in gradibus singulis dicere malim te, probandum te consona veritate perspicua, cunctis nota, regno dignissimum, indignissimum rure, cunctis notoria.

Sunt & ex eodem genere versus correlatiui: in quibus verba singula, casus singuli referuntur: vt in illo Vergilii de seipso.

Pastor, arator, eques, paui, colui, superaui,
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

Tale est quoque illud de M. Tullio Cicerone.

Defendi, tenui, vetui, face, cade, cruore,
Ciuis, dux, consul, tecta, patres, Latium.

Exstatque eiusdem generis in Epigrammatis Græcis hoc distichon de Ioue.

Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς δι᾽ ἔρωτα,
Λήδης, εὐρώπης, ἀντιόπης, Δανάης.

Fit cycnus, taurus. Satyrusque, aurumque, ob amorem.
Ledes, Europes, Antiopes, Danaes.

Et apud Rebuffum in lit. concord. de publicis concubinariis simile de fœmina legitur.

Corpus, opes, animam, consortia, fœdera, famam,
Debilitat, perdit, necat, odit, destruit, aufert.

Sed & in hoc genere quidam alii luserunt: vt est illud de Iacobo Patriarcha ob mortem Iosephi filii lugente.

Lumen, lingua, manus, fletu, clamoribus, hamo,
Ora, locum, crines, abluit, implet, arat.

Item & hoc.

Hircus cum pueris, puer vnus, sponsa maritus
Cultello lympha, fune, dolore cadit.

Item & hoc de concubinis.

Corpus, opes, animam, consortia, fœdera famam
Debilitat, perdit, necat, odit, destruit, aufert.

Item & Matthæi Vindocinensis illa.

Odit, amat, reprobat, probat, exsecratur, adorat,
Crimina, iura, nefas, fas, simulacra, Deum.
Fas simulacra, Deum, probat, exsecratur, adorat:
Odit, amat, reprobat, crimina, iura, nefas.

Tales sunt quoque sequentes variorum auctorum.

Antonii Mokeri, Professor. Erphurd.

Inge-

Ingenii, frontis, fortis, manet, interit, errat,
Docta, venusta, Vagum, Notio, forma, bonum.

Ioannis Exlini, D. in tumulum D. Ludouici Ducis Wirtenbergici.

Seruus, Dux, Princeps, colui, foui, cumulaui,
Numen, agrum, ciues, pectore, pace, bonis.
Orbis, Olympus, Humus, diffundit, recreat, abdit,
Famam, animam, corpus, laude, salute, sinu,

Conradi Bachmanni de Lantgravio Hassiæ, Dn. Mauritio.

Lantgrauius, Psaltes, Vates, regit, intonat, orat.
Cattos, suaue, Deum, numine, Voce, metro.

Eiusdem Bachmanni, de Hermanno Kirchnero, I. V. D. & Poeta Cæs. Profess. Marpurg.

Candida, *casta*, grauis, *cœlestis*, docta, *diserta*
Suada, *Venus*, virtus, *Musa*, Minerua, *Themis*,
Curet, *agat*, releuet, *complaudat*, suppleat, *ornet*,
Corda, *virum*, pectus, *versibus*, ora, *comas*,
Rite, *libens*, blande, *concinne*, iure, *decenter*,
Rore, *face*, aspectu, *numine*, melle, *rosis*,
Figens, *dans*, firmans, *signans*, portans, *superaddens*,
Ore, *manu*, factis, *carmine*, lance, *typis*,
Suauia, *grata*, bonum, *clarissima*, dulcia, *cõstans*,
Basia, *serta*, genus, *nomina*, dona, *decus*,

Eiusdem C. B. de Rodolpho Goclenio Seniore.

PHILOSOPHVS	VATES.
Bonus	*Inclutus*
explicat	*ornat*
Ingenii	*Musa*
dexteritate	*Sono*
Ingenuas artes	*diuina poemata*
multis	*promeritis*
recte	*riteque*

GOCLENIVS.

Eiusdem de merito Christi.

Mors, Satanas, Christus, stridore, furore, cruore,
Frangit, edit, purgat, membra, cor, atque animam.

Aliud eiusdem.

Inficit, interimit, releuat, cor, membra, animamque
Mundus, mors, Christus, labe, furore, cruce.

Aliud.

Excruciat, perdit, sanat, lue, cæde, cruore
Mors, Satanas, Christus pectora, membra animam.

Aliud.

Eua, Satan, Christus, vitam, peccata, salutem.
Perdidit, induxit, reddidit: Huic sit honor.

Ioh.

Ioh. Frid. Fauſt ab Aſchaffenburgk.
ἐτεόστιχον. 1588.

Nectit, ait, cingit, vicena & tertia Aprilis
Dextras, vota, caput, fœdere, voce, roſa.

Hieron. Megiſtegeri Comitis Palat. P. L. de
Comœdiis Nic. Friſchlini.

Priſciades, *Hildegardis*, Suſanna, *Rebecca*
Noſtri Poetæ fabulæ.
Indoctos, *innocentes*, matronas, *nurus*,
Docet, *iubet*, vult, *inſtruit*,
Rite loqui, *Mala ferre piè*, thalamumque *tueri*,
Viriſque caſtè nubere.
Tu quiſquis ergo, Lector, has ſe perlegis
Noſtri Poetæ fabulas
Barbariem vitæ: *bene fer mala*: Ius coli Lecti.
Moreſq; caſtos dilige.
Indoctus, *Innocens*, Matrona, *cum Nuru*
Sic rite vitam tranſigent.

Conradi Bachmanni.

Deſpice, *virtutem*, vitium, *cole* neglige *Chriſtum*
Crimina *diſce* nega *vera* caduca *pete.*

Eiuſdem.

Viue vale flore longum multumq; diuq;
Opto precor poſco pectore voce metro.

βιόστιχον Alberti Bodenii de M. Ludouico
Hunnio.

Infans vir Iuuenis placuit coluit recreauit
Matri ſacra partem mente fide ingenio.

Philippi Eckarti, Alsfeld. I. V.
Candidati.

Xerxis, *Mausoli, Clius ruit, occidit, exstat*
Vi lapsu scriptis Pompa, columna, decus.

Trophæ[redacted]iam
[redacted]

Iulius Cæsar Scaliger in Hyla Poetica
Cap. 30.

Instruit, inducit, iacit, admouet, extimet, vrget,
Classica, tela, faces, tormenta, tonitrua, classes.

Ex Oda Bernhardi Prætorii P. L. Ad Illustriss.
Princip. Mauritium Hass. Lantgr.

Flore *Viue* Vire *Cresce* Virescceque
Annis *Fama* animo *corpore* robore
Multis *clara* alacri *Sospite* masculo,
Princeps inclute perpetim.

Rodolphi Goclenii Prof. Marp.

Plaudite pangite clangite pandite fundite flate
Palmis metra tubis ora Poema melos.
Fingite psallite tangite tollite ducite læti
Harmonias odas plectra manus choreas.

Conradi Bachmanni.

Corpus mentem animam perdit necat interimitq́;
Turpis iners cæcus crapula somnus amor.

Corpus

Corpus mentem animam seruat sanat releuatq;
Sobria naua pia vita Minerua preces.

Sed & huc vel maxime pertinent versus ęquiuoci, a nescio quibus etiam Leonini vocati: qui æquali modo in cæsura & fine terminantur, vt in illo M. Tullii Ciceronis.

O fortunatam natam me consule Romam.

Et in altero illo Ouidii.

Quot cœlum stellas, tot habet tua Roma puellas.

Item & eiusdem auctoris illa.

Nec nisi finita per plurima vulnera vita.
Si Troiæ fatis aliquid restare putatis.

Item in Pentametris.

Quærebant flauos per nemus omne fauos.
Si mihi quod prodest, hoc tibi lector obest.

Eiusdem generis sunt illa.

Tunc bene res ibunt, pariter si nectere quibunt,
Nens sua pensa colo, mens sua sensa polo.

Item & Scholę Salernitanę præcepta de sanitate tuenda: cuiusmodi sunt illa.

Saluia cum ruta præstat tibi pocula tuta:
Vt sis nocte leuis, sit tibi cœna breuis.

Item & hoc.

Si dat oluscula
Mensa minuscula
Pace refertæ:
Ne pete grandia,
Lautaque prandia.
Lite repleta.

Item & illud.

Quod Deus est, scimus:
Et si plus scire velimus,
Vltra, non minus,
Deus est summus & imus,
Vltimus & primus:
Nec plus scire possimus.

Item & hoc.

Aulica vita
Non est vita:
Aut si est vita,
Non est ita,
Vt pia vita.

Item & Adriani Imp. strenui & Flori Poetæ molliculi versus:

Florus.

Ergo nolo Cæsar esse
Equitare per Britannos,
Scythicas pati ruinas.

Respondit Cæsar facete & salse.

Ego nolo Florus esse
Ambulare per tabernas:
Pulices pati rotundos.

Et est:

Velle suum cuique est, nec
Voto viuitur vno.

Tale est etiam illud tritum numeris lege solutis

Annis

Annis mille iam peractis,
Nulla fides est in pactis:
Mel in ore, verba lactis.
Fel in corde, fraus in factis.

Item Epigramma illud ad Henigii olim Decani Misnensis tumulum.

Aue Pater, rex creator,
Aue Fili, lux seruator,
Aue pax & caritas
Aue simplex, aue Trine:
Aue regnans sine fine:
Vna summa Trinitas.

Exstat & lusus eiusdem generis antiquus, qui cuidam Raymundo vsitatus fuisse dicitur: vt suis versibus semper aliquem ex Poeta antiquo subiiceret, & ita rythmum conficeret.

Vt mens se videat, posita caligine fumi,
Quis vetat apposito lumen de lumine sumi.
Quod si perfecte nequeo res edere cunctas,
Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas.

Præterea huc vel maxime pertinent versus ἰσόψηφοι, quorum meminit A. Gellius in Noctibus suis Atticis: vbi fit mentio cuiusdam nominis, qui *Damagoras* dictus est, in Epigrammate quodam Græco: quasi ἰσόψηφον sit istud cũ nomine λοιμὸς eo quod vtraq; hæc vox referat numerum CCCCXX. Qua eadem ratione etiam apud Heliodorum Νεῖλος fluuius aliud nihil esse dicitur, quã *Annus*: vt & Μεῖνος fluuius Fraciæ in Germania: si scilicet vtrinq; computẽtur

numeri literarum: qui totidem, quot anni solaris dies sunt, hoc est, CCCLXV. vnitates efficiūt: de quibus Epigrāmata exstant Philippi Melanthonis & Pauli Eberi in ænigmatis supra relata.

Sunt & ex eodem genere anagrammatismi: in quibus plerunque inest omen nominis alicuius: cuiusmodi est illud, quod Plinius narrat, M. Crasso nauim aduersus Parthos conscendenti, omen fecisse vocem prędicantis *Cauneas*: quasi voce illa (vt interpretari licet) ei denuntiatū fuerit, *Caue ne eas*. Nec alienum ab eo est alterum illud, quod de Q. Petilio consule refert T. Liuius eum aduersus Balistæ & *Leti* iugum, quod eos montes perpetuo dorso inter se iūgit, castra habuisse: ibiq; adhortantem pro concione milites immemorem ambiguitatis verbi, dixisse: *Hodie Letum capiam*: quod ei omen lethi fuit: siquidē eo ipso die traiectus missili telo cecidit. Fuisse autem Anagrāmatum vsum iam olim etiam apud Græcos antiquissimos vsurpatum, qui ab Hebræis fortassis mutuati sunt, exemplo Lycophronis, qui vnus fuit e septem Poetis Lyricis Pleiadum nomine celebratis, notissimum est: quem ob hoc ipsum studium Ptolemæo Philadelpho Ægyptiorum Regi fuisse acceptissimum interpres ipsius Tzetzes refert: Quippe a quo κατ' ἀναγραμματισμὸν dictus fuit Πτολεμαῖος aliter dispositis literis ἀπὸ Μέλιτος: vt & coniux ipsius Ἀρσινόη ἴον ἥρας. Meminitq; adeo Anagrāmatum quoque Eustathius in Iliade, vbi pluri-

ſtra eorum exempla recenſet. Quo etiam pertinet Platonis illud in Cratilo: quod a legislatore ἀὴρ, occulte ἥρα, principio eius in fine poſito nominetur: idq; ex eo maxime cognoſcatur: quod ſi ſæpius ἥρα proferatur, reſonet manifeſto ἀὴρ: innuens Iunonem ab aera denominari; ꝓpterea quod ἀὴρ, hoc eſt, aer, per anagrammatiſmum ſit ἥρα quod eſt Iuno. Sed de tota ratione anagrammatiſmi in Saturnalibus a nobis prolixe eſt explicatum: exſtatque de ea elegans libellus Guilielmi Blanci Iuriſconſulti. Sunt & a nobis integri libri numero nouem Anagrammatum editi, vt & a quibuſdã aliis, in quibus præcipue excellunt Nicolaus Clemens, Ioannes Lauterbachi⁹, Nicodemus Friſchlinus, Huldericus Buchnerus, quorum poſtremus iſte ſeptem libros Anagrammatum cõſcripſit admodum lepidos & venuſtos, Pleiadũ nomine inſignitos. Poſtremo (vt alia omnia genera omittamus) referri huc quoque debent verſus Sonorifici, & in quibus Echo reſonat, & pars extrema dictionis reperitur in altera, hoc modo.

Tempora fatalis quoniam ſic limitis itis:
Triſtia concentu funera ſolor olor.

Item & in Auſonii illo.

Exercet mentis fraternas grata malis Lis.

Exſtatque huius generis perelegans Dialogus Eraſmi Roterodami in colloquiis, nomine Echo inſcriptus: & in medio aliorum auctorum exempla quam plurima, quæ omnia hic adſcri-

bere, plixũ foret, ſufficiat hoc loco pauca quædam ſingularia annotaſſe, in quibus non immerito primum ſibi vindicat locum Echo Frãciſci Panigarolæ in Chriſti natalem ſcripta.

Hæc Bethlemitæ Paſtores verba referte:
Audita eſt Echo, quæ iuga montis habet.
Quis natus? dixit, natus. *patriſne Iudæi?*
Illa, Dei. *verumne eſt homo? dixit,* homo.
Atq; hic idem nonne Deus remanet? manet: *eſtne*
Vt Pater omnipotens? rettulit iſta, potens.
Hunc quid de cœlis duxit? Lis *duxit. at iſtam*
Dic vtrum vincet? vincet, *& ipſa refert.*
Litis erat radix longæua? Eua. *an mala?* mala.
Num gula ſic potuit? illa refert, potuit.
An puer hic fiet magnus? quæ reddidit, agnus.
Ipſe ait hoc? ait hoc. *cur ita clamat?* amat.
Is maius noſtro nunquid dare poſſit amori?
Reddidit illa nihil quam gemebunda, mori.
Hoc faciet? faciet. *moriens?* Oriens. *Deus ille?*
Heus ille, *eſt forſan cauſſa tua?* auſa tua.
Diligere hunc ergo par eſt ſuper omnia Chriſtum?
Iſtum. *nonne Deum? dixit,* eum, *& tacuit.*

Eſt & hæc Antonii Tebaldei Echo admodum elegans, ſed amatoria, vt & ſequentes aliæ nonnullæ, quas huc aſſignare lubet:

Dic, Echo, quid vult, vt ſemper viuam ego mœſtus?
Æſtus. *non facit hoc ſpes moriens?* Oriens.
Mene vrit facies? acies. *aciesne fauilla?*
Illa. *diu miſerum me fore reris?* eris.

Re-

Respicit hunc ramum? hamum. *laurum?* aurum. *& amor cor*
Accensum? censum. *corde recedet?* edet.
Estne silex? ilex *quæ caussa mea est facis?* Acis,
O rem animo pestiferam æstiferam.
Quid per tam longum parient mea lumina fletum?
Lethũ *scis quid sit, quod tu adamas?* Adamas.

Talis est quoq; Echo illa Georgii Sabini Poetæ Germani.

Dic mihi Nympha cauis habitans in vallib. Echo:
Semicaper Faunus cur ita clamat? amat.
Quæ tamen illa, furit cuius male sanus amore?
Diuitis an Codri filia Nais? ais.
Est opulenta quidem, sed turpibus obsita rugis:
Debuit hanc bifrons ducere Ianus? anus.
Candida me vero Taumantias vrit amantem:
Cuius forma decens & generosa: rosa.
Huius amore flagro: sed dic resonabilis Echo,
Quæ res ergo graues sunt in amore? moræ
Ver est conueniens, blandis & amoribus aptum:
Vere nouo sponsum me fore reris? eris:
Interea gelidis in vallibus ipsa valeto:
Vox tua sæpe mea voce sonabit: abit.

Sed & venustate his respondet illa nescio cuius auctoris Echo.

Quæ celebrat thermas Echo, & stagna alta Neronis:
Deludit voces concaua sæpe meas.
Sæpe hic Narcissum exspecto: simul illa moratur:
Si queror, hoc queritur: si gemo, & illa gemit.

Quisnam clamor? amor. *quinam furor?* vror. *an Echo?*

Echo, *quæ maior pœna in amore?* moræ.

Exspectas Narcissum? issum. *quæ caussa morandi?*

Orandi. *non hæc dicta notabit?* abit.

Adfuerat? fuerat. *num istbic?* hic. *quem fugit iste?*

Is te, *etiam me. quod malum amare?* mare.

Non veniet? veniet. *quæ spes?* æs. *vincitur auro?*

Auro. *victor ero prodigus æris?* eris.

Sunt pueri fragiles? agiles. *non muneris?* æris.

Quis docet hæc? Echo. *cur bene clamat?* amat.

Poterant hæc, quæ posuimus, exempla sufficere, exstatq; elegans præterea Echo Io. Secundi Hagiensis Phalęcio carmine scripta, vt & nostra inter Epigrammata in lib. Euphronon 2. qui inscribitur, Panace, siue Terothermæ: Sed nos his omissis, adhuc duo eiusdē generis exempla subiiciamus admodum venusta. Ex his vnum est Pauli Melissi Echo in Spinis istiusmodi.

Echo, qualis (amabo) quæue Nympha es,
Quæ valles colis hasce, propter antra
Palatina? Latina. *vin' loquela*
Dignari resonantiore Paulum?
Paulum *te rogo quidpiam, quod hercle*
Nescio Scio. *me sed ecquis audit*
Te præter, mera verba per nemus qui
Dem? Nemus quidem. *ain? sed auris* auris
Inest? auris inest. *capace lucus*
Aures sic habet obuias meatu?
Au! res sic habet, ob vias mea tu.

Dic sodes modo, cor flagrans mihi vnde est.
Et furens adeo? a Deo an liquore
Tinctus, destituatur furore? rore.
Et quo rore? liquente dum marino?
Marino, dabit hunc Rosina cordis
Margarita? Ita cuius esse gustus
Arbitraris, amare & haud amari?
Amari. Id stomachi est acerbioris?
Acerbi oris. at ipse nil acerbi
Sentio, ora fibris carent amaris?
Amaris. quid (age) est, quod illa tam sit
Clemens? Mens, adeone mitis in me
Hæc mens perpetua est? Tua est. erit mel
Cum concorde Adamus fauore semper?
Cum concorde adamas fauore semper.
Qui mensis decus addet inde maius?
Maius sed mihi quos dabit petenti
Sermones comes ille & illa? comes.
Ille & illa. repulsa nec parata est?
Rata est. ambigue loqui videris:
Forsan, o Dea, veritate aberras?
Erras. quam vereor? reor. cupis me
Irritare: quid angor? irrita re
Quid angor? mihi nonne præstituta est?
Tuta est. & mihi destinata? nata.
Fato scilicet? Ilicet puella
Nubet ergo mihi illa vere? vere.
Sponsa rite sacrabo liba: liba.
Melissæque vocabo nomen: omen.
An post ducier huc sines Rosinam?

Sinam. *Illi ipse dehinc, mihi illa iunget*
Basio oscula suauiore? suaui
Ore. *& mellea blanditer profundet*
Verba gutture dulciore? dulci
Ore *Labra per hæc litum sapis mel*
Isse cerno: Sapis Melisse cerno.
Interim mihi suauiter valebis:
Vale bis. *mihi dulciter vale?* Ter
Vale. *& sta requieta,* Re quieta.

Alterum exemplum est ioculare Iurgium Vrsini iuuenis cum Fabulla coniuge vetula, quę more Echus ad finem versus relatrat marito, a quo vapulauerat, scriptum a Nicodemo Frischlino, eodem carminis genere Hendecasyllabo.

Anus rancida fœda, plangis? angis,
Ecquis te angit anus maligna? ligna.
Quod lignum? viridis ne cornus? ornus.
Quid si te feriam præ amore? more.
Lingua es fœmina nequioris? oris.
Et mens est tibi plena fraudis? audis.
Ah quantus tuus ille fastus? astus.
Astus tute doli que plena: lena.
Certè es lena nimis seuera: vera.
Nunc places, quia confitere: de re.
Places o anus, o amanda: manda.
Mando, dic mihi, mi marite, rite.
Dic rursum mihi, care passer, asser.
Heus! præbe tua mi labella, bella.
Nunc te diligo amoq; rursus, vrsus.

Vrsino

Vrsino mihi dulce nomen: omen.
In te noster amor remansit: an sit.
Certe sum tui amore captus: aptus.
An non sum tibi vbiq; primus? imus.
At vir sum grauitate magnus? agnus.
Morum temporis haud probrosus? osus.
At penu locuplete mirus? Irus.
Et docta indole pene onustus? vstus.
Cunctis deniq; gratiosus? o sus
Quid? num ludis anus profana? vana.
Nescis, vnde mihi propago? pago.
Quid tu, fœda anus increpanda? panda.
Anus panda caue loquare. qua re?
Quia es pessima, tetra pestis, estis.
Ah cur non ferio atque plecto? lecto.
In lecto? quid ais nefanda? fanda.
Quis possit tibi se applicare? care.
Tam turpi vetulæ? recede cede.
Nam quid vsquam habeas amoris? oris.
Dens vnus tibi, fœda mater, ater.
Frons rugosa, cauusque ocellus, ellus.
Lippa es, osq; saliua abundat, vndat, vndat,
Labra incana situ molente, lente.
Noctua tibi luce visus, i sus.
Et rictus Crocodilianus, anus.
Faux pedore nigrante marcet, arcet.
Ipse anhelitus, ægra pestis, est is.
Ceu putens redolet lacuna, cuna.
Ceu ceromata fœculenta, lenta.
Ceu serpentis olet cubile, bile.

Ceu fœtent nebulosa Auerna, verna.
Ceu piscina vetus palude, lude.
Quid? quod labra catella lambit? ambis.
Non miror tua lambi oleta? læta.
Quis neruus tibi, amica, saluus? aluus.
Cum pedit tua vox gemella? mella.
Imo fella tui saporis? oris.
At vox rauca, nec arte claret? aret.
Rana scit melius sonare? nare.
Et cantu superat te asella? sella.
Quid? quod venter ab igne lassus? assus.
Et pes frigore & imbre læsus? esus.
Pallens nasus, ab igne falsus? alsus.
Æstas est tibi bruma tristis? istis.
Nempe cruribus hisce tristis? istis.
Quid poscunt tua macra crura? rura.
O si te tegerent sepulcra! pulcra.
Pro te iugera dem paterna. terna.
Nam quis fructus erit salutis? ὕτις.
Anus fœda procul recede, cede.
Æterna cruce mox peribis, ibis?
Ibo in prælia dira Martis, artis.
Et te deseram anus profana, vana.
Tace iam tace anus cremanda. manda.
Hoc mando, hoc iubeo Fabulla. bulla.
Hem bullam tibi, trunce Sueue. væ væ.
Quid clamas rabiosa, vt Echo? Eho.
Os nunquid relatrare gaudet? audet.
Et pugno referire plaudo. laudo.
O te putidulam! repungis? vngis.

Vngam fustibus hoc ouile? vile.
Perquam vilis es, o Fabulla? bulla.
Videre aridus esse truncus? vncus.
Et fœtens mihi pene porcus? orcus.
O cari iuuenes, adhortor: hortor.
Sponsis talibus abstinete. ne te
Ne vos fallat anus senecta, necta.
An nondum mea lingua vicit? icit.
Quisnam corporis iste sulcus? vlcus.
Cur hiscit tibi quæso rictus? ictus.
Certe hæc vulnera facta ploro. loro.
Hem loro tibi faux premenda. menda.
Tace putide funge Sueue. væ væ.
Quid vox flebilis iste plorat? orat.
Tua vt contegat ossa gramen? Amen. Serpentinu carmen.

Logogriphus.

pit rem tem pit rem
Qui ca vxo li ca atq; dolo
ret re te ret re

Et canis / Et lupus } *in syluis* { *venatur / nutritur* } *& oia* { *seruat, / vastat.*

Amicus verus cognosci:tur — *Amore More Ore Re.*

Seruiendum Deo toto corde, id est
Amore Summo,
More vero,
Ore fideli
Re omni.

Griphis.

Qu an d t fu ſtr
os guis irus riſti cū nere auit
H ſan m Ch vul l

Vel.

Qu an di tri fu ſtra
os guis rus ſtide nere uit,
H ſan mi Chri vul la

Griphi.

Alpi pen ca bas tot habet ni nas quot habet gras.

Hoc eſt.

Alba pica pennas tot habet, quot habet nigras.

Mutnegra cum muras faciunt rectiſſima curua.

Id eſt, Argentum & aurum, retro legendo more diauli.

Ioannis Tzetzis ςίχοι ἡρωικοὶ, Singuli XXXIII. literas Græcorum continentes.

Αβροχιτῶν δ' ὁ φύλαξ θηρίζυγε καμψιμέτωπες:
φθέγξατο δὴ βάτραχος διζόμενος ὑψόθι κλῶπα.
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης κτύπε δὲ χθὼν ἔργατο δὲ φλόξ
τρηχὺν δ' ὑπερβὰς φραγμὸν ἐξήνθιζε κλῶψ.
ζευχθεὶ πτέρυις ἔκλαγξε βομβώδη ψόφον.
στρωμύλῳ βωλυχθεὶς ζάκτυπε ξύλδε ψόφῳ
τζέτζης ὀργυπνὸς μὶξ, κλάδων ψύχθη φόβου.

Verſus:

Versus παμμερὴς, omnes partes orationis in Grammatica complectens.

Ad me continuo licet absona verte precantem.

Versus παγγράμματος, omnes Alphabeti literas continens.

Vix Phlegethon Zephyri quares modo flabra Mycillo.

*

Causidicis, Erebo, fisco fas viuere rapto:
Militibus, medico, tortori occidere ludo:
Mentiri astrologis, pictoribus atque Poetis.

Gradatio.

Parit ira furorem.

Turpia verba furor: verbis ex turpibus exit
Rixa: ex hac oritur vulnus: de vulnere lethum.

DECLINATI VERSVS.

Mortis Declinatio.

Mors mortis morti mortem nisi morte dedisset,
Cœlorum nobis ianua clausa foret.

PETRI LINDENBERGII.

Omnia Mors soluit, sunt omnia terrea mortis,
Mortalis viuo viuere disce Deo.
Omnia debentur Morti, Mortemq; sequuntur,
Mortalis verum disce timere Deum.

Omnia, Mors, tua ſunt, morientur & omnia morte,
Diſcite mortales viuere, itemq; mori.
Dum tibi, dumq;, aliis patet alti ianua cœli
Non cras, cras ſerum eſt diſcere, diſce hodie.

Eiuſdem Scamni declinatio.

Tune premas ſcamnum, vel te magis, Aulice, ſcamnum,
Scire aueo, ſcio, te premit inclementia ſcamni,
Atq; a te premitur miſero, ah valedicito ſcamno,
Et duris, durum, perdurum, linquito ſcamnum,
O tu quam magnum damnum das futil. ſcamnũ,
Cui placet in rigido ſtolide requieſcere ſcamno.
Scamna *odioſa viris ſunt, ſunt odioſa iuuencis,*
Scamnum *ſcamnorum flectenti podice nudo*
Nulla ſalus ſcamnis, lectum te poſcimus omnes,
Scamna *premunt aſinina aſini vileſq; coloni,*
Queis lecto recubare negatum. o ſcamna *valete,*
Tuq; tibi a duris caue poſthac Aulice Scamnis.

De eodem incerti Auctoris.

Quam durum ſcamnum! quanta inclementia ſcamni!
Inſideo ſcamno, toto premo corpore ſcamnum,
O ſcamnum ſcamnum! rigido non gaudeo ſcamno.
Scamna iuuent alios, ſcamnorum nulla voluptas,
Dico vale ſcamnis, aliis ego ſcamna relinquo,
Scamna valete: malo duris abſiſtere ſcamnis.

Declinatio Aulæ.

Aula

Aula Tubis gaudet: Mauortem suspicit Aula.
Proprius est tumidæ risus Sardonius Aulæ.
Aulæ nulla fides, non tuto creditur Aulæ.
Aula malū exitiumq; placens bene dixeris Aulam.
Aula caue, sed corde caue sæpe occulis Aula.
A Ioue & horribile est præluſtri fulmen ab Aula.
Laudibus extollunt Colaces & honoribus Aulæ.
Præcipites pœnæ benefactaq; lenta Aularum.
Viue Tibi, seruiq; Deo: male viuitur Aulis.
Vincere si cyathis nescis, fuge si sapis, Aulas.
O Ter felicem qui vos vitauerit Aulæ.
Nam præter damnum nihil asportamus ab Aulis.

N. N. fecit, Clarissimo Domino Nicod. Frischlino ἐπίβαλλον μέρος adiiciente, Anno 1586. Mense Octobri.

*

Mala mali malo mala contulit omnia mundo,
Malo carere malis, quam malum mandere malis.

HENRICI RANZOVII.

Pax pacis pacis pacem cum pace precatur,
Quando Deo ex toto pectore fidit homo.

SEBASTIANI SCHEFERI.

Puellæ declinatio.

Semper dulce fuit malum Puella:
Et vox blanditiis potens Puellæ:
Si quis crediderit semel puellæ;

Lusus post odiis habes Puellam.
Et mœrens ait, o vale Puella,
In tota nihil est boni Puella.
Peiores caue sint licet Puellæ:
Mos gratus tamen est Puellularum.
Et stamus fide supplices Puellis:
Et donis emimus datis Puellas.
O felix genus, o decens Puella.
Diuellet iuuenes quis a Puellis?

Eiusdem ad Donatum Hofmannum.

DONATE maior Goliade maximo,
Meus ex priore coniuge.
Te plurima impertit salute filius
DONATVS aptus iam scholæ:
Et orat vt die DONATI (crastinus
Quem Lucifer terris feret)
Misena quo celebrat vtilissimas
Hermundurorum nundinas:
Sibi Donatum emas: DONATVS vt meus
Pulsis Donati feriis,
Fatris Donati cum Donato paruulo
Possit Donatum discere.
His si petitionibus locum dabis
DONATE; donabo tibi
Edentulam, quæ te beet bellissimis
Mater patrem Donatulis.

TOBIÆ ALEVTNERI.
Lusus de quinque inflexionibus nominum.

Musa cui blanda est, fit doctus in arte Magister:
Interea Scamnum *sæpius ille premit.*
*Res bene succedit:*Sacrauit *in æde* Sacerdos:
Aut Felix *Medicus, iure peritus homo.*
Illius hinc sentit varios respublica Fructus:
Quis Species *omnes enumerare queat?*

Tria tempora.

Quod fuit, est, & erit, perit articulo breuis horæ,
Ergo quid prodest esse, fuisse, fore.
Esse, fuisse, fore, tria florida sunt sine flore.
Nam semel omne perit, quod fuit, est, & erit.

Prædicamenta decem.

Quid sum quis? qualis? quantus? quotus? vnde? quibusue,
Ortus auis? quorsum tendo? quibusue viis?
Vermis, homo, malus, exsanguis, postremus ab imo,
Talibus & cretus, nitor ad astra fide.

Incerti auctoris.

Vita humana.

O vitam inuitam, o incommoda commoda! sorstem
Exsortem! exspem o spem! vana omnia & omnia vana!

*

Vincit amor; pudor hunc castus, mors vincit vtrūque,
Mortem fama: dies famam: Deus omnia vincet.

*

Puluis & vmbra sumus, puluis nihil est nisi fumus,
At nihil est fumus, nos nihil ergo sumus.

*

Quia succurro, supprimor,
Dum supprimor, succurro.
Succurro despiciens.
Despiciendo succurro.

* Mantuæ.

Ex paucis plurimi:
Ex plurimis pauci:
Ex omnibus nullus:
Omnes per vnum.

*

Omnia ab vno:
Omnia ad vnum:
Quicquid ab vno,
Tendit ad vnum.

*

Viuimus ex te:
Fidimus in te:
Tendimus ad te,
Non nisi per te
Optime Christe.

* Fistula Imago concordiæ.

Gewiste last/	Gemeine rast
Gleiches gemeß	Mindert verdrieß
Fordert das Werck	Erhelt bey sterck

Ve-

Versus Quadrati.

Fœmina	*fidentis*	*Fraus*	*Fortis*	*Flexio*	*Flentis*
Fidentis	*pœna*	*Casti*	*Mors*	*Cordis*	*Habena*
Fraus	*Casti*	*Vera*	*Vena*	*Tradendo*	*seuera*
Fortis	*Mors*	*Vena*	*largitur*	*præsto*	*venena*
Flexio	*Cordis*	*tradendo*	*præsto*	*quę*	*ministrat*
Flentis	*Habena*	*Seuera*	*Venena*	*Ministrat*	*auena.*

Alii qui leguntur,

Bardesholmiæ in Templo monasterii.

EPITAPHIVM EPISCOPI VICELINI.

Aldenburch	*Præsul*	*Holsatis*	*Nobile*	*Germen*
Præsul	*finalis*	*præstans*	*tutamen*	*Alumnis*
Holsatis	*præstans*	*lumen*	*purissima*	*Gemma*
Nobile	*tutamen*	*purissima*	*gemma*	*refulgens*
Germen	*alumnis*	*gemma.*	*refulgens*	*o Viceline.*

Encomium Musicæ vbi literæ initiales, medicæ & finales sunt MVSICA, Auctore Michaele Raido.

Multos multa iuuant, Me vero Musica tătu M
Voce sua cuncto Vindicat a gemit V
Salve supremi Soboles donūq; donanti S
Ipse fauet Phœbus Iupiter ipse tib I
Constabit tua laus Clarissima sydera doneC
Alta poli decorant Atria luce su A

[redacted]

Eiusdem de ducenda vxore.

Ergo mihi vxorem qualem ducam, anne puellam?
Hæc forsan veniet non satis apta mihi.
An viduam? dominam quis posset ferre tonantem?
An vetulam? toleret quis patienter anum?
Fœcundam? fœcunda domum mihi prole grauabit?
An sterilem? sterilis non decus arbor habet.
An ditem? nihil est magis intolerabile dite.
Ast inopem? quid opus ferre valebit inops.
Pauciloquam? non me poterit recreare loquendo,
Verbosam? Mulier res onerosa loquax.
Formosam? variis est subdita forma periclis.
Deformem? pœnam ducere nunquid amem.
Non igitur ducenda vxor quia fœnore tuto
Apparent Socii damna timenda thori.
Sed cum sic visum tibi sitq; perutile nobis,
Tu vitæ sociam da mihi Christe piam.

Eius-

Eiusdem [redacted]

Tempus captiuitatis vrbis Monasteriensis.

RegIs CarnIfICIs, VatIs, SartorIs, In Vno
CIVe MonasterII WestphaLe faCta Lege.

EIVSDEM CARMEN AB EODEM elemento incipiens oblatum,

REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, Dn. LVDOVICO, Regalis & Exemtæ Ecclesiæ Hirsfeldensis Abbati Electo & confirmato.

Percipias pingui perarata poemata Phœbo,
Præstanti Princeps pro pietate, precor.
Praduroſq; pedes, poſtquam puerilia promunt
Plurima, proponunt pauca polita, probes.
Pauperie preſſus peruerſa poemata pangit,
Pauperie pulſa plectra petita placent.
Perge pater patriæ princeps præclare probari,
Perge piis portus præſidiumq; peti.
Pectore pauperibus patrio præbeto patronum,
Pieridum precibus perfugiumq; pate.
Principibus placeant Phœbæa propago Poetæ,
Præmia principibus pulcra, Poeta parit.
Plurima prætereunt præſtantia pondere pulcri,
Perſtant perpetuum præmia Pieridum.
Præterea pietas princeps præclara putatur
Pauperibus placida pace patere probis.
Plurima penſabit Phlegetontis praua poteſtas,
Præſtabit pietas poſt patefacta polos.

In Laborioſum & ingenioſum Michaelis Raidi carmen Petri Pagani Poetæ Laureati, Epigramma.

Dædalicum miretur opus Minoia Creta,
Rabaniq; colat Fulda vetuſta typos.

Pyramides Nilus celebret, Rhodos alta Colossos,
Et Mausolæi Caria iactet opus.
Inclyta mirificas imitans Hirsfeldia tricas,
Non vult Rabani cedere victa typis.
Gaude igitur princeps Ludouice, Hirsfeldia gaude,
Nam tibi Rabanus Raidius alter erit.
Ardua res magnos est adfectasse labores,
Arduus est, studiis vincere dura, labor.

FINIS.

INDEX OMNIVM ÆNIGMATVM ET GRIPHORVM HAC ÆNIGMAtographia contentorum.

Asteriscus significat sectionem numeralem posteriorem.

A.

A & Ω. *84
Abies. 340
Accipenser. 337
Accipiter. 109
Acetum. 176
Acicula. 157
Acus. 175.*35
Adamas, dama. *170
Adamas, Adam mas, as. *102
Adamas lapis. 206
Adamus protoplastus. 264.*13.*64.
ἄδηλον. 382.381.379.160. 162
Adolescens. 373
Aedon. *41
Ænigma Cleobuli, & itẽ alterum Theodectis, aliaq;. 6
Ænigmatis appellatio. 2
Ænigma de Iudæis & nautis. 111
Ænigma Diomedis Grãmatici. 20
Ænigmatis definitio. 3. *diuisio atq; distinctio.* 5. *modus ea proponendi in conuiuiis.* ibid.
Ænigma nuptiale. 318
Ænigma. 335. 203.*4. 165.
Ænigma sponso propositum. 368.*4
Aequum, equus. *149
Aer. *120.193.*68.
Aeramentum. 273
Æsculus, as, culus. *98

Æs-

Æsopi ænigmata. 95
Æternitas. 345
Ἄγαμος γάμος. 247
Agar. 353
Agger. *31
Ahenum. 287
Ala, a, la. *167
Alacer, ala, acer, lacer, lar. *107
Alauda. *147
Alchumia. *148
Alchymista. *70
Alemania, alma, almana, lemana, alamanna. *89
Allia, Lilia. *101
Alpes, apes. *150
Alueus. *20
Alueus apiarii. 194
Amans, amens. *139
Amaracus, Amara, acus, acarus. *95
Amicitiæ fidæ signũ. 368
Amicus ollæ. 299 366
Amnis. 326
Amomum, cinnamomũ, amo (haud) momum *99.
Amor. *76. *15. *29
Amore. *166
Amore, ore, more, re. *109
Amnis concretus. *69
Anagrammatismi. *190
Anas. *117
Anchora. 175.158
Anguilla. 336
Angelus malus. *64
Angelus bonus. *64
Anguis, sanguis. *156
Anima. 26
Anima, ama. *108
Anna, ama. *93
Anna. 381
Annus. 271 381. 6 374
Anni. 374
Annulus. 150. 183. *27
Anser. 302
Ἀντέρως. 329
Antidotus. 120
Antidotus Philonis ænigmatodes. 123
Anulus. 308. 198
Apex. *39
Apis, lapis, lais. *105
Apis 270 109
Apium, opium. *100
Apollonii Maraci ænigma. 39
Apua. *75

Aqua. 77
Aqua & glacies. 82
Aqua. 211.21.168.* 118 * 20.* 68
Aquila. 221.* 73.339
Aquilo. * 18
Aranea, murus. * 156
Aranea. 149
Aranea, rana, ara, * 106
Araneus. 243.* 9
Aratrum. 180.400.
Arbor. 170
Arbor nucifera. 326
Arbutus. 281
Arca Noha. 265
Arca libraria. 210
Arcanum. 291
Arcturus. 224
Arcus 199
Arcus cœlestis. 322
Arcus. * 35.381.172
Ardea Dea. * 170
Argentum viuum. 242 * 8
Aries. * 27.223
Aristoteles. * 129
Ars. * 12
Arundo. 150.311
Atramentum. 183
Atramentum scriptorii. 319.
Atramentarium corneum. 380
Auaritia. 397
Auesdecem. 109
Auis intra ouum. 260
Auis. * 117.* 15
Aula, Caula. * 107
Aula Roma. * 133
Aula, la. * 170
Aulicus, caulicus. * 147
Aulus, ollus. * 107
Aura. * 21
Aurea mala. 244
Aureus, reus. * 170
Auris. * 131
Aurora, aura, aurea, ara, rora. * 91
Aurum. 171.* 82.* 9
Aurum, argentum. 379
Auri sacra fames. 79
Ausonii ænigmata. 36
Auus, Pater, Filius, qui sunt iidem Pater, Filius, Nepos. 254

B.

Babalus, Batalus, Bacelus. * 110
Bacchanalia. 405

Bacchus,

Bacchus, Musa Cupido. 377
Baculus. 326
Baculus. 378.*83
Balneũ & tonstrina. 283
Balneum. 163
Barbara. *148
Barbarus, barba, barrus, arar, ararus. *94
Barbarus. *125
Barbytus. 207
Basium. 119
Basium liquidum. 119
Beatus est cũ laude qui pius cadit. *59
Bellum Bauaricum. 305
Bellum Germanicũ. 318
Bellũ (haud) bellũ. *102
Bionis ænigma. 39
Bis. 398
Bolis. 199
Bombarda. 397 334.195
Bombarda globus. 400
Bombyx. 207.*76
Borcia. 326
Bos. 214.38.*120
Botrus. 281
Buxus. *37.336

C.

Cabbala. *111
Caballus. *73
Cadauer. *83
Cadauer, cauer, nouerca. *135
Cæcilii oratoris ænigma. 30
Cœlius. *157
Cædes. *130
Cæsar, cæsar. *94
Cæsar. *118
Cæsarius. *152
C. Iul. Cæsar. 359
Cain. 265
Calamus. 380
Calamus scriptorius. 238
Calamus. *24.398
Calamus scriptorius. 316
Calchantis ænigma. 113
Calculus. *82
Caliga. 157
Calix vitreus. 227
Calix. *37
Camelus. 220
Caminus. *70.184
Camœna, amena, cana. *90
Campana. 175.*26.244 398.*.77.86.379
Cana Galilææ. *155
Canaĩus, caius. *145

Cancer. *75
Cancer. 243.211.196
Candela. 221.191
Canis & anguis. 348. 276
Cannabis. 190
Cannius, caninus *107
Caper. *120
Capra. 154
Capilli. 158
Capreolus. *39
Capulus. 290.375.304. *84.
Carbones. 174
Carbunculus. *40
Carpinus, carpi, pinus, carus, carinus. *98
Caper, aper. *98
Casa. *52
Caseus. *80
Casta. 373
Castanea. *150. *126.310 373
Castor. 225
Casus. *29.167
Catena. 256.151
Catilinæ ænigma. 77
Catharina. *163.
Catharina. *165. *explicatur per Onomatographos.* ibid.
Caupo vinum spurcans aqua. 267
Cenotaphium. *145
Cenotaphium. 326
Centaurus. *16.154
Cento. *35
Cerasum. 243
Cereus. 247
Cereuisia. 241.*80
Ceruus. 244
Chalybs. 160
Charis. *90
Charta. 245.170
Chelidonium. *72
Chelys. 380.*80 381
Chiron. 325
Chorda. 381
Christus, Leo & agnus. 263.
Christus ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ. *65
Christus, Ioannes, Hieronymus. 267
Christus agnus Dei, & Leo de stirpe Iuda. *67
Christus agnus. 295
Christus θεάνθρωπος; 263

Chri-

Christus. *16
Chymista. 334
Cicada. *75
Cic. ænigma. 78
Cicindela. 311
Cincindela. 187
Ciconia. 215 109 274
Cimex. *50.*76
Cimone Romana. 270
Ciniphe. 216
Cinis. *70.168
Cippus. *29
Circinus. 187
Cisioianus in pollice humano. 272
Cissus. 315
Ciues pessimi. 40
Cithara. 195
Clangor, clamor. *105
angor, amor. ibid.
Clauis. *82.84.256.148
Clauis, clauus. *151
Clauis auis. *169
Clauus. 157
Clauus gubernaculi. 176 *38
Clauus ferreus. 176
Clauus rotæ. 397
Clauus, auus. *171
Clepsydra. 159
Clypeus. 214
Clysma. 244
Clytie. *7
Cochlea. 18.19.
Cochlea. 378.244.*8. 338.*76
Cæcus. *22
Cæcus natus. 214
Cœlum. *40
Cœna. *129
Cæpa. *10.155
Colloquium Ratisbonense. 300
Color, cor. *92
Colossus. 222
Columba. 213
Columbus, colus, lumbus, vmbo. *95
Columbus. *123
Columen. *104
Columna ad ædes. 188
Colus. 198
Comes, comis. *91
Cometes. 322
Concha. *37
Concubitus. 380
Conditus potus. 161
Coniugium. 378.*141
Conopæum. 199
Conscientia. *78

Consul. *124
Conuiuium Heliogabali ridiculum. 78
Cor. 253.379.*156
Cor, caput, corpus, rus.* 143
Cor, ornus, cornu, corus coruus. *99
Corallium, Cor, allium. *101
Cordula. *92
Cornix. 153.240.378
Cornix, nix. *149
Cornu. *33
Cornucopia. 319
Corona. *36
Corpus. *108
Coruus tutela principũ. *356
Coruus. 228
Cos. 247
Coticulus. 210
Crabro. 231
Cratetis Thebani ephemeris ridicula de sumtibus praepostéris. 78
Craticula coquinaria. 200
Cratetis aenigma. 17
Creator. 233
Crepitus. 194.381
Crepitus ventris. 360
Crepitus ventris. 181
Crepitus ventris. *82
Cribellus. 226
Cribrum. 187
Crismal. 225
Crocus. 322
Crumena. 182
Cuculus. 165.275
Cuculus. 257
Cuculus, cu- cullus, cu- lul-lus. *100
Cucuma. 217
Cucumis mundi typus. 315
Cucurbita. 155
Cucurbitula aenigma. 15
Culcitra. 199
Culmus, vlmus. *98
Cultellus. *127
Cuneus, & securis. 180
Cuniculus, cuculus, cu- cullus, culus. *100
Cupido. 344
Cuppa vinaria. 228
Cupressus. 322
Cura. *147

Cura & preces. 360
Currus. 170
Currus, Cur?rus. *171
Cursus, cur sus, vrsus, sus. *150
Cutis humana. 269
Cyprianus, Cypri anus. * 93

D.

Daniel, Anna Maria. * 162
Dapes. *117.
Dapes, apes, pes. *169
Dapes. *156.379
Dauid Goliath occisor. 266
Declinatio puellæ. *204
Declinationes nominum quinq;. *200
Delphin. *121
Demens Dens. *169
Demetrii Ænigma. 16
Dens. *32.357.*63
Deus Pater. *63
Deus siue maiestas diuina. 263
Deus. 340.166.
Deus quid ante conditũ mundum egerit. 329
Dei immensitas. 403
Dies. *68.374.*114
Discipuli. 26
Doletus. *128
Dolium vini. 282
Dominus, Do minus. *(153
Domus. 195.
Domus, do mus. *168
Domus. *34
Dux. *153.*157.383

E.

Ebrietas. 317.400.341
Ebulus. 227
Ebur. 156
Echeneis. 339
Echinus. *38
Echinus marinus. 183
Echinus marinus. 202
Echinus. 337
Echo. 319.*77.*12.*190 191.*131.293.357.*171 358.355.164
Echo elegantes. *193. &
Elementum. 215. (seqq.
Elephas. *72.232
Elephantus. 339
Elias. *44
Enoch & Elias. 265
Enochus. *66
Ens. *84
Ephippium. 288

Ephippium. *81.182
Epiſtola. *78.*22
Epiſtola cancris in modum retrograda. * 179
Epitaphium trium. 327
Eques. 288
Eremus,re,mus. *171
Ericus,Vrſula. *162
Ericius. 153
Erinaceus & vulpes. 276
Eſt & eſt. *148
Eua. 264.*64.*27
Eua,aue. *168
Eua & Aue. *150.354
Eua,aue. 371
Euphorbus. *76

F.

Facies. *130
Facies & vultus. *125
Falerna,fa,lerna. *169
Fama. *77.344.167
Famfaluca. 218
Famulus, mulus, mullus,mus. *108
Farina. 175.157
Fatum. 166
Fauilla. *70
Fellis. *127
Feneſtra. 260
Fernandus. *146
Ferreus, ferre, re, reus, haud ferus. *87
Ferula. *24
Fiber. 337
Ficedula. 299
Ficulnea. 219
Fides. *91.399
Filia Cimonis. *79
Filia,ilia. *103
Filia Inachi. 340
Filius & Nepos ſimul editus. 333
Flagellum. 159
Flammá. *70
Fleo. *168
Fletus vidua. *78
Flos Ieſſe Chriſtus. *67
Flumen. *69
Flumen & piſcis. 152
Fluuii & mare. 202
Fluuius. *69
Fluuius. 279.
Fluuius concretus. 279
Fœnus. *121
Fœnum. 156
Fœmina. *117
Fœmina dormiens inter virũ & mœchum 109

Follis. *23.188
Follis fornacarius. 188
Follis. *80.160.287
Fornax. 397
Fomes. *16
Fons. 219
Foramen. 287
Formica, forma, mica. * 106
Formica. 341.152 325.* 76
Fornix, nix. *107
Fortuna. *77.375.14 205.166
Fortunatus & infortunatus dies. 289
Fossoris filius. 39
Fragilitas vitæ humanæ. *152
Francus. *122
Frater, ater, ate. *104
Fratres Monachi. 201
Fratres extra mundum. 363
Fratres extra mundũ. 309
Frenum calcar. 178
Frugalitas. 30
Fumus. *70
Fumus. 181
Fumus. 85
Fumus. 256.151.*127
Funambulus. 164
Fundibulum. 226
Fungus. *42
Funis. 197
Fur. 276
Furca, fur, furfur. * 109
Furnus. *80
Furnus & latrina. 365
Furnus. *129
Fusa. 216

G.

Gallina. 194
Gallina. *123
Gallus captus a Cæsare 319
Gallus. 109
Gallus in fastigiis templorum. 274
Gallus. 73.*341
Gallus. *22
Gallus occisus. 329
Gallus gallinaceus. 210
Gallus. 375
Gemma. 119
Geryones. 296
Glacies, lacies, acies,

cies,ies,es. *105
Glacies. 171
Glacies. 151
Glacies. 259
Glacies. 21
Glans. *14
Glis. 299
Globus. 273
Glomus filorum. 286
Gluten. 286
Goclenius. *184
Golt/Gott. 402.
Grando. *43
Graphium. *32
Graphium. 148
Griphus. 139
Griphus musicus & Astronomicus. *158. Geometricus, ibi. Theologicus. ibid.
Griphus. 112.
Griphus Arithmeticu. *157. musicus. ibid. & 158
Griphi. *200
Griphi appellatio. 2
Grus. *51
Grus. 153
Gryps. *64
Gurgulio. 153
Gypaetus 300

H.

Hamus. 157
Harengus. *75
Harpyia. 359
Heliotropion. 206
Heracliti Ephesii aenigma. 8
Herba. *119
Hermaphroditus. 324
Hermaphroditus. 292
Hermaphroditus. *71
Hermaphroditus. 308
Hesperus. 217
Hirquus. *123
Hirundo. 224
Hirundo. 209
Histrix. 297
Homeri aenigma a Tartaro ad Tartessum. 17
Homeri Poetae aenigma. 8
Homo. 10. 290. 373. *64
Honoribus qui consuliti gratissimus. *56
Hora. *114
Horologium. 272
Horologium. 406

Horo-

Horologium. 178
Horologium. *10
Hortus. 184
Hortus. 197
Hyacinthus. 336
Hyacinthus. 315
Hyacinthus. 41
Hypocrisis. 342
Hydrops. 8
Hymen. 120

I.

Iacobus & Esau. 265
Iani simulacrum. 77
Iaspis, aspis. *102
Iaurinũ plus quam miraculose recuperatũ 355
Idyllion ænigmaticum Nicol. Reusneri. 356
Iehoua. *63
Iesus. 241
Iesus. 320
Iesus Christus. *63
[redacted]
Ignis. 401
Ignis. 168
Ignis. *115
Ignis. *68
Ignis. 197
Ignis. *19
Ignis. 221
Ignis. 240
Ilex, silex, ilex, lex. *97.
Imago. *38
Imber. 257
Imbrex. 256
Incesti tres. 293
Incus. 179
Infundibulum. 182
Intellectus. *127
Interim. 367
Inuidia. *25
Inuidia. 255
Ioannes. *160
Ioannes Christi Baptista. 266
Ioan. Baptista & Christus. *67
Ionas. 84.
Iocasta. 22
Ionas. *67. *17
Ionas in ventre orca. 171
Ira. *47.342.399
Iris. *41.205. *69
Iris. 187
Iris. 403
Iter ad mortem. 200

Iudas Christi proditor. 267
Iudæi & Christiani. 402
Iulius. *118
Iulius, Iulus, Ilus, Liuius ius, *93
Iuniperus. *71
Iuno. *131
Iupiter. 349
Iupiter. *113
Ius, vis. *108
Ius, Nonius, Amor, chaos *144
Iustitia, ius, vis. *151

L.

Labor. *109
Laborat, la bo-rat, Rota. *168
Lacrymæ puellares. *78
Lacrymæ pœnitentium. 268
Lacrymæ piorum. 267
Lagena. 161
Lamechus bigamus. 265
Lana. *168
Lana. ibid.
Lanceis argenteis pugnandum 2
Lapis molaris. 287
Lapis. 160
Later, la ter, tal. *167
Laterna. 159
Laterna. 172
Latrina. *82
Latrina. 364
Laurea, aurea, area, Rea, Rhea. *97
Laurus, larus. *97
Laurus. *71
Lebes. 210
Leo. 212. *119
Leo tria significat, Christum, diabolum & animal. *168
Lepus, lepos. *153
Lepus. 315
Leucothoe. *13
Lex, grex, rex. *108
Lex, rex. *141
Lex salica. 142
Libanotis. *240
Liber. *5.192
Liberius, liber- ius. *107
Ligula. 201
Ligula caligaria ærata. 186

Lilium,

Lilium, ilium. *97
Lilium album. 321
Lilium. *120
Lilium album. *72
Lilium purpureum. * 72
Lima. 208.172
Limax siue testudo. 277
Linamentum. 221
Lingua. *52
Lingua. 401.269
Litera. 292
Literæ vocales & consonantes. 283
Literæ numerales. 286
Literæ.6.ϑ.ζ 381
Literæ. 380
Literæ consonantes & vocales. *78
Litera.ζ. 262
Littus & mare. 202
Loculus. 290
Loculus, oculus, poculum. *102
Locusta. *75
Locusta. 297
Locusta. 216
Logogriphus. *199
Lorica. 215
Lothi vxor in statuam Salis conuersa. 354
Lothi vxor in statuam Salis conuersa. 266
Lotium. *81
Lucerna. 313
Lucifer. 228
Lucina. *114
Luligo. 207
Luna. 399.321
Luna. 205
Luna. *68
Luna solem alloquitur. 174
Lupus. 150
Lupus. *44
Luscinia. 209
Luscinia. 109
Luscula. 187
Luscus. 383
Luscus alios vendens. 163
Lusus. *123
Lutetia Parisiorum. *142
Lythum. *14
Lyra. 326 380

M.

M.litera. 286
M.litera. 253
Magnes. 209

Magorũ ænigma.10.*24
Maledicus. *131
Malleus. 162
Malleus. 179
Malua. 155
Malus arbor. 219
Malum. 162
Malum *147
Malum medicum. *151
Mammilla. 270
Manus. *128
Manus. 240
Manus, Anus. *170
Mare. *68
Maria, semper virgo mater 295
Maria. *93
Maria semper virgo. * 11
Maro, amor, roma. *89
Marq; de Coria. *146
Mars, ars, pars. *87
Mars. *113
Mater semper virgo. * 66
Mathusalas. *66
Matula. 242
Matula. *81
Mauritius, Agnes. * 160
Medicus, mendicus. * 152
Medicum malum. *96
Medusa, musa. *145
Medusa, dusa, musa. * 89
Mel. *53
Mel. *125
Mel. 374
Mel. *156
Melchisedech. *66
Melchisedechus. 265
Melissophyllon. 321
Mellificium apũ in cranio leonis. 20
Membrana. 380
Mena. 338
Mens. 112.*
Mens. 24
Mens. *50
Mens. *23
Mens, ens, manes. *89
Mens & cogitatio hominis. 269
Mensa. 20
Mensa. 176
Mensa strata. 288
Menta. 336
Menus Franciæ fluuius. 301

Mercurius. *113
Meretrix. 380
Meretrix. *92
Mergus. 336
μέϱοπες ἄνθρωποι. 268
Miles. 163
Milia. *130
Militum ex bellis redeũtium cantio & conditio. 368
Millus. 183
Minotaurus. 210
Mirus, mi-rus. *170
Mirmicoleon. 208
Mirum de Deo. *159
Mirifillon. 210
Mnemosyne mater musarum. 372
Modestia. 30
Modium, odium. *170
Mola. *49
Mola. 156
Mola farinaria. 186
Molaris. *26
Molaris lapis. 156
Molossus. 206
Monachi fratres. 185
Monachorum ortus & origo. *209
Monachus. 327
Monachus. *81
Moneta flos mortalium gratissimus. *57
Monoceros. *72
Monoceros. 230
Monumentum. 164
Mors. 125
Mors. 344
Mors. *83
Mors. *153
Mors. *4
Mors. *120
Mors repentina. 23
Mors piorum. 404
Mors pii gloriosa. *59
Mortarium. 186
Morum. 246
Morus, orus, mus, rus. *98
Morus. *71
Mosis cum populo Hebreo per mare rubrũ transitus. 371
Mugil. 338
Mula, vla, la. *169
Mula. 154
Mulier. 384
Mulier gemellipara. 163
Mulus. 338. *73. *132

Mundus. 346
Mures. 328.*116
Muriceps. 225
Murus. *156
Muri Hierechuntini. 267
Mus.149.150.397.86.276 *76
Mus ingratus. 320
Musca. 152
Muscatum. *115
Muscatum. 377
Muscatum, mus, musca, muscatum, muscum. †149
Muscipula. 287
Musa, muste. *106
Musa nouem in nomine matris Mnemosyne. 253
Musaum, mus, musa, a uum. *88
Musica clauis. 396
Musica, mus, musca, mica, sica. *88
Musica Augustini. * 152
Mustela. 223
Mustela. 189
Myrrha. *8.156

N.

Narcissus. *7
Narcissus, nar, cissus, issus, sus. *96
Nardus. 321
Natrix. 209
Natura rerum parens optima, ars Nouerca. 372
Natura. 204
Natura. 166
Nauigantes quantum a morte distent. 296
Nauis. 22.399.257.278.149
Nauis, auis, vis. * 169
Nauis. 326
Nauis. *122
Nautilus. 337
Nebula. 151
Nebula. 88
Nebula. *69
Necessitas. 166
Ne allia, neue fabas edito. 34
Nemo. *45
Nemo. *128
Nepa. 211

Nepos. * 107

Nicolaus. 367

Nilus. 301

Nimbus. * 14

Niobe. 307

Nitedula. 187

Nix. 152.94.109.87.

Nix a Sole liquefacta 70

Nix.Sol. 254

Nix,Cornix. 239.240

Noctua. * 74 325.261.38

Nola. *78

Nola vaccina. 279

Nomen, omen. *110

Nomenclatura. 291

Nota musica. 396

Notarius. 299

Nox. *68.233.*17

Nox & dies. 200.*115

Nubes. 204

Num.rus ternarius. 125

Nũmus,nũ?mus, *170

Numini,nomini,homini omni. *87

Nux. 310

Nux Castanea. 242

Nux vitiosa. 287

Nux iuglans. 309.282

Nux auellana 382

Nycticorax. 216.* 74

O

Oleum. 191

Olla. 241

Ora & labora, lab-ora. *109

Oraculum Apollinis de Christo. 295

Oratio 398

Organum musicum. 259

Organum Musicum follibus inflatum. 185.283

Ornat patrem domus piique liberi. *59

Os *54

Osculum. *122

Osculum, corculum. *102.

Ostrea. 173

Otium. 192

Ouis *122.280

Oua *126

Ouum. *80.397

Ouum auis,piscis,serpẽtis. 189

P

Pacuuianũ Ænigma de testudine & cohlea 18

Palma *133

Palma arbor. 229

Pan *122.

Pannus, pan, πᾶν, annus anus. * 101
Papauer. * 72. 86. 155
Papauer papa, ver, aper. * 100
Papilio. 181
Papirus scripta. 285
Pappus. 348. 243
Paries. 243. * 116
Paries, pari, paris, aries, as, pes. 103 *
Parnassus, par, nasus, passus, sus. * 90
Parsimonia. 30
Parus. R 105
Passor. 341
Passer, asser. * 171
Passer, aster, asser, ater, * 103
Passus, sus. * 171
Pastinaca. 337
Patria. * 121
Patrimonium, matrimonium. * 141
Paulus. * 185
Pauo. * 74. 207. * 123. 258 341.
Paupertas. 347
Pax, artium, piique munus a Deo. * 58
Peccatum. 296
Pecten. 246
Pecten eburneus 184
Pecunia. 163. * 82
Pecunia. * 148. pecuina. ibid.
Pediculi. 154
Pediculus. 378
Peduca. 154
Pedum pastorale. 379
Pelagus. 396
Pellicanus. * 73
Pēna scriptoria. 302. 284 221. * 78. 376
Pera numorum. 191
Perna. 162. 208
Pes * 21. 246
Petiolus rosarum. 347
Phalanx * 11
Pharos. 229
Philomela 301
φιλομισοφιλία. 299
Philosophus, vates. * 184
Phœnix. * 73. 101. 298 150. * 66.
Phocas. 337
Pica. * 31
Picea * 71
Picus. 276
Picus viridis. * 74

Pila. 399.188.*81.87. 188.
Pila lusoria. 246.176
Pilatus Iosepho Christi corpus cōcedens. 267
Pileus. 245
Piper. 212
Piscis. 213
Pisces. 8
Pisces fluminei. 152
Pistorius. *161
Pius. *28
Platonis ænigma. 25
Pluma. 203.285.85.
Pluma lectus. *80
Pluuia,*118.*132.184. 151
Podagra & chiragra, 353
Podex. *82
Poeta. *171.*132
Poleas. 206
Pollex. 167
Pollinctor. 327
Pompilus. 173
Pomum. *126
Pons. *6.198.158.
Pons Cæsaris. 180
Populus,polus,pullus,lu *97.
Porcella.* 129
Porcus. *119.154
Porcum. 278
Prædicamenta decem.* 206
Preces. 335
Priapus horti custos,* 71
Pruina. 279
Prurigo. 248.85
Pudicitia. 344
Puer, senex, ver, nex.* 140
Puer. 373.*113
Puerpera geminos enixa 206
Pugio. 217
Pugillares. 220
Pullus. 149
Puluillus. 212
Purpura, pur-pura.* 101
Purus. *116
Puteus. 160.170
Pyrallis *76
Pyramus ex Ægypto Romam asportata. 343
Pythagoraorum ænigma 26
Pythagorica præcepta Mystica. 129

Q
Quadragesimalia. 405
Quatuor res nulli cognita. 328
Quæstio Martinalis. 369
Quæstio nuptialis. 333
Quercus. 280.*71
R
Radius. *5
Radius solaris. 271
Rana. 152.*75 242
Rasor. *164
Ratis. 245.*21
Regnum. *65
Regula, gula, vla, la, re,* 169.
Religio peperit diuitias, & filia deuorauit matrem. 359
Remi. 192
Reticulum. *41
Rex. *65
Rex, lex, *91.
Robigo. 396
Roma. *124
Romanum imperium. 305.
Ros. *118.*69
Ros pruina. 279
Rosa. 325.*125. 322. 254 373.3 80. 259. 315. 119 369.155.
Rosa, viola. *147
Rosa purpurea. *72.
Rosa Milesia. *72
Rosa, Ros, os, *95
Rosmaris. Ros, maris, mars. *95
Rosmarinus. 240
Rota. 202
Rota mola. 401
Rota. 161
Rota quatuor in curru. 88
S
Sagitta. *31. 159
Sal. *48. 205.183. 344 20.397
Sal Ammoniacus. 280
Salamandra. 207
Salarii filius. 39
Salinum, sal, linum. * 105
Salomon. *45
Salpinx. 222
Saluia, sal, via, salua, vi *99
Salus. 378
Salutem. *150

Samson. *66
Samsonis ænigma 20. 355
Samsonis maxilla leonina mellea. 266
Sancta Trinitas. 63
Sanguis, anguis. *171
Sanguisuga. 213
Sanitas. 8
Sanus, insanus. *140
Sapientia. 262
Sapientia Dei. 263
Saturnus. 112.*
Saturnus. 346.*9
Saturnus, tur-nus.*170
Saw. 404
Scala. 164
Scaliger. *118
Scaliger, aliger, liger, ager. 94
Scandalum. 342
Scarabæi. 315
Scarus. 338
Sceletos. *83
Schola. 26.*14
Scintilla. 231
Scipio. *83
Scipio eramo. 184
Scirpi appellatio. 2
Schlechta. 306
Scombrus. 338
Scopa. 161.*36
Scorpius. 337
Scriptura. *79
Scrofa. *129
Scropha prægnans. 227
Scylla. 231
Securis rustica. 287
Sedes. *149
Senectus. *48
Senectus. 290. 310
Senex. *117.373.
Senes. 290
Sensus. 398
Sepia. 337
Sepulcrum. 200. 174. *6
Sepulcrum, pul-crum.* 145.
Serra. 158.179.*6
Seruus. *128
Serui. *91
Setaceum. 288.
Silex. 160 246
Simultas 342
Siren. *76.177
Sol. *149.321.247.*46 *156.253. *113.167. 85.279*.67.
Sol. Nix. 254

Sol & Nix. 258
Sol & Luna. 230
Sol, Luna, Ventus. 271
Solis vmbra. 273
Solisequa. 336
Somnus. 193.289.164.400.327.*12.*85
Somnia, omnia. *110
Sonus. *35
Sopor. 258
Spartus & nauis 22
Spectaculum, spe, specu-lum, culum. *104
Speculum. *29.288.177.*81.159.259
Speculum. *104 *spe, spe-culum, seculum.* *104
Spella. 218
Spes. 167
Sphæra. 273
Sphinx. 166
Sphingis ænigma. 294
Sphingis ænigma. 10.366
Spina. *19
Spira. *30
Spira, ira. *169
Spiritus. *115
Spiritus sanctus *63
Spongia. *81.88.240.173.339.158
Spuma. 169
Squatina. 337
Statera & bilanx. 184
Stella. 338
Stella. 315
Stephanus. 296
Stiria. *69
Strigilis 163
Strutio. 215
Stultus. *132
Sturnus. 305
Sebula. 198
Suauium. 110
Sueui. *19
Sum, es est, sumus. *103
Summus *168
Summum bonum. 345
Supearuitale 289
Sus. 404
Sutor. 199
Syngrapho obsignata 284
Syngraphum. 245
Syrinx. *12

T

Tages *8 325
Talpa. 256.152
Taurus. *124.*73.154.242
Taurus, vrus, rus. *95
Taxus. 222

Te-

Tegula coctilis. 151
Tegula, gula, vla, la. * 167
Tegula 174
Tela. 177
Tẽpus. 109.346. 43.247. (*83
Tenebra. 287
Tentorium. 181
Termes. *34
Terminus. *84.83
Termini ænigmata. 35
Terra. *68.204
Tertullianus, ter tuli a-nus. *93
Tessera. 178.163.* 42.20
Testudo. 18 19. *25.404. 378.149.152
Thesaurus, taurus, aurũ. *108
Theseus 46.47
Thus. 156
Tignis. *72
Tilia. 322
Timothæi Eutychæ ænigma. 14
Tinea. 84.149 8
Tintinabulum. 161
Tippula. 212
Tiresias *11
Tithonia coniux. 400
Tollenones. 180
Tonstrina. 283
Tormentum. *23
Tormentum siuè bombarda. 343
Torpedo. 297
Tria tempora. *206
Tria insatiabilia. 333
Tridens. 159
Trinitatis mysterium 371
Tri-temis 195
Triticum. 187
Tuber, vber, suber. *106
Tullius, Tillius * 144
Tumulorum ænigmata. 385
Tunica Dei quantitas quæ sit. 329
Turben lusorius. 196
Turdus. *15.109.* 74
Turris campanaria. 201
Turtur. *127.109
Tygris. 154.
Tympanum. * 33

V

Vacca *124

Varronis & Ciceronis ænigma. 28
Vectis machinalis. 187
Veges. 182
Venter. 270.*18
Ventus 192
Ventus, Venus. *106
Ventus. 204.*69.
Venus, as. *113.*153
Verbum diuinum. 263
Verbum caro. *65
Vergilii ænigmata. 41
Veritas. 193.368
Vermis. 260
Veronica. 381
Veronica virgo. 150
Versus quadrati. *207
Versus Sotadeus. *174
Versus retrogradi. * 175
Versus κάρκινοι. *178
Versus correlatiui. * 179
Versus æquiliteri *201
Versus πυγγράμματοι. *201
Versus declinati. *202
Versus æquiuoci. * 187
Versus correlatiui. * 181
Versus ab eadem litera incipientes *210
Versus reciproci. * 173
Versus retrogradi. *173
Versus deriuati. *172
Versus ἰσόψηφοι. * 189
Versus declinati. * 172
Versus serpentini. *172
Vertigo poli. 224
Veru 196
Vesper. 217
Vespertilio. * 74.108. 153.246.340
Vestis. *25
Vinum. * 79.*141.241
Vina. *122
Vinum conuersum in acetum. 161
Vina apertè sine ænigmate petenda. * 133
Vincentius. *164
Vindicta. 345
Viola. 156
Vipera. 149
Vir, Vis. 140
Virago, vir, vira, virgo, virga. *92
Vires. *105
Virgo. 270
Virgo prægnans & lactes 270
Virginitas. 290
Vis, ius. *140

Vita

Vita. * 119. * 83.168. * 153
Vita humana. *205 124 289
Vita æterna. 327
Vitellum, qui cũ albugine. 280
Viti die nugæ. * 146
Vitis. 157
Vites. *79
Vitis florens, 321
Vitrum. 172. 241.159
Vnus pro multis. 372
Vlua. *130
Vmbra. 273. *28. 46.* 82. 104.
Vnitas. *78
Vox. 169
Vpupa. *75
Vrbiũ nomina ænigmatica apud Verg. 373
Vrsula. * 163. 381
Vrtica. 338.205
Vua. *121.169
Vulgus. *142. * 81
Vulpes. 150
Vultur nus, vultur, turnus. *170
Vxor ducenda. * 208


W

Waß. 404

Y

Y litera. 286

FINIS.



Sta pes, mi pes, sta mi pes ne labere me
Labere si mi pes, sit tibi lex tua vincla pes

Claniger vnus erat qui binas claues
habebat

Ira pr in sylvas, filiu[m] tuu[m] lupus est.
Sunt oculos clau[us] q[ui] m[er]enis by dura fang[is]

15[illegible]

Sunt oculus clau[illegible]

fide Konracti
S. S. B.

[illegible] inter Aenigma et Logogriphum.
[illegible] e [illegible] vocis nuda acceptio, Logogriphus
[illegible] unius vocis varia variatio, ut v. g. ex una [illegible]
[illegible] voces sint.
Hieroglyphicum carmen est quod [illegible] dignatur [illegible]
[illegible] scriptura, ita [illegible] imag[illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible] milites, bonita [illegible] decorus.
[illegible] carmen quod in singulis versibus vel [illegible]
vel pedes [illegible] [illegible] certa mente [illegible]
[illegible]

Aenigma carmina

[illegible]

[illegible]

fidv konrath
S. G. [illegible]

[illegible] inter Aenigma et Logogriphum.
[illegible] e [illegible] vocib. unda acceptio, Logogriphum
autem, unius vocis [illegible] variatio, ut v. g. [illegible]
[illegible] voces sint.

Hieroglifichum carmen e [illegible] species. [illegible] [illegible]
[illegible] scriptura, ita [illegible] imag. [illegible]
[illegible]

Cardatum inter, [illegible] decorum.

Ovale carmen qu[illegible] in [illegible] versibus vel silla-
bis vel pedes crescunt [illegible] a certa mensura
decrescunt.

Aenigma carmen

1 3 11 6

Alcarros [illegible]



